



3 1761 03521 8270





Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
University of Toronto







508

1/


**P. OVIDII NASONIS**

**OPERA OMNIA.**

**VOL. I.**

2170 10000 9

10000





*Burnius del.*

*Bot. Cooper sculp.*

Publius Ovidius Naso.

*Ex veteri numismate in Mus. condita.*

~~09552~~  
P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BURMANNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

NOTITIA LITERARIA

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

=====  
VOLUMEN PRIMUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

113801  
2/6/11

PA

6519

A2

1821

v.1



**CONSPECTUS**  
**EORUM QUÆ HAC EDITIONE**  
**CONTINENTUR.**

---

	Pag.
<b>D. CRISPINI</b> Epistola Serenissimo Delphino . . . . .	1
<b>Præfatio</b> . . . . .	4
<b>P. Ovidii Nasonis Vita</b> , ab Aldo Pio Manutio ex ejus ipsius Operibus collecta . . . . .	12
<b>P. Ovidii Nasonis Vita</b> , ex vetusto codice Pomponii Læti, cujus apographum extat in Vaticana Bi- bliotheca . . . . .	24
<b>Alia Nasonis Vita</b> , ex codice Farnesiano . . . . .	25
<b>Testimonia et Judicia de P. Ovidio Nasone</b> . . . . .	26
<b>Index Codicum</b> . . . . .	42
<b>P. Ovidii Nasonis HEROIDES. Epist. I. Penelope</b>	
<b>Ulixi</b> . . . . .	43
<b>Epistola II. Phyllis Demophoonti</b>	56
<b>III. Briseis Achilli</b> . . . . .	71
<b>IV. Phædra Hippolyto</b> . . . . .	83
<b>V. CEnone Paridi</b> . . . . .	101
<b>VI. Hypsipyle Jasoni</b> . . . . .	116
<b>VII. Dido Æneæ</b> . . . . .	132
<b>VIII. Hermione Orestæ</b> . . . . .	150
<b>IX. Dejanira Herculi</b> . . . . .	162
<b>X. Ariadne Theseo</b> . . . . .	177
<b>XI. Canace Macareo</b> . . . . .	187
<b>XII. Medea Jasoni</b> . . . . .	197
<b>XIII. Laodamia Protesilao</b>	215
<b>XIV. Hypermnestra Lynceo</b>	227

	Pag.
P. Ovidii Nasonis <i>Heroides</i> . Ep. xv. Sappho Phaoni	239
Epist. XVI. Paris Helenaë .	258
XVII. Helena Paridi .	285
XVIII. Leander Heroni .	306
XIX. Hero Leandro .	323
XX. Acontius Cydippæ .	339
XXI. Cydippe Acontio .	357
Index Codicum .	376
Epigramma Nasonis in Amores suos .	377
P. Ovidii Nasonis AMORUM Lib. I. Eleg. I. .	378
Eleg. II. .	381
Eleg. III. .	386
Eleg. IV. .	388
Eleg. V. .	393
Eleg. VI. .	394
Eleg. VII. .	400
Eleg. VIII. .	405
Eleg. IX. .	416
Eleg. X. .	420
Eleg. XI. .	426
Eleg. XII. .	429
Eleg. XIII. .	432
Eleg. XIV. .	436
Eleg. XV. .	441
Lib. II. Eleg. I. .	446
Eleg. II. .	450
Eleg. III. .	455
Eleg. IV. .	457
Eleg. V. .	460
Eleg. VI. .	465
Eleg. VII. .	471
Eleg. VIII. .	473
Eleg. IX. .	475
Eleg. X. .	480
Eleg. XI. .	482
Eleg. XII. .	487
Eleg. XIII. .	490



	Pag.
Index eorum quæ in unoquoque Libro Metamorphoseon continentur . . . . .	863
Metamorphoseon Series compendiosa, ex Guilielmi Canteri Novarum Lectionum Libro I. cap. 20.	868
P. Ovidii Nasonis METAMORPHOSEON Lib. I. . . . .	873
Lib. II. . . . .	986
Lib. III. . . . .	1001
Lib. IV. . . . .	1056
Lib. V. . . . .	1116
Lib. VI. . . . .	1164
Lib. VII. . . . .	1214
Lib. VIII. . . . .	1280
Lib. IX. . . . .	1345
Lib. X. . . . .	1406
Lib. XI. . . . .	1460
Lib. XII. . . . .	1516
Lib. XIII. . . . .	1559
Lib. XIV. . . . .	1629
Lib. XV. . . . .	1700
Fasti Kalendares Romani ex Ovidio . . . . .	1791
P. Ovidii Nasonis FASTORUM Lib. I. . . . .	1799
Lib. II. . . . .	1864
Lib. III. . . . .	1937
Lib. IV. . . . .	2008
Lib. V. . . . .	2079
Lib. VI. . . . .	2133
P. Ovidii Nasonis TRISTIUM Lib. I. Eleg. I. . . . .	2195
Eleg. II. . . . .	2206
Eleg. III. . . . .	2215
Eleg. IV. . . . .	2223
Eleg. V. . . . .	2226
Eleg. VI. . . . .	2233
Eleg. VII. . . . .	2235
Eleg. VIII. . . . .	2239
Eleg. IX. . . . .	2243
Eleg. X. . . . .	2249
Eleg. XI. . . . .	2255

	Pag.
<b>P. Ovidii Nasonis Tristium Lib. II.</b> . . . . .	2260
<b>Lib. III. Eleg. I.</b> . . . . .	2310
<b>Eleg. II.</b> . . . . .	2317
<b>Eleg. III.</b> . . . . .	2319
<b>Eleg. IV.</b> . . . . .	2326
<b>Eleg. V.</b> . . . . .	2334
<b>Eleg. VI.</b> . . . . .	2338
<b>Eleg. VII.</b> . . . . .	2342
<b>Eleg. VIII.</b> . . . . .	2347
<b>Eleg. IX.</b> . . . . .	2350
<b>Eleg. X.</b> . . . . .	2353
<b>Eleg. XI.</b> . . . . .	2358
<b>Eleg. XII.</b> . . . . .	2363
<b>Eleg. XIII.</b> . . . . .	2368
<b>Eleg. XIV.</b> . . . . .	2371
<b>Lib. IV. Eleg. I.</b> . . . . .	2375
<b>Eleg. II.</b> . . . . .	2383
<b>Eleg. III.</b> . . . . .	2390
<b>Eleg. IV.</b> . . . . .	2397
<b>Eleg. V.</b> . . . . .	2403
<b>Eleg. VI.</b> . . . . .	2406
<b>Eleg. VII.</b> . . . . .	2410
<b>Eleg. VIII.</b> . . . . .	2413
<b>Eleg. IX.</b> . . . . .	2417
<b>Eleg. X.</b> . . . . .	2420
<b>Lib. V. Eleg. I.</b> . . . . .	2431
<b>Eleg. II.</b> . . . . .	2437
<b>Eleg. III.</b> . . . . .	2443
<b>Eleg. IV.</b> . . . . .	2447
<b>Eleg. V.</b> . . . . .	2451
<b>Eleg. VI.</b> . . . . .	2457
<b>Eleg. VII.</b> . . . . .	2461
<b>Eleg. VIII.</b> . . . . .	2466
<b>Eleg. IX.</b> . . . . .	2470
<b>Eleg. X.</b> . . . . .	2473
<b>Eleg. XI.</b> . . . . .	2477
<b>Eleg. XII.</b> . . . . .	2480

	Pag.
<b>P. Ovidii Nasonis Tristium Lib. v. Eleg. XIII.</b>	2485
Eleg. XIV.	2488
<b>P. Ovidii Nasonis EPIST. EX PONTO Lib. I. Epist. I.</b>	2495
Epist. II.	2502
Epist. III.	2514
Epist. IV.	2522
Epist. V.	2526
Epist. VI.	2533
Epist. VII.	2538
Epist. VIII.	2544
Epist. IX.	2551
Epist. X.	2555
Lib. II. Epist. I.	2559
Epist. II.	2565
Epist. III.	2576
Epist. IV.	2584
Epist. V.	2588
Epist. VI.	2594
Epist. VII.	2597
Epist. VIII.	2604
Epist. IX.	2609
Epist. X.	2616
Epist. XI.	2620
Lib. III. Epist. I.	2623
Epist. II.	2636
Epist. III.	2644
Epist. IV.	2651
Epist. V.	2660
Epist. VI.	2664
Epist. VII.	2668
Epist. VIII.	2671
Epist. IX.	2673
Lib. IV. Epist. I.	2679
Epist. II.	2682
Epist. III.	2686
Epist. IV.	2691
Epist. V.	2695

	Pag.
<b>P. Ovidii Nasonis Epist. ex Ponto Lib. IV. Epist. VI.</b>	2699
Epist. VII. .	2703
Epist. VIII. .	2707
Epist. IX. .	2714
Epist. X. .	2724
Epist. XI. .	2731
Epist. XII. .	2733
Epist. XIII. .	2737
Epist. XIV. .	2741
Epist. XV. .	2746
Epist. XVI. .	2750
<b>Dionysii Salvagnii Boëssii, equitis Delphinatis, in Ovidii Ibin Prolegomena . . .</b>	2757
<b>P. Ovidii Nasonis IBIS . . .</b>	2767
<b>FRAGMENTA P. Ovidii Nasonis . . .</b>	2829
<b>NOTÆ VARIORUM in Heroidas. . . Epist. I. .</b>	2835
Epist. II. .	2846
Epist. III. .	2854
Epist. IV. .	2861
Epist. V. .	2873
Epist. VI. .	2881
Epist. VII. .	2891
Epist. VIII. .	2901
Epist. IX. .	2907
Epist. X. .	2917
Epist. XI. .	2923
Epist. XII. .	2928
Epist. XIII. .	2939
Epist. XIV. .	2945
Epist. XV. .	2952
Epist. XVI. .	2962
Epist. XVII. .	2974
Epist. XVIII. .	2984
Epist. XIX. .	2992
Epist. XX. .	2999
Epist. XXI. .	3006
in Amorum Lib. I. Epigramma. .	3012

	Pag.
Notæ Variorum in Amorum Lib. I. Eleg. I. . .	3013
Eleg. II. . .	3016
Eleg. III. . .	3020
Eleg. IV. . .	3021
Eleg. V. . .	3024
Eleg. VI. . .	3025
Eleg. VII. . .	3029
Eleg. VIII. . .	3032
Eleg. IX. . .	3039
Eleg. X. . .	3042
Eleg. XI. . .	3045
Eleg. XII. . .	3047
Eleg. XIII. . .	3048
Eleg. XIV. . .	3052
Eleg. XV. . .	3056
Lib. II. Eleg. I. . .	3060
Eleg. II. . .	3063
Eleg. III. . .	3066
Eleg. IV. . .	3067
Eleg. V. . .	3068
Eleg. VI. . .	3070
Eleg. VII. . .	3074
Eleg. VIII. . .	3075
Eleg. IX. . .	3077
Eleg. X. . .	3079
Eleg. XI. . .	3080
Eleg. XII. . .	3084
Eleg. XIII. . .	3085
Eleg. XIV. . .	3088
Eleg. XV. . .	3090
Eleg. XVI. . .	3091
Eleg. XVII. . .	3095
Eleg. XVIII. . .	3097
Eleg. XIX. . .	3099
Lib. III. Eleg. I. . .	3102
Eleg. II. . .	3106
Eleg. III. . .	3110



	Pag.
Notæ Variorum in Amorum Lib. III. Eleg. IV. .	3112
Eleg. V. .	3114
Eleg. VI. .	3116
Eleg. VII. .	3122
Eleg. VIII. .	3125
Eleg. IX. .	3129
Eleg. X. .	3132
Eleg. XI. .	3134
Eleg. XII. .	3135
Eleg. XIII. .	3137
Eleg. XIV. .	3139
Eleg. XV. .	3140
in Artis Amatoriæ Lib. I. .	3143
Lib. II. .	3175
Lib. III. .	3207
in Remedia Amoris . . .	3241
in Medicamina Faciei . . .	3273
in Halieuticon . . .	3280
in Consolationem ad Liviam Augustam . . .	3287
in Nucem, Elegiam . . .	3305
in A. Sabini Epist. I. Ulysses Penelopæ	3313
Epist. II. Demophoon Phyllidi	3317
Epist. III. Paris Œnonæ .	3320
in Metamorphoseon Lib. I. .	3324
Lib. II. .	3355
Lib. III. .	3381
Lib. IV. .	3404
Lib. V. .	3435
Lib. VI. .	3457
Lib. VII. .	3483
Lib. VIII. .	3521
Lib. IX. .	3555
Lib. X. .	3579
Lib. XI. .	3600
Lib. XII. .	3624
Lib. XIII. .	3643

		Pag.
Notæ Variorum in Metamorphoseon	Lib. XIV.	3669
	Lib. XV.	3699
in Fastorum	Lib. I.	3731
	Lib. II.	3769
	Lib. III.	3811
	Lib. IV.	3849
	Lib. V.	3887
	Lib. VI.	3911
in Tristium	Lib. I. Eleg. I.	3943
	Eleg. II.	3948
	Eleg. III.	3951
	Eleg. IV.	3954
	Eleg. V.	3955
	Eleg. VI.	3957
	Eleg. VII.	3958
	Eleg. VIII.	3959
	Eleg. IX.	3960
	Eleg. X.	3962
	Eleg. XI.	3966
	Lib. II.	3968
	Lib. III. Eleg. I.	3986
	Eleg. II.	3989
	Eleg. III.	3990
	Eleg. IV.	3992
	Eleg. V.	3994
	Eleg. VI.	3996
	Eleg. VII.	3997
	Eleg. VIII.	3998
	Eleg. IX.	3999
	Eleg. X.	4001
	Eleg. XI.	4002
	Eleg. XII.	4004
	Eleg. XIII.	4006
	Eleg. XIV.	4007
	Lib. IV. Eleg. I.	4008
	Eleg. II.	4011
	Eleg. III.	4014

	Pag.
<b>Notæ Variorum in Tristium Lib. IV.</b>	
Eleg. IV. .	4016
Eleg. V. .	4018
Eleg. VI. .	4019
Eleg. VII. .	4021
Eleg. VIII. .	4022
Eleg. IX. .	ibid.
Eleg. X. .	4024
<b>Lib. V.</b>	
Eleg. I. .	4027
Eleg. II. .	4030
Eleg. III. .	4032
Eleg. IV. .	4033
Eleg. V. .	4034
Eleg. VI. .	4036
Eleg. VII. .	4037
Eleg. VIII. .	4039
Eleg. IX. .	ibid.
Eleg. X. .	4040
Eleg. XI. .	4041
Eleg. XII. .	ibid.
Eleg. XIII. .	4043
Eleg. XIV. .	ibid.
<b>in Epistolarum ex Ponto Lib. I.</b>	
Epist. I. .	4045
Epist. II. .	4049
Epist. III. .	4054
Epist. IV. .	4056
Epist. V. .	4058
Epist. VI. .	4060
Epist. VII. .	4061
Epist. VIII. .	4064
Epist. IX. .	4066
Epist. X. .	4067
<b>Lib. II.</b>	
Epist. I. .	4068
Epist. II. .	4071
Epist. III. .	4076
Epist. IV. .	4079
Epist. V. .	4080
Epist. VI. .	4082



SERENISSIMO  
D E L P H I N O

DANIEL CRISPINUS,

HELVETIUS.

---

QUEM longissime a patria, atque in ultimos barbarorum Cæsaris ira submoverat, eum Mansuetudo tua in urbem reducit, DELPHINE SERENISSIME; ut non aliter cum ipso exulasse Musæ videantur, quam ut ex omnium luctu tua major gloria splenderet. Is adeo, quando ita jussisti, meque ejus introductionis administrum, ex illustrissimi atque sapientissimi Ducis Montauserii instinctu, voluisti, tibi adest Venerum atque Deliciarum comes assiduus, qui beneficio tuo neque amplius Sarmaticam feritatem exhorreat, neque de manibus et cineribus suis sit ultra sollicitus. Gratia tua jam diu Imperatoris offensiones omnes obliteravit. Verum jam aliud majus est, quod elegantissimi Poëtæ mentem distineat. Majestatis videlicet nova quædam tua atque incredibilis species, quam vultu et omni corporis forma, mira cum suavitate conjunctam, exhibes, ita accedentis mentem totam perstrinxit, ut vix cogitationum suarum sit ipse sibi conscius; nedum cogitata sua libere proferre possit. Roma illa veteri, in qua et ipse floruerat, nihil majus, nihil amabilius, ne fando quidem acco-

perat, quæ Augusto suo tanquam præsentî atque aspectabili numine quopiam gloriabatur. At, ne quid de sede dicam regia, cujus statum atque ordinem, decus, splendorem, aliaque nullibi conspicienda nemo quisquam non admiretur; postquam hic homines Diis suis superiores advertit Naso, teque insuper vidit, Princeps Auguste, LUDOVICI MAGNI cura, quem per tam longam Regum seriem, tantoque rerum molimine Fata pro hujusce ævi gloria et faustitate in orbem invexerunt, tunc vero, si non in totum sibi barbarus visus est, mutum sane fieri stupor optimum esse persuasit. Ad nutum itaque tuum, tibi que in omnia paratissimus deinceps cum tuis permanebit: ut si quando a versando orbe et componendo, aut ab invicti Parentis labore animum revocare libuerit, seu jocis, quos amabiliter movere Thalia sua illum edocuit, seu fabellis, quas ab Apolline ipso videtur mutuasse, cogitationes tuas delinire aliquantis per audeat. Si quidem et illum cooptare, atque in tuorum chorum arcessere non dedignatus es, haud ingratum erit, SERENISSIME PRINCEPS, quod illius dotem, qua maxime prodesse possit, aliquatenus verbis apud te exornem. Ea licentia plurima habere etiam illum affirmare non dubitem, quæ regiæ dignitati, ad quam et natales tui, et gloria Regis, et populorum vota te ducunt, nequaquam infeliciter respondeant: siquidem et summo artificio quæ hinc inde dispersa erant in unum corpus coëgit, et ea, magis ad voluptatem parata, politicis artibus ita consecravit, ut illam sub virtutis signa redigere unice studuisse videatur. Scis ita esse jam diu, qui Transformationum libros non evolvisi modo alacritate eximia, sed acri insuper, quam juvenili, judicio præcellentem moralibus observationibus tuis reddidisti. Sensim ergo et quasi per gradus a Poëtæ lusibus ad ejus seria, tum ab ejus seriis, quæ tibi quasi præludio fuerint, ad ardua regni, ad quæ posceris, cum magno Parente assurgere poteris. Ita vero illum adornavi, Latinumque ejus sermonem, qua fieri potuit, ad Gallici nostri rationem sic revocavi, ut si minus directe tibi, DELPHINE SERENISSIME, usui esse contendit, per alium

saltem reverentiam suam, meamque cum utriusque officiosissimis obsequiis declarare aggrediatur. Nimirum ad oblectandam pueri insignis Burgundiæ Ducis primam ætatem fuerit aptissimus; cui, utpote Regis spei secundæ, tuæque voluptati, gratum esse aliqua ex parte si liceat, tum denique neque famæ neque fortunæ amplius pœniteat. At enim conatus me transversum agit, qui ubi sim, et quem compellem, sum pene oblitus, præ studio. Ut cumque ignoscas, nam mitissimus es, tempora sua sibi præripi non fama modo et gentes, sed et publica omnium lætitia queritur. Quandoquidem melius vox omnium quæ pectore habeo comprehensa, expediet, pluribus supersedeo, non sine votis tamen, ut Deus ter Opt. Maximus te incolumem præstet animo pariter et corpore, teque bonorum omnium servet usque tutamen.

*Datum Lausanæ VII. Kal. Octob. 1685*

# BENEVOLO LECTORI

## SALUTEM.

---

VITAM suam tam accuratè, tamque eleganter Naso ipse, *Tristium* l. IV. cl. 10., posteris consignavit, ut voluptati tuæ invidere, minusque mihi consulere videar, si, quæ ille scripsit, aliter inculcare studuerim. Nonnulla adeoque tantum adjiciam, quæ aut leviora illi visa sunt, aut de se prædicare modestia non sivit, fata denique sua referre illum prohibuerunt. Posito ergo, quod *Elegiam* illam perlegeris, ex qua non natales modo Poëtæ, studia, plurimæque alia re ipsa magis quam oratione ejus modestissima perceperis, paucula hæc ex doctorum virorum monumentis hinc inde desumpta, seu etiam ab ipso Nasone mutuata, ita accipe. Ingeniosissimum fuisse, atque incredibili quadam facilitate et felicitate a natura instructum nullus non confiteatur; siquidem vel illa ipsa quæ ex arte exquisitissima ab ipso proferuntur, tantam ubique habent simplicitatem, ut quivis idem, solo naturæ impulsu, præstare posse sibi videatur. Lepos natus in mira copia atque varietate nuspium desideratur: minusque eo accersitas aut aliunde petitas ejus opes crederis, quod subinde luxuriantem potius et exultantem stylum reprimere, quam quicquam addere cupiveris. At enim tantopere illæ celebratæ Nasoniani ingenii dotes, utcumque maximæ, non tamen illud sunt quod maxime splendet, mihi que adeo maxime probatur. Habent illæ etiam



omnes, ni fallor, decus suum et suavitatem ex ingenua, quam vix suo nomine dixerim, nescio qua sese semper alacrius et in melius effingente, lenitate atque urbanitate mirifica, quæ efficitur ut, sublato omni verborum ornatu, immo et rerum ipsarum utilitate, supersit adhuc aliquid, quod animum detineat, quod oblectet, quod insuper vel invitum sequacem et lubentem efficiat. Scilicet ille non fuit modo artibus omnis generis excultissimus, et omnium præcellenti disciplina morum ad contemplationem, ut solent, aut inanem loquacitatem ad ambitum usque imbutus; sed, caput quod fuit totius rei, paratas ita habuit, tamque alte bono a natura ingenio infixas rarissimas virtutes, candorem, integritatem, commoditatem, benevolentiam, aliasque humanitatem quæ vere sapiunt, ut illæ ejus ore spirare, vocesque ejus effundere nunc etiam videantur. Cujus rei documentum insigne hoc quoque fuerit, quod ab infestissimis inimicis per maximam socordiam laccessitus, tempore exilii, non humane tantum illorum injurias tulit, sed nomina etiam eorundem, vix aliunde cognoscenda, dissimulavit. Urbanissima itaque hæc, tamque amabilis dicendi et agendi ratio cum subtilissima et accuratissima singula exquirendi facilitate conjuncta laudem maximam illi fecere, et barbarorum etiam animos facile conciliavere: ut merito illum omne tulisse punctum asserere audeamus; qui cum bonus esset et dicendi peritus, monendo pariter, atque delectando, utile dulci, pro summorum in his artibus virorum sententia, tam præclare miscuerit. Neu vero temere quisquam negligentiam ex facilitate, aut fucum ex arte cavillatus sit; vel, quod iniquius foret, virtutes ejus, quod naturales, aut quod studio paratæ, sollicitaverit; tam apte inter se cohærent diligentia ejus et facilitas; opes acquisitæ ita aperte ex dotibus fluunt ingenii, ut non male singulis illis quod est omnium, et vice versa vix omnibus quod est singularum, attribuere posse prima fronte quivis existimet. Nisi forte quispiam, quia insigniter Nasonis dissimulatus est labor et cura, atque ad laborem et curam, illam scilicet ingeniosam, de qua nunc agimus, unice factus videtur, illud quod maxi-

me volumus, nolens etiam dixerit, omnia in ipso bona, artis quoque elegantiam, et peritam negligentiam a natura data esse. Quæ omnia melius multo ex cujuslibet loci inspectione, ubicumque librum aperueris tibi innotescunt, LECTOR, quisquis hisce literis faveris, quam proluxa aliqua oratione assequi valeamus. Neque vero promiscue, aut sine judicio bonis suis usum Poëtam uspiam comperies. Materia sua et argumentum modum ubique fecit orationi et generi scribendi: et, quanquam nullibi non sedulus, accuratus, facilis, copiosus, varius, certentque ad amœnitatem in omnibus ejus operibus ingenii felicitas mira cum eruditione politissima, nihilominus tamen, ubicumque opus fuit, character ille emicuit, quem rerum ipsarum natura postulavit, seu splendide, quo in genere primas tulit, seu lenius dicendum foret. Epistolas ab ipso, suo vel aliorum nomine conscriptas, inspexeris, libellos Amorum, Metamorphosin, aut aliud quodcumque ejus opusculum, elegantem illum et amabilem esse qui scripserit statim intelliges. Ceterum, neque ingenium ejus, neque oratio sese ita in omnia induunt, quin ea perfectissime recognoscas. Singulis lumen ita fœneratur, ut ea magis id esse quod revera sunt videantur; tametsi ille super hæc omnia emineat, et propemodum ab ipso quicquid habent assumere credantur. Nugas agere elegantes cum puellis, aut levius incerta amoris tractare quis unquam juvenilius didicit? Metamorphosis tota omnis generis solidaque eruditione scatet, nulla parte eloquentiæ luminibus non illustrata. Namque de industria artificiosissimam fabulas diversissimi argumenti inter se connectendi rationem, quasi unica materia essent, non sine causa prætereo, quam nullus satis admiretur, nisi ipse re ipsa cognoverit. Quare et Græci ipsi, fabularum artifices, luculentum illud numerisque suis absolutissimum opus Romanis non inviderunt modo, sed versibus suis suum fecerunt. Unde et nos, quo simul, et quasi uno obtutu mirum artificium totius operis posset comprehendi, ab initio statim fabularum omnium exhibuimus argumenta. In Fastis vero, quam prisca et quam vasta eruditio! Dixerim facile ex omnibus veterum

monumentis nullum superesse hodie, in quo plus doctrinæ et reconditæ antiquitatis contineatur. In Tristibus quanta lenitas, quamque compositus mœror! Ea certe latet in ejus luctu jucunditas, ut et exulare et mœrere suave habere aliquid non abs re conjicias. Denique, ne tibi voluptatis tuæ tempora præripiam, LECTOR, natura ita instituerat Nasonem ad ea loquenda, quæ ipsa in singulis cuperet, quæque omnes expectarent; tam accurate, tantaque cum diligentia parentis illius benignissimæ instinctum excoluerat, ut non aliter quam perite et artificiose, neque ita, quam ut naturaliter et simpliciter, seu dicere, seu facere, quodque omnibus arrideret, posse videretur. Quibus rebus, aliisque, quas prudens omitto, in suo genere perfectum atque inimitabilem Poëtam quis agnoscat, qui mellifluas ejus scripturas vel primis labiis degustarit. Mores deinde illius quales fuerint nihil opus exquirere. Quanquam enim aliunde non esset compertum, facile ex iis quæ memoravimus cognoscerentur. Candor scilicet et ingenii facilitas atque integritas in illos derivata summe amabiles necessario præstitisset; ut ne addam, quod humanioribus literis usque et usque expoliverit. Amicorum observantia et cultus quis fuerit, nunquam aliunde satis, quam ex ipsius Epistolis didiceris. Nævos tamen ejus si quis notaverit, quandoquidem homo fuit, idemque Ethnicus, haudquaquam illi admodum repugnem, modo ne ultra metas expatietur censura. Illud maxime culpaverim tamen, quod nequitiae suæ, atque amoribus supra modum indulserit. Namque suam utcumque excusare videantur lasciviam et joci amabiles, et sermo verecundus, aut etiam factorum negatio; ipsis ejus maxime pudicis atque honestis verbis eo minus honesta atque pudica admixta intelliguntur, quo flagitia ea magis ex illo decoro obvolvitur, et placitura propinavit. At

Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,

Postulat; ignoscat verrucis illius. Æquum est

Peccatis veniam poscentem reddere rursus.

Nimiam insuper felicissimæ indolis ubertatem, quæ sese minus juvenilibus annis præsertim contineret, laudatissimo

Poëtæ obtendunt. Verum quotusquisque ita est beatus, ut illi hujusmodi vitium obtrudatur? Quos debuit fructus illa ætas protulit: magisque naturæ quam Poëtæ laudi obtrexerit qui morosiores se hac in parte præbuerit. Voces denique nonnullas, quibus licenter nimis in carminibus usus sit, reprehenderunt olim etiam ejus amici. At cunctanter arguendum esse ex eo abunde constat, quod data opera vir in aliis non ingenii modo acutissimi, sed delicatissimi judicii, ita faciendum crediderit. Quod quidem ex jocosa cum amicis contestatione quadam manifeste apparet. Rogatus enim aliquando ab his, ut tres, quos vellent, ex versuum ipsius numero tollerent; cum ille assentiretur, modo ut sibi pariter totidem excipere concederent in quibus nihil illis liceret, iidem in utrisque codicillis sunt inventi, quos ipse retineret, illi vero damnarent. Dicebat interim, et aptissime et festivissime, decentiorem eam faciem esse in qua nævus aliquis esset. Verum enimvero, cur in istis operam nostram frustra conterimus? Dolendum magis est quod præstantissima quædam opera ejus fato iniquo perierunt, Fastorum puta sex libri posteriores, Medea tragœdia, Fabio atque Tacito aliisque plurimum commendata, Epigrammata etiam, de quibus Priscianus et Martialis. Libellum quoque de Phænomenis scripserat, uti ex Lactantii et Probi sententia liquet: itemque librum in malos Poëtæ, ut ex Fabio colligitur: nonnulla insuper Vaticinia, quæ libro uno erat complexus. Quin et lingua Getica triumphum Augusti Cæsaris, et de gestis Imperatoris, ediderat. Plura alia adhuc deperdita, præter bellum Actiacum, quod ad Tiber. Cæsarem duobus libris inchoaverat: ex quibus omnibus,

Tum quoque cum fugeret, quædam placitura cremavit,

Iratus studio, carminibusque suis:

uti quidem illum ipsum confitentem habuimus. Illorum autem loco multa falso attributa; in quibus *Carmen Panegyricum ad Pisonem*, *Philomela*, *Pulex*, *Nugæ* libris tribus *De Vetula*, in quibus ineptissimus auctor, minus etiam Ovidium referens, quam simia hominem, non aliter illum

inducit, quam si Evangelio credidisset. Cujus ridiculos versus referre piguit. Superest jam, ut tam bene de melioribus literis pæne a puero meriti doleas vices, qui Augusti iram, neque adeo Tiberii successoris sævitiam, nihil non expertus tamen, mollire unquam potuit. Qua causa tam aspere illum læserit, ut nullus veniæ fuerit locus relictus, multi conjiciendo assequi studuerunt; nosque etiam in Notis ea de re sententiam nostram diximus. At, ne plus æquo conjecturæ nostræ favisse dicamur, libenter viris doctis assentimur, qui modum ponere curiositati satius duxerunt in re, quam nescire se quoque velle testatus est Naso, ipse præterea offensus Imperator dissimulavit, quam manes illius sollicitare. Cujuscumque ea fuerit generis, ideo exilio mulctatus est: quod fugæ nomine omnibusque modis lenire conatus, Tomis impatientissime, utpote inter Scythas, homines maxime barbaros, sub coelo immitissimo, et longissime ab omnibus amicorum aliisque deliciis remotus, tolerasse testatur. Quanquam ne tam quidem malis suis, neque ægritudine animi confectum fuisse, quam velle videri crediderim; ut scilicet Augusti clementiam, si qua esset, moveret, et reditum suum, vel saltem loci commutationem impetraret. Anno mundi 3957 post Christum natum octavo, cum ipse Naso quinquagesimum ageret, siquidem Hirtio et Pansa Consulibus, adeoque mundi 3907 natus, Urbe ejectus est; domum amplam, quam habuit secundum Capitolium, neque hortos amœnissimos prope viam Flaminiam, nunquam visurus. Tomis ad Ponti Euxini et Danubii oras, quo ablegatus fuerat per novem annos circiter vixit; deinde ibidem fato functus est, Tib. imp. S. Tomitanorum barbariem eo usque molliisse nullus dubito, ut amissum lugerent, ejusque funus quo maximo possent honore prosequerentur. Ceterum Epitaphium Latinum, quod tymbo seu sepulchro ipsius inscriptum, atque anno 1508 repertum nonnulli testantur, nequiquam Augusti vel Tiberii ævum sapere, optime sane viri docti censuerunt. Quinetiam quatuor versus, quibus illud constat, describere tanti non est visum. Generum reliquisse volunt Cornelium

Fidum, qui Perillam scilicet, filiam quam solam habuit, duxit uxorem. Nunc expectas, candide Lector, ut quid ex hac nova operum ejus editione capere possis compendii, ingenue profiteamur: quod quidem ex pauculis sequentibus lineis tibi constabit. Primum omnium admonendus es, non consilio nostro, eo quo tentavimus modo adornatum esse Ovidium, sed Sapientissimi, quantum sors patitur humana, Ducis Montauserii, jussu: cujus quidem viri inclyti prudentiam postquam in his, sicuti in aliis maximis, multo præstantissimam LUDOVICUS MAGNUS in Serenissimi DELPHINI gratiam primo approbavit, deinde Europa tota laudavit, non est verbis supervacaneis ut extollamus. Si quidem illius votis satisfacere, aut, quod suadebat incredibilis ejus beneficentia, et qua dignatus est nos dulcissima clientela, jussa saltem exequi nobis licuisset, spem tibi profecto splendidam faceremus. Namque ille tantus in maximis, postquam ad hæc levia, vera causa, animum demisit, parva esse summum judicium ejus amplius non sivit. Immo desideriis et conatibus nostris nulla si obstitisset sortis perversitas, quoquo pacto literaturæ nostræ tenuitatem compensavissemus. Neque vero aliter, aut Illustrissimi Condomiensis Episcopi Jacobi Benigni Bossuetii, utcumque in Principis institutione olim assidui, defuissent monita, quibus in hoc genere literarum nos aliquando etiam juvit humanissime; aut Nobilissimi P. D. Huetii, in easdem curas cum illo asciti eruditio exercitatissima destituisset, qua nos primo sustentatos benignissime, nequaquam immemores confitemur. Quibus opibus, aliisque postquam nobis carendum fuit, levissima forte videbuntur quæcumque aggressi sumus. Quantulacumque fuerit tamen opella nostra, istud vero assecutos nos esse speramus, ut vel Interpretatione, in locis præsertim difficilioribus accurata, vel Notis, qua fieri potuit festinata perspicuitate ad illa subjectis, non Poëtæ sententia modo, sed ingenium arsque ejus patescerent. Quibus enim, et quibus de causis scriberemus nequaquam obliti, voluptati nobis labor fuit, quæ omnia supervaderet. Ne quis vero jure decreptam sibi

laureolam queri possit, quod passim quæcumque ad scopum spectare credidimus, nostra fecerimus, tametsi, spero, et ex proprio censu nonnulla non contemnenda hauscerimus, lubentissime tamen cuivis illud totum, atque alia omnia accepta habere dixerimus. Nicolai Heinsii, viri de literis humanioribus optime meriti, cujusque recordatio bonis cara semper fuerit, secuti sumus emendationes, quippe quas ex Mss. fide, summa diligentia confirmavit. Atque equidem illum, quia immutati textus vulgaris reddenda ratio fuit, appellamus. Ceteris quam meruerunt, suamque præstant illorum bene scripta et facta, ego homuncio augere laudem non possum, quam maximam omnes faciant quibus innotescant ex animo vovemus. Quamobrem ita potius agere decretum fuerit dixi ad Sallustium: cumque ideo nullus conquestus sit, non sine causa læsisse me neminem, ut nunquam in animum induxi meum, ea ratione credidi. Si qua vero aut cogitare ipse commode, aut ex aliorum lucubrationibus fideliter admonere institui, maximum tibi videri debet, quod illa, cujusmodi esse videantur, per editionem nitidam atque accuratam tibi statim et sine omni labore pateant. Illam namque procuravit atque emendavit I. Anissonius, Bibliopola Lugdunensis, cujus eruditionem si pateretur ejus modestia, facile asseruerim, cuique adeo totum opus concedere non sine causa mihi volupe fuit. Cum notior sit, quam ut commendatione mea indigeat, tibi, LECTOR, non illi, quanquam et istud maxime cupiverim, ejus facta mentione prospectum volui. Vive vero lætus, et nostris conatibus fave.

DANIEL CRISPINUS.

# P. OVIDII NASONIS

## V I T A

AB ALDO PIO MANUTIO,

EX EJUS IPSIUS OPERIBUS, COLLECTA.

---

**F**UIT Ovidius Sulmonensis: quod ipse sic testatur in *Tristibus*, IV. eleg. 10.

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,

Millia qui novies distat ab urbe decem.

Et in *Fastis*, ubi etiam a Solymo Sulmonem denominatum dicit, lib. IV.

Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,

A quo Sulmonis mcenia nomen habent.

Sulmonis gelidi patriæ, Germanice, nostræ :

Me miserum, Scythico quam procul illa solo est !

Est autem Sulmo in Pelignis, quod ipse sic in *Amor.* II. eleg. 1.

Hæc quoque composui Pelignis natus aquosis,

Ille ego nequitia Naso poëta meæ.

Et in III. eleg. 15.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,

Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Fuit ex equestri natus familia, ipso dicente in *Trist.* IV. eleg. 10.



Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis hæres,  
Non modo fortunæ munere factus eques.

Et Fastorum VI.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen  
Hoc dedit : hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Idem ait et in Ponto IV. eleg. 8.

Seu genus excutias, equites ab origine prima  
Usque per innumeros inveniemur avos.

Patrimonium satis amplum habuisse constat ; quod ab eodem in Ponto sic ostenditur :

Non meus amissos animus desiderat agros,  
Ruraque Peligno conspicienda solo :  
Nec quos pomiferis positos in collibus hortos  
Spectat Flaminiae Claudia juncta viæ.

Item domum non longe a Capitolio : ait enim in Trist. I. eleg. 3.

Hanc ego suspiciens, et ad hæc Capitolia cernens,  
Quæ nostro frustra juncta fuere lari.

Fratrem præterea habuit natu majorem duodecim mensibus, et quod mirum est, eodem, quo ipse, natum die : uterque enim quartodecimo Kalend. Aprilis Minervæ quinquatriis natus est ; quod sic ipse in Trist. IV. eleg. 10.

Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,  
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.

Lucifer ambobus natalibus affuit idem :

Una celebrata est per duo liba dies.

Hæc est armiferæ de festis quinque Minervæ,

Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Natus est autem Hirtio et Pansa Coss. qui bello Antoniano apud Mutinam perempti sunt, ut ipse in Trist. IV. eleg. 10.

Editus hinc ego sum, nec non, ut tempora noris,

Cum cecidit fato consul uterque pari.

Cum autem Romæ una cum fratre sub clarissimis et Grammaticis et Rhetoribus plurimum profecisset ; legibus, cogente patre, qui humanitatis studia inutilia esse contendebat, cœpit incumbere, et profecit legibus, et honoribus functus est. Sed cum forum displiceret, quod esset majus

onus ejus viribus, relicta curia et lati clavi servitute, ad mansuetiores musas rediit; poëtasque omnes illius temporis natu majores assidue coluit, atque a minoribus æque cultus ipse est. Quæ omnia in *Trist. iv. eleg. 10.* elegantissime sic scribit :

Protinus excolimur teneri : curaque parentis  
 Imus ad insignes urbis ab arte viros.  
 Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,  
 Fortia verbosi natus ad arma fori.  
 At mihi jam puero cœlestia sacra placebant,  
 Inque suum furtim Musa trahebat opus.  
 Sæpe pater dixit : Studium quid inutile tentas ?  
 Mæonides nullas ipse reliquit opes.  
 Motus eram dictis, totoque Helicone relicto,  
 Scribere conabar verba soluta modis.  
 Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos :  
 Quicquid conabar scribere, versus erat.  
 Interea, tacito passu labentibus annis,  
 Liberior fratri sumta, mihi que toga est ;  
 Induiturque humeris cum lato purpura clavo,  
 Et studium nobis, quod fuit ante, manet.  
 Jamque decem vitæ frater geminaverat annos,  
 Cum perit, et cœpi parte carere mei.  
 Cepimus et teneræ primos ætatis honores,  
 Deque viris quondam pars tribus una fui.  
 Curia restabat : clavi mensura coacta est.  
 Majus erat nostris viribus illud onus.  
 Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori :  
 Solicitæque fugax ambitionis eram :  
 Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores  
 Otia, judicio semper amata meo.  
 Temporis illius colui fovique poëtas :  
 Quotque aderant vates, rebar adesse Deos.  
 Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,  
 Quæque nocet serpens, quæ juvat herba, Macer.  
 Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,  
 Jure sodalitiî qui mihi junctus erat.

Ponticus Heroo, Battus quoque clarus Iambis,  
Dulcia convictus membra fuere mei.

Detinuit nostras numerosus Horatius aures,  
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo  
Tempus amicitiae fata dedere meae.

Successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi,  
Quartus ab his serie temporis ipse fui:

Utque ego majores, sic me coluere minores:  
Notaque non tarde facta Thalia mea est.

In secundo de Tristibus se et causidicum fuisse scribit, et in privatis causis arbitrum, his versibus:

Nec male commissa est nobis fortuna reorum,  
Usque decem decies inspicienda viris.

Res quoque privatas statui sine crimine iudex:  
Deque mea fassa est pars quoque victa fide.

Benignus etiam adeo fuit, ut nullus unquam opus, quod ipse composuerat, carpserit. Quod sic ipse testatur in Trist. iv. eleg. 10.

Nec qui detrectat praesentia, livor iniquo

Ullum de nostris dente momordit opus.

Fuit et moribus ornatissimus: nam et vinum multa aqua dilutum bibebat, et a detestando puerorum concubitu abhorrebat, eratque purus omnis sceleris. Sic enim ipse l. De Ponto. eleg. 10.

Parvus in exiles succus mihi pervenit artus,  
Membraque sunt cera pallidiora nova.

Non haec immodico contraxi damna Lyæo:

Scis mihi quam solæ pæne bibantur aquæ.

Non epulis oneror: quarum si tangar amore,

Est tamen in Geticis copia nulla locis.

Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:

Non solet in mæstos illa venire toros.

Item in secundo De Arte Amandi ait:

Odi concubitus, qui non utrimque resolvunt:

Hoc est, cur pueri tangor amore minus.

In secundo autem De Ponto, eleg. 7. sic scribit:

Vita prior vitio caret, et sine labe peracta est:

Auxilii misero nil tulit illa mihi.

Habuit uxores tres, quarum duas repudiavit; cum tertia vero conjunctissime et amantissime vixit: item filiam, et alios liberos; sed ex filia et avus factus est. Quare in quarto De Trist. ait eleg. 10.

Pæne mihi puero nec digna nec utilis uxor

Est data, quæ tempus perbreve nupta fuit.

Illi successit, quamvis sine crimine, conjux

Non tamen in nostro firma futura toro.

Ultima, quæ mecum seros permansit in annos,

Sustinuit conjux exulis esse viri.

Filia me mea bis prima fœcunda juventa,

Sed non ex uno conjuge fecit avum.

In primo autem libro De Trist. eleg. 3. sic:

Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,

Respiciens oculis pignora cara meis.

Et in tertio eleg. 11. sic:

Usque sit exiguum pœnæ, quod conjuge cara,

Quod careo patria, pignoribusque meis.

Cum autem Augustum Cæsarem imprudenter, et inscius, ut ipse ait, offendisset, ad Euxinos ab eo relegatus est, annos natus L. quare ait in Trist. 1v. eleg. 10.

Postque meos ortus Pisæa vinctus oliva

Abstulerat decies præmia victor equus:

Cum maris Euxini positos ad læva Tomitas

Quærere me læsi principis ira jubet.

Describit autem discessum suum ex urbe, et uxoris et ceterorum suorum lacrymas, duramque et periculosam navigationem suam primo De Trist. longa epistola, quæ incipit:

Cum subit illius tristissima noctis imago, &c.

Præterea primo De Ponto in epist. ad Rufinum, eo in loco se exulare, ubi semper maxima forent frigora, summaque inopia bonorum omnium, his queritur versibus:

Orbis in extremis jaceo desertus arenis,

Fert ubi perpetuas obruta terra nives.

Non ager hic pomum, non dulces educat uvas :

Non salices ripa, robora monte virent.

Neve fretum laudes terra magis ; æquora semper

Ventorum rabie solibus orba tument.

Quocumque aspicias, campi cultore carentes,

Vastaque, quæ nemo vindicet, arva jacent.

Hostis adest dextra lævaque a parte timendus,

Vicinoque metu terret utrumque latus.

Altera Bistonias pars est sensura sagittas,

Altera Sarmatica spicula missa manu.

Sui autem exilii duas fuisse ait causas : quarum alteram

ubique fatetur, alteram semper suppressit. Ait enim II.

De Trist.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen, et error ;

Alterius facti culpa silenda mihi est.

Persæpe igitur et libros De Arte Amandi composuisse

dolet, quod propterea Augusto odio esse cœperit, et aliquid

vidisse per errorem, ut ob id in Scythiam relegatus fuerit,

offenso Cæsare : ait enim in II. De Ponto eleg. 9.

Neve roges quæ sit : stultam quam scripsimus artem,

Innocuas nobis hæc vetat esse manus.

Ecquid præterea peccarim, quærere noli :

Ut pateat sola culpa sub arte mea.

Et paulo inferius eleg. 10.

Naso parum prudens artem dum scribit amandi,

Doctrinæ pretium triste magister habet.

Et in III. ad Amorem eleg. 3.

Nec satis hoc fuerat, stultus quoque carmina feci,

Artibus ut posses non rudis esse meis.

Pro quibus exilium misero mihi reddita merces,

Id quoque in extremis et sine pace locis.

In eodem sic Amorem sibi respondentem inducit in somnis :

Utque hoc, sic utinam defendere cetera posses :

Scis aliud, quod te læserit, esse magis.

Et in IV. ad Carum epist. 13.

Ille quidem dixit ; sed me jam, Care, nivali

Sexta relegatum bruma sub axe videt.

Carmina nil prosunt: nocuerunt carmina quondam,  
Primaque tam miseræ causa fuere fugæ.

Secundo item De Trist. ait:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?  
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?  
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:  
Præda fuit canibus non minus ille suis.

Et in eodem in fine:

Carminaque edideram, cum te delicta notantem  
Præterii toties irrequietus eques.  
Ergo quæ juveni mihi non nocitura putavi  
Scripta parum prudens, nunc nocuere seni.  
Sera redundavit veteris vindicta libelli.  
Distat et a meriti tempore pœna sui.

Et in III. eleg. 5.

Inscia quod crimen viderunt lumina, plector:  
Peccatumque oculos est habuisse meum.  
Non equidem totam possum defendere culpam:  
Sed partem nostri criminis error habet.

Ubique igitur exilii causam tum libros De Arte, tum errorem fuisse commemorat: quis vero ille error fuerit, nunquam aperuit, ne magis Augustus sibi irasceretur. Verum quia, ut ipse ait, 'Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata,' quidnam id fuerit, plurimi scire conati sunt, et conatur semper aliquis: quapropter suspicati sunt quidam turpe aliquod Augusti secretum casu vidisse Ovidium: quod non placet, quia toties objiciendo scelus, immitiorem reddidisset Cæsarem, quem lenire et placare studebat. Alii vero, quod Augusti filiam sub falso Corinnæ nomine amaverit, quæ, ut Plinius et Tranquillus scribunt, flagravat adulteriorum infamia, et damnata est. Qua de re sic Sidonius poëta:

Et te carmina per libidinosa  
Notum, Naso tener, Tomosque missum,  
Quondam Cæsareæ nimis puellæ  
Falso nomine subditum Corinnæ.

Quod non videtur: quia si ita esset, graviter et scienter in

Augusti majestatem deliquisset Ovidius, non, ut ubique ipse scribit, per errorem, et inscienter. Præterea, quam ficto nomine Corinnam appellavit, potitum se testatur, in *Amoribus* lib. 1. eleg. 5. dicens:

Singula quid referam? nil non laudabile vidi,

Et nudam pressi corpus ad usque meum.

Cetera quis nescit? lassi requievimus ambo.

Proveniant medii sic mihi sæpe dies!

Quare si ea vel filia, vel neptis, vel ancilla Cæsaris, vel quæcumque alia fuerit sic illi cara, ut propterea Ovidium relegaverit; non error, sed scelus fuisset; non inscius vidisset crimen, sed sciens fecisset. Adde, quod in eum errorem incidit jam senex: Corinnam vero juvenis amavit. Sic enim de se ipso *iv. De Trist. eleg. 10.*

Carmina cum populo primum juvenilia feci,

Barba resecta mihi bisve semelve fuit.

Moverat ingenium totam cantata per urbem

Nomine non vero dicta Corinna mihi.

Nec puto hic eam, quasi gaudens, nominasset, si ejus miseriæ et exilii causa fuisset. Credendum certe est, aliquid ab Ovidio per errorem visum, cognitumque, ut propterea ab offenso Augusto sub Artis amatoriarum culpa Tomos relegatus sit: sed quidnam illud fuerit, cum sciri ipse noluerit, nequicquam quærimus, præsertim cum, ne quæeratur, sic ipse jubeat:

Ecquid præterea peccarim, quærere noli,

Ut pateat sola culpa sub arte mea.

Exulans autem in locis asperrimis, et perinhumanis, sæpe ut saltem in mitiorem locum relegaretur, petiit: quanquam vel veniam impetraturum se ab Imperatore sperabat. Quapropter, eo mortuo, in *iv. De Ponto eleg. 6.* sic dolet:

Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ;

Spem nostram, terras deseruitque simul.

Quale tamen potui, de cœlitate, Brute, recenti

Vestra procul positus carmen in ora dedi.

Quæ prosit pietas utinam mihi, sitque malorum

Jam modus, et sacræ mitior ira domus!

Et in eodem Epist. 9. numen Augusti rogat, ut sibi ignoscatur, præsertim cum de illo novo Deo facto libellum scripserit. Ait enim :

Tu certe scis hæc, superis ascite, videsque,  
Cæsar, ut est oculis subdita terra tuis.

Tu nostras audis inter convexa locatus  
Sidera, sollicito quas damus ore preces.

Pervenient illuc et carmina forsitan illa,  
Quæ de te scripsi cœlite facta novo.

Anguror his igitur flecti tua numina: nec tu  
Immerito nomen mite parentis habes.

Scripsit ante exilium Heroidum epistolas plurimas; de Amoribus ad Corinnam libros v. quos postea diligentius recognitos in tres redegit, quod sic ipse in 1. eorundem :

Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli,  
Tres sumus: hoc illi prætulit auctor opus.

De arte Amandi libros tres; de Remedio amoris libros duo; Transmutationum libros quindecim: quos, quia non emendaverat, tum iratus, ut ipse ait, studio, carminibusque suis, cum Tomos relegaretur, sua manu combussit, cum aliis quibusdam placituris. Sed quia exscripti fuerant ante plurimis exemplis, omnino aboleri non potuerunt. Propterea sic ipse 1. De Trist. eleg. 7. ait:

Grata tua est pietas: sed carmina major imago  
Sunt mea: quæ mando qualiacumque legas.

Carmina mutatas hominum dicentia formas,  
Infelix domini quod fuga rupit opus.

Hæc ego discedens, sicut bona multa meorum,  
Ipse mea posui mœstus in igne manu.

Utque cremasse suum fertur sub stipite natum  
Thestias, et melior matre fuisse soror,

Sic ego non meritos mecum peritura libellos  
Imposui rapidis viscera nostra rogis:

Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus;  
Vel quod adhuc crescens et rude carmen erat.

Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant,  
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.



Nunc precor, ut vivant : et non ignava legentem  
Otia delectent admoneantque mei.

Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,  
Nesciat his summam si quis abesse manum.

Ablatum mediis opus est incudibus illud :  
Defuit et scriptis ultima lima meis.

Et veniam pro laude peto : laudatus abunde,  
Non fastiditus si tibi, lector, ero.

Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,  
Si præponendos esse putabis, habe :

ORBA parente suo quicumque volumina tangis,  
His saltem vestra detur in urbe locus.

Quoque magis faveas, non sunt hæc edita ab ipso,  
Sed quasi de domini funere rapta sui.

Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,  
Emendaturus, si licuisset, erat.

Item in III. eleg. 14.

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formæ,  
Carmina de domini funere rapta sui.

Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,  
Certius a summa nomen habere manu.

Nunc incorrectum populi pervenit in ora,  
In populi quicquam si tamen ore meum est.

Scripsit et Medeam tragoediam, de qua maxime et a Quintiliano et a Cornelio Tacito laudatus est. Ait enim Fabius : Ovidii Medea ostendit, quantum vir ille præstare poterit, si ingenio suo temperare, quam indulgere malisset. Summo etiam eum fuisse iudicio ostendit Seneca in II. Declamationum sic inquit : Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres versus, petivit invicem, ut tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Conscripserant illi, quos tolli vellent, secreto hic quos tutos esse vellet. In utrisque codicillis iidem versus erant. Ex quibus primum fuisse narrabat Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuit :

Semibovemque virum, semivirumque bovem,

Secundum :

Egelidum Borean, egelidumque Notum.

Ex quo apparet, summi ingenii viro non iudicium defuisse ad compescendum licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat enim decentiorem esse faciem, in qua aliquis nævus inesset. De Medea tragœdia ipse sic meminit II. De Tristibus :

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis :

Quæque gravis debet verba cothurnus habet.

Composuit et librum in malos poëtas, qui non extat ; item in exilio Epistolam consolatoriam ad Liviam Augusti de morte Drusi ; de Tristibus etiam libros quinque ; de Ponto libros quatuor ; in Ibin ; Fastorum libros XII. ex quibus sex tantum ad nostra tempora pervenerunt : de quibus sic ipse II. de Trist.

Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos,

Cumque suo finem mense libellus habet.

Scripsit et triumphum Cæsaris, de quo III. De Ponto eleg. 4. sic meminit :

Utque suo faveas mandat, Rufine, triumpho :

In vestras venit si tamen ille manus.

Est opus exiguum, vestrisque paratibus impar :

Quale tamen cumque est, ut tueare, rogo.

Et lingua Getica libellum De laudibus Cæsaris, quem etiam recitavit. Cujus meminit IV. De Ponto ad Carum eleg. 13. sic scribens :

Ah pudet, et scripsi Getico sermone libellum :

Structaque sunt nostris barbara verba modis :

Et placui, (gratare mihi,) cœpique poëtæ

Inter inhumanos nomen habere Getas.

Materiam quæris ? laudes de Cæsare dixi :

Adjuta est novitas numine nostra Dei.

Nam patris Augusti docui mortale fuisse

Corpus, ad ætherias numen abisse domos :

Esse parem virtute patri, qui fræna rogatus

Sæpe recusati ceperit imperii :

Esse pudicarum Vestam te, Livia, matrum :  
 Ambiguum nato dignior, anne viro.  
 Esse duos juvenes firma adjumenta parentis,  
 Qui dederint animi pignora certa sui.  
 Hæc ubi non patria perlegi scripta Camœna,  
 Venit et ad digitos ultima charta meos ;  
 Et caput et plenas omnes movere pharetras,  
 Et longum Getico murmur in ore fuit.  
 Atque aliquis, Scribas hæc cum de Cæsare, dixit,  
 Cæsaris imperio restituendus eras.

De Piscibus opus non perfecit: de quibus postea Oppianus, Ovidium imitatus, Græce scripsit ad Antoninum imperatorem. Extant præterea multa opuscula sub hujus poëtæ nomine, ut de Nuce et Medicamine faciei ac aurium, de Pulice, de Somno, de Cuculo, de Aurora, de Philomela, de Limace, de Vetula, de Quatuor humoribus, de Ludo latruncolorum: quæ omnia, præterquam de Nuce et de Medicamine faciei, quæ fortasse puer composuit, ridicula sunt, nec digna, ut divino Nasonis ingenio, non juvenis modo, virive, sed ne pueri quidem, attribuantur.

Desperans tandem ad Urbem reditum impetrare a Cæsare, sic ad uxorem Trist. III. eleg. 3. scripsit:

Ossa tamen facito parva referantur in urna :  
 Sic ego non etiam mortuus exul ero.  
 Non vetat hoc quisquam : fratrem Thebana peremtum  
 Supposuit tumulo rege vetante soror.  
 Atque ea cum foliis, et amomi pulvere misce,  
 Atque suburbano condita crede solo ;  
 Quosque legat versus oculo properante viator,  
 Grandibus in tumuli marmore cæde notis :  
 HIC EGO QUI JACEO TENERORUM LUSOR AMORUM,  
 ·INGENIO PERII NASO POETA MEO.  
 At tibi qui transis, non sit grave, quisquis amasti,  
 Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.

Missus autem fuit in exilium anno imperii Augusti secundo et quinquagesimo, vel circiter: quinto autem Tiberii Tomis

apud Getas diem obiit. Ex quo colligitur, exulasse annos octo et menses aliquot. Sepultum etiam juxta oppidum Tomos tradit Eusebius.

---

## P. OVIDII NASONIS VITA,

*Ex vetusto codice Pomponii Latini, cujus apographum extat in  
Vaticana Bibliotheca.*

P. OVIDIUS NASO a. d. XII. Kal. April. Sulmone in Pelignis natus est: quo anno bello Mutinensi P. Hirtius et C. Pansa Coss. diem obiere. Honoribus Romæ functus: fuit enim arbiter et triumvir, et iudicium inter centum viros dixit. Sub Plotio Grippo literis eruditus: deinde apud Marcellum Fuscum Rhetorem, cujus auditor fuit, optime declamavit. Admirator plurimum Porcii Latronis fuit, quem adeo studiose audivit, ut multas ejus sententias in versus suos transtulerit. Bonus declamator et ingeniosus habitus est, et carmine prosa licenter scripsit, ingenii sui adeo amator, ut ex iis quæ dixit, etiam precantibus amicis, nihil mutaverit. In carminibus vitia sua non ignoravit, sed amavit. Militavit sub M. Varrone. Julio Græcino Grammatico familiaris. Tandem cum venisset in suspicionem Augusti, creditus sub nomine Corinnæ amasse Juliam, in exilium missus est; exulavit Tomis, ibique decessit annum agens LX. novissimum.

## ALIA NASONIS VITA,

*Ex Codice Farnesiano.*

P. OVIDIUS NASO Pelignis natus eo anno quo Hirtius et Pansa Coss. in Mutinensi bello perierunt simul, quo coepit triumviratus. Fratrem habuit nomine Lucium natu majorem, defunctum tamen in minimis annis. Romæ sub Plotio Grippo literis operam dedit: a Cornelio Gallo ditissimo et doctissimo cive, et a M. Varrone multa cepit. Familiarissimus fuit Julii Hygini Grammatici. Paternis stimulis foro aliquamdiu incubuit: unde plerumque judicium dixerit inter centum viros. Post parentis mortem ad poëticen integer rediit, scripsitque libros duos Heroidum Epistolarum: inde cum M. Varrone Asiam petiit; sub quo militavit: neque prius huc se contulit, quam peritissimus literarum Græcarum foret. Scripsit inde epistolas quasdam ad Tiberii filiam sub falso nomine ac ficto Corinnæ inscriptas, quæ propter crimen læsæ majestatis combustæ fuerunt. Inde et exilium meruit.

# TESTIMONIA ET JUDICIA

DE

P. OVIDIO NASONE.

---

Vossius de Poëtis Latinis cap. 11.

**OLYMP. CXCIX.** anno 1. Ovidius Poëta in exilio diem obiit, et juxta oppidum Tomos sepelitur.

Inter cetera ejus, quæ referre nihil attinet, cum omnium manibus versetur, sunt Epistolæ Heroidum, sed non omnes sunt unius scriptoris: ipse lib. 11. Amorum eleg. 18. ut suas agnoscit, illam Penelopes ad Ulixem, Phyllidis ad Demophontem, Canaces ad Macareum, Hypsipyles ad Jasonem, Ariadnes ad Theseum, Phædræ ad Hippolytum, Didus ad Æneam, item Sapphus ad Phaonem. Sed Josephi Scalligeri judicio præterea ejus videntur istæ: Briseidis ad Achillem, CEnones ad Paridem, Hermiones ad Orestem, Deianiræ ad Herculem, Canaces ad Macareum, Medææ ad Jasonem, Laodamiæ ad Protesilaum, Hypermnestræ ad Linum sive Lynceum; quæ autem Sabini potius videantur inferius dicetur. Etiam Ovidius transtulit Aratea, unde duos versus Probus adducit in Georg.

Multa scripsit Ovidius quæ deperierunt, ut sunt VI. Fastorum libri posteriores, laudatissima Tragœdia Medea, Phænomena, vaticinia, laudes Augusti, liber in malos Poëtas, epigrammata, e quibus versus ille apud Martialem in secundo epigr.

Ride, si sapis, o puella, ride.

Etiam orsus librum de bello Actiaco, et libellum lingua Getica, de quo sic ipse lib. IV. ex Ponto eleg. 13.

Ah pudet : et Getico scripsi sermone libellum,  
 Structaque sunt nostris barbara verba modis.  
 Et placui ; gratare mihi, cœpique poëtæ  
 Inter inhumanos nomen habere Getas ;  
 Materiam quæris ? laudes de Cæsare dixi,  
 Adjuta est novitas numine nostra Dei.  
 Nam patris Augusti docui mortale fuisse  
 Corpus : in æthereas numen abisse domos.  
 Esse parem virtute patri, qui fræna rogatus  
 Sæpe recusati cœperit imperii.

Unde liquet scripsisse Tiberio imperante, cumque adeo facilis ejus dictio videatur, subinde tamen occurrit, ubi ob trajectionem verborum duriusculus dicatur : ut cum sic incipit libros de arte amandi :

Si quis in hoc artem populo non novit amandi.

Maluerit aliquis :

Si quis in hoc populo legem non novit amandi.

Ac ipse hoc mallet, si *legis* vocabulo *artis* nomen satis exprimeretur. Eidem multa falso attributa, ut carmen Panegyricum ad Pisonem, cujus in Msto hæc inscriptio, *Lucani Catalecton de laude Pisonis*.

Quædam etiam deterioris notæ, ut Grammatici cujusdam Christiani Philomela, alius item Pulex, et alia quædam. Aliqua vero hominum sunt nec mediocriter eruditorum, in his libri tres de Vetula, minus etiam Ovidium referentes, quam simius hominem. Nec ab insulsis librariis Ovidii esse nomen impositum, sed scriptore ipso indicat hoc lib. II.

in novas formas

Corpora mutatas cecini.

Et lib. III.

memini dicens hæc de Jove verba  
 Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,  
 Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli  
 Ardeat, et mundi moles operosa laboret.

Quæ sunt ex lib. I. *Metam.* etiam loquitur postea, quasi inter Getas degeret, ac subdit,

Nam quoniam reditum mihi jam sperare negatum est  
Opto mori.

Vide autem stultitiam Poëtastræ. Etiam Ovidium inducit loquentem, quasi Evangelium vidisset,

Hujus Cultorem me repromitto futurum,  
Dum tamen ipse trahat, quia si non traxerit, ipsi  
Nemo placere potest, et ad ipsum nemô venire.

Ovidii de vetula meminere Theodoricus de Niem in Nemore unionis tract. VI. cap. 38. et Gobellinus Persona in Cosmodromio ætatis III. cap. 16. et ætat. IV. cap. 10. meminit quoque, sed ut suspecti scriptoris Henricus de Hervordia in Saxonia: in historia Laurentii Mulleri, atque exinde in Glandorpii Onomastico legas hodieque extare versus monumento Ovidii incisos: esse vero hujusmodi,

Hic situs est vates, quem Divi Cæsaris ira  
Augusti Latia cedere jussit humo.

Sæpe miser voluit patriis occumbere terris,  
Sed frustra, hunc illi fata dedere locum.

Verum neququam hæc sapiunt ævum Augusti vel Tiberii.

Borrichius, de Poëtis Dissertatione I. §. 21.

P. OVIDIUS NASO, eques, patria Sulmonensis, natus anno U. C. DCCXI. hoc est, primo a morte J. Cæsaris, juveniles annos in studiis et foro egit, sed paulatim ad amores et musas propensior Romam concessit, ibique ingenii humanitate, nobilitate generis, et venustate carminis statim cœpit inclarescere. Poëta, si quis unquam, facilis, natus, expeditus. Extant libri ejus *Fastorum* VI. (nam totidem periire) antiqua eruditione patrum Pontificumque referti, quibus cum Bart. Morisottus sex alios ad supplendam lacunam adjecerit, mirum quantum a suavitate Nasonis degeneret. Quod si genuini sex in pago prope Ulmam delitescant, ceu creditum quondam Celsi Protacio, magnam ab eruditibus inibit gratiam, qui tam nobilem Thesaurum quærat



exsculperè, sed deceptum Protacium, credibile. Supersunt *Metamorphoseon* libri xv. non illo quidem stylo sublimi Epico, sed tamen decoro, arguto, numeroso exarati, et hoc ipso, ut ceteræ virtutes prætereantur, ingeniosissimi, quod miro artificio omnes propemodum veterum fabulas ab initio orbis, ad sua usque tempora perpetua serie, et velut catena quadam amabili, connectant. *Heroides* et *Amorum* libri purissimæ dictionis sunt, sed impuri plerumque sensus, quibus sive *Juliam Augusti* filiam amoribus suis implicuerit, quod creditum *Sid. Apollinari*, sive urbem lascivo scripto corruerit, sive denique *Augusti incesto* oculos consceleravit, quo ipse l. III. *Trist.* videtur inclinare, certe in exilium missus *Tomis* consenuit. In qua calamitate non tantum *Getice* poetari didicit, sed et *Ponticis* suis *Tristiumque* libris *Augusti* misericordiam non destitit evocare, quantum incassum. Creduntur hæc exulis scripta humiliora esse ceteris ejus operibus, ut inter barbaros et miseriam nata, at sane quantum iis detractum majestatis, tantum ex ingenio additum varietatis et pulchritudinis. Neque enim ingenium in exilio ipsi excidisse, satis docuerunt mordaces in *Ibim* diræ, tot exemplis ex cana antiquitate petitis aculeatæ, ut mirum sit, homini, instructissima etiam *Bibliotheca* viventi, tantum suppetere posse apparatus, quantum ipsi extra pluteos suggestit memoria. Plura scripsisse *Ovidium* constat, de quibus *Lil. Gyraldus Vossiusque*; sed *Philomelam*, *Panegyricum ad Pisonem*, *Pulicem*, et de *medicamine faciei* non esse *Ovidianos* foetus, consentiunt eruditi, ut nec omnes *Heroidum Epistolas*. Inter editiones operum ejus nulla castigatior est *Nic. Heinsii*, quam et postea secutus est *Burchardus Cnipplingius*; laudatur et *Ovidius Variorum*. In optimis *Nasonis* versibus ille est,

Finemque potentia cœli

Non habet, et quicquid superi voluere, peractum est.  
 Creditur obiisse *Tomis* anno U. C. DCCCLXX. hoc est *Christi* XVII. monstraturque ad urbem *Kioviam* ejus sepulchrum, si verus *Brietius*.

## TESTIMONIA

QUÆDAM VETERUM ET RECENTIORUM.

Velleius Paterculus lib. II. cap. 36.

Tibullus et Naso perfectissimi in forma operis sui.

Seneca lib. III. Natural. Quæst. cap. 27.

Insularum modo eminent montes et ‘ sparsas Cycladas augent,’ ut ait ille Poëtarum ingeniosissimus, sicut illud pro magnitudine rei dixit, ‘ omnia pontus erat: deerant quoque littora ponto’ nisi tantum impetum et materiæ ad pueriles ineptias reduxisset.

Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.  
Non est res satis sobria, lascivire devorato orbe terrarum.  
Dixit ingentia et tantæ confusionis imaginem cepit, cum dixit:

Expatiata ruunt per apertos flumina campos,

Pressæque labant sub gurgite turres.

Magnifice hoc, si non curavit, quid oves et lupi faciant.  
Natari autem in diluvio et in illa rapina potest? aut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, mersum est? concepisti imaginem, quantam debebas, obrutis omnibus terris, cœlo ipso in terram ruente. Perfer: dices enim quid deceat, si cogitaveris orbem terrarum natare.

*De hac Senecæ censura vide Schelium ad Dialogi de Oratoribus cap. 23.*

Idem Controversia XXVIII.

Propter hoc et alia, quibus Orator potest Poëtæ similis videri, solebat Scaurus Montanum inter oratores Ovidium vocare. Nam et Ovidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Non multa referam, quæ Montaniana Scaurus vocabat. Uno hoc contentus ero. Cum Polyxena esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit (lib. XIII. Metam. 503).

Cinis ipse sepulti

In genus hoc pugnat:

Poterat hoc contentus esse ; adjecit,  
tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus adjecit,  
Æacidæ fœcunda fui.

Aiebat autem Scaurus rem veram : non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere.

Idem Controversia XXXIII.

Vinicius summus amator Ovidii, hunc, aiebat, sensum disertissime apud Nasonem Ovidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat esse memoria tenendum. Occiso Achille hoc epiphonema apponit (lib. XII. Met. 607.)

Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,  
Hoc fuit.

Quintilianus lib. x. Instit. Orat. cap. 1.

‘ Lascivus in Heroicis quoque Ovidius, et nimium amator ingenii sui ; laudandus tamen in partibus.’ Et mox : ‘ Ovidius Tibullo et Propertio lascivior.’ Et iterum : ‘ Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere malisset.’

Martialis lib. I. Epig. 62.

Apollodoro plaudit imbrifer Nilus,  
Nasone Peligni sonant.

Lib. III. Epig. 38.

Insanis : omnes gelidis quicumque lacernis  
Sunt tibi, Nasones Virgiliosque vide.

Lib. v. Epig. 10.

Rara coronato plausere theatra Menandro ;  
Norat Nasonem sola Corinna suum.

Lib. VIII. Epig. 63.

Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,  
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

Auctor de causis corruptæ eloquentiæ, cap. 12.

Nec ullus Asinii aut Messalæ liber tam illustris, quam  
Medea Ovidii.

Stattius lib. II. Silv. VII. vers. 75.

Cedet musa rudis ferocis Enni,  
Et docti furor arduus Lucreti,  
Et qui corpora prima transfiguratur.

Spartianus in Ælio Vero cap. 4.

Ælius Verus Ovidii libros Amorum in lecto semper  
habuit.

Lactantius lib. 1. de Falsa religione cap. 5.

Ovidius quoque in principio præclari operis sine ulla  
nominis dissimulatione a Deo, quem fabricatorem mundi,  
quem rerum opificem vocat, mundum fatetur instructum.

Hieronymus, in Oseam cap. 11.

Hujus Beli Semiramis, de qua multa et miranda referun-  
tur, muros Babylonis extruxit, de qua insignis Poëta tes-  
tatur lib. IV. Met. 55.

Quam dicitur olim

Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Julius Scaliger in Hypercritico, p. 788.

Jam vero ad eum pervenimus locum, in quo ingenii  
magnitudo et acumen judicii exercenda sunt. Quis enim de  
Ovidio satis digne dicere possit, nedum ut audeat eum repre-  
hendere, &c.

Ex Josephi Scaligeri Prolegomenis Manilianis, &c.

Uno vincitur (nimirum Manilius) quod non potest

manum tollere de tabula, et (quod tam falso, quam immerito, Ovidio objectum olim) nunquam scit desinere, &c.

Ibidem.

Hoc ut non mediocre vitium est in nitido scriptore, ita puri sunt ab hac labe (nimia earundem vocum iteratione) principes Poëtæ, Virgilius et Ovidius.

Idem in Libro III. Poëtices, p. 261.

In omnibus illud in primis cavendum est, ne inepte discurras, nisi libros componas eam ad rem destinatos: quemadmodum Ovidius fecit in libris Transformationum, et Lucanus.

Victorius lib. XII. Var. c. 5.

Ovidius, ut oratione ac versibus, ita vita et moribus enervatus.

COMPARATIO TIBULLI ET OVIDII,

Ex elementis Rhetoricæ Joachimi Camerarii.

DICAMUS et de leviorum artium studio, ut Ciceroni placet, et ex illo nobiles poëtæ duos veluti in medium producamus, Tibullum atque Ovidium: utrumque mollem, ac tenerum, et facilem: qui ambo et amores cecinere, et versiculis illos includere, quasi remissi et solutioris cujusdam modi, quos Elegiacos vocant. De his inter veteres contentio fuit, uter alteri præferendus videretur. Ego vero quoties Tibulli carmina lego, nihil amplius requiro, neque venustatis, neque elegantiae: doctrinam autem et eruditionem admiror. Omnia arte studioque summo elimata mihi videntur. Itaque in maxima facilitate, illa tamen cura elaborationis et diligentiae conspicitur. Verba optima, sententiae exquisitae, compositio omnibus, ut aiunt, numeris perfecta. Ex quo necesse est hoc consequatur, carmina ut sint et canora, et splendida, et concinna. Quid autem in Ovidio, quæve laus eminent? Primum ingenii tanta vis, ac tam agiles tamque celeres motus, tam prompta

facultas, tanta bonitas in hac parte naturæ, ut in facili et extemporali genere quodam, nihil reperias non solum quod scriptis illius anteferre, sed ne conferre quidem possis, nihil in illis sollicitum, nihil quæsitum, nihil anxium. Sententiis verba urgentur, verba sententias incitant. Nulla copia, nullum ornamentum, nulla insignia sunt orationis, quæ non investigata quidem aut conquisita fuerint ab hoc poëta, sed quæ non illi ultro occurrerint et suppetierint, ut jam aliquibus fastidiosis scilicet, offensioni magis, quam delectationi hæc esse soleant, et dolori invidis, ex quo obtrectatio alienas quasi divitias insectans nascitur.

POETÆ ELEGIACI.

Est gravis et cultus, puroque simillimus amni,  
 Dulciaque eloquio verba Tibullus habet.  
 Mollis et abstrusus, tenerique Propertius oris,  
 Interdum Baccho sed trahit ille pedem.  
 At facilis NASO, sulcans pleno æquora velo,  
 Pectore Castalias divite fundit opes.  
 Hos celebrat blandos Elegeia docta poëtas:  
 Diversi quamvis, laus sua quemque manet.

Georgius Fabricius.

Apologiæ pro Poëtis Latinis pag. 484. post Gifanii observationes in Latinam Linguam.

Tantæ semper omnibus admirationi Ovidius fuit, ut non ingeniosus, sed ingenium ipsum; non Latinus, sed ipsa Latinitas; non Musarum sacerdos, sed ipsum Musarum numen sit habitus. Quis enim plura, quis elegantiora hoc Poëta scripsit? nec velim porro ex scriptorum multitudine summam esse Nasonis auctoritatem, sed cum perrarum apud nostros fuerit, ut qui absolute, multa idem scripserit. Hinc certe Ovidium summum in suo genere fuisse colligitur, quod infinita et absolutissima ingenii sui monumenta nobis dedit: sed in divino Metamorphoseon opere tale sui specimen exhibuit, ut diversas fabulas diversissima temporum ratione ac serie gestas tam admirabili ordine explicarit, ut

non variæ, sed una videri possit, et ab eo illius inventores Græci tanquam ab aliis accipiant, Maximusque Planudes unum ex Latinis omnibus Græciæ donarit. Quod autem ad Latinam linguam attinet, eruditi omnes uno ore confitentur, si funditus illa esset amissa, unius autem Ovidii scripta exstarent, ex illis commodissime posse restitui.

Ex Danielis Heinsii Libro de constitutione Tragoediæ secundum Aristotelem.

Omnes Ovidius transcendit. Sive falsa probabiliter, sive obscura perspicue, sive utraque ornate, sive omnia simpliciter sint exponenda. Falsa, ut in *Metamorphosi*. Obscura, ut *mathematica*, et antiquitatis arcana in *Fastis*. Quæ ad mores pertinent, ubique. Etiam cum ludit aut lascivit. Idque verbis et oratione vulgari. Ut et dicat quæ velit, et doceat quæ quisque intelligat: tam admirabili felicitate, ut cum quivis idem posse videatur, nemo possit: nemo, nisi magni animi et excitati, tentare idem ausit; sapientes etiam desperent. Ubique sententiæ, ubique loci communes: de ignavia, de disciplinis, brevitate formæ, opum contentu. Neque semper falsa narrat. Ut in opere jam dicto: in quo plurimas historias exponit. Ut *Lucretiæ*. Nam quid cum simplicitate illa comparandum? quam indocti et rustici fastidiunt: urbani et ingenui sine ulla imitationis spe adorant. Ecce celeritatem:

Nox superest: tollamur equis, urbemque petamus.

Dicta placent: frænis impediuntur equi.

Pertulerant dominos: regalia protinus ipsi

Tecta petunt: custos in fore nullus erat.

Nullus equus, ac vix cogitatio humana, hanc celeritatem assequatur. Tale est illud:

Sic sedit: sic culta fuit: sic stamina nevit:

Injectæ collo sic jacuere comæ.

Hos habuit vultus: hæc illi verba fuerunt,

Hic color, hæc facies, hic nitor oris erat.

Numerorum autem tanta in hoc scripto, cujus partem alteram habemus, paritas, simplicitas, ac invidenda suavitas,

ut, quid magni viri velint, cum mutari quosdam posse existiment, neque ipsi, nisi fallor, neque nos intelligamus. Nondum enim cuiquam id probarunt, cum in simili scribendi genere versati sunt. Libri *Tristium*, et qui *De Ponto* inscribuntur, quo ab omni affectatione (quanquam iis cum plerisque illius scriptis hoc commune est) magis alieni sunt, eo magis commendari juventuti debent. Et ubique Latinitas, vel inter prima. Ut non temere Muretus, quo, post literas renatas, nemo sine affectatione elegantius scripsit, quendam, qui auctori tanto hanc detraheret, prodigii instar, ovis et sulphure lustrandum existimet. Ut et Josephus Scaliger. Julius autem, in *Rhetoricis* (qui illius libri cum aliis non paucis perierunt) tanquam absolutum et perfectum omni ex parte exemplum, scripta ejus proponebat. Neque temere alia auctoritate quæ docebat, quod non semel ex divino ejus viri filio audire memini, ubique confirmabat. Sed natura ejus viri, candor, ingenuitas, velocitas, quæ in narrationibus potissimum elucet, supra votum est. Proximum est ergo, recte de iis judicare.

Barthius ad Papinii lib. II. *Silv.* IV. 19.

Rem nitidissimis verbis, et plane Calliope captatrice diguis, narrat Ovidius lib. V. *Metam.*

Ad lib. III. *Silv.* II. 38.

Quomodo Anthedon formam perdiderit nimis eleganter et Poëtice describit Ovidius.

Ad lib. III. *Silv.* IV. 40. 41.

Narcissi fabulam pæne ultra humanum ingenium comiter et venuste describit Ovidius.

Ad lib. I. *Theb.* 150.

Nimia properantia sæpe peccat Ovidius, quem tamen contestatio propria excusabiliorem facit, de opere a busto velut actoris raptō.



Ibid. vs. 219.

Ovidius ingeniosissimus Poëtarum, tamen raro cautissimus.

Ad lib. II. 92.

Sane ego Valerium Flaccum Argonautica scribentem legere malo, quam vel Ovidium vel Papinium, quorum ille tenuem materiam lascivia utique violasset aut depudicasset, hic magniloquentia contrivisset.

Ibid. vs. 212.

Famae domus descriptionem ingeniosissimam (Metamorph. lib. XII.) qua acutiorem et venustiore nullam ope humanæ mentis excogitaveris.

Ibid. vs. 172.

Mira suavitate et celeritate inimitabili, qui est genius Nasonianus, fabula reponitur. Vide et ad lib. III. 290.

Idem ad lib. III. vs. 192.

In Niobes magniloquentia poenaeque describendis, seipsum vicit Ovidius, quem suspicor non pauca ex Tragicis sumsisse, hodie non extantibus, magna cum nostra dolentia.

Ad lib. IV. 756.

Librarii non solum tautologum fecerunt Ovidium, sed majoribus dictis inepte minora subdere fecerunt Ovidium, Poëtam cautissimum, et alia omnia potius quam tautologiae notam meritum.

Ad lib. V. 367.

Virgilii gravitati si facilitatem Ovidii incomparabilem composueris, miraberis ingeniosissimorum hominum differentiam. Papinius ad eos nihil.

Ibid. v. 481.

Quæ divinitus dicta sunt, nec ope ullius ingenii humani fieri possunt præstantiora.

Ad lib. VI. 536.

In descriptione pugnae Lapitharum cum Centauris inventionum copia, et sermonis nitidi celeritate seipsum superavit.

Ad lib. XI. 42.

Ovidius verus Phœbi olor, quo nemo suavius, et (ut ita loquar) *penetrantius* unquam infortunia sua vel aliena dequestus est. Et omni lapide durior fuit Augusti animus, qui, si non plane condonare, quod utique et poterat et debebat, culpam, remittere tamen exilii atrocitatem uno verbo debebat illiquenti tam ingenuis lamentationibus tanto ingenio.

Ibid. 400.

Longa serie res ibi narratur, versibus plane Musarum manu scriptis, et ore canendis.

Idem Advers. LVIII. cap. 9.

Dicit universum ejus opus (Metamorphoseon) ingenium potius referre quam curam, quo ipso longe Marone est inferior. Vide reliqua.

Manutius ad Cicer. lib. IV. in Ver. cap. 48.

Elegantissimus Poëta, nulli veterum aut ingenio aut doctrina concedens, mira brevitate dixit, &c.

Tanaq. Faber lib. I. Epist. 37.

Ubique ingeniosus est Ovidius, quod nemo unquam, nisi qui ipse ingeniosus non esset, negavit. Ubique doctus est Ovidius, de quo non minus apud omnes constat: sed haud equidem scio, an alibi doctior sit et ingeniosior, quam in secundo Tristium; neque adeo mirum est, causam suam apud Augustum agebat, Principem doctum, Principem Poëtam.

Idem Epist. 71.

Haud equidem scio, sitne aliquid in toto Latio, quod

elegantius et ingeniosius scriptum ab ullo Poëta fuerit, quam elegia octava libri 11. Ponticorum; ita sunt ibi omnia tersa, ita omnia varia et πολυπαθῆ, καὶ πάσας ιδέας κινεῖ γλαφυρὸν ποίημα.

Morhof. de Patavinitate Liviana cap. 5.

Sunt nonnulli, qui eadem injuria Ovidium afficiunt, ut in narrationibus prolixum et declamatoriis argutiis indulgentem; ac fuere non inter veteres tantum, sed et inter recentiores, qui hoc illum cavillo feriunt, in quibus Vavassorem reperiri indignor sane. Nam quod Barthius ante ipsum idem quoque in Ovidio reprehendit, non moror; erat minime istarum rerum idoneus iudex, longe ab illis elegantibus semotus, quales in Ovidio deprehendimus. Ab hac vero injuria illum vindicavit Heinsius, ut non sua tantum, sed Mureti, Josephi Scaligeri et Julii Cæsaris patris sententia, qui tanquam absolutum et omni ex parte perfectum dicendi exemplum commendavit, prodigii instar, ovis ac sulphure lustrandos existimet, qui auctori tanto detraherent.

---

## ANGELI POLITIANI ELEGIA

### DE EXILIO ET MORTE OVIDII.

ET jacet Euxinis vates Romanus in oris :

Romanum vatem barbara terra tegit.

Terra tegit vatem, teneros qui lusit amores,

Barbara; quam gelidis alluit Ister aquis.

Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno,

Pectora habes ipsis barbariora Getis ?

Ecquid, Iö Musæ, Scythicis in finibus ægro

Tædia qui morbi demeret, ullus erat ?

Ecquid frigidulos qui lecto imponeret artus,  
 Aut qui dulciloquo falleret ore diem?  
 Aut qui tentaret salientis tempora venæ,  
 Aut fomenta manu qui properata daret?  
 Conderet aut oculos media jam morte natantes,  
 Aut legeret summam qui pius ore animam?  
 Nullus erat: nullus. Veteres, tu dura, sodales  
 Heu procul a Ponto, Martia Roma, tenes!  
 Nullus erat: procul ah conjux, parvique nepotes:  
 Nec fuerat profugum nata secuta patrem.  
 Scilicet immanes Bessi, flavique Coralli,  
 Aut vos pelliti saxea corda Getæ,  
 Scilicet horribili dederit solamina vultu  
 Sarmata, ab epoto sæpe vehendus equo?  
 Sarmata, cui rigidam demisso in lumine frontem  
 Mota pruinoso tempora crine sonant.  
 Sed tamen et Bessi extinctum, et flere Coralli,  
 Sarmataque: et durus contudit ora Getes.  
 Extinctum et montes flebant, et sylva, feræque,  
 Et flesse in mediis dicitur Ister aquis.  
 Quin etiam pigro concretum frigore Pontum,  
 Nereidum lacrymis intepuisse ferunt.  
 Accurrere leves Paphia cum matre volucres,  
 Arsuroque faces supposuere rogo.  
 Quem simul absumsit rapidæ violentia flammæ,  
 Reliquias tecto composuere cado.  
 Impositumque brevi signarunt carmine saxum:  
 ' Qui jacet hic, teneri doctor amoris erat.'  
 Ipsa locum late sancto Cytherea liquore  
 Irrorat nivea terque quaterque manu.  
 Vos quoque Pierides vati libastis adempto  
 Carmina, sed nostro non referenda sono.

## DE EODEM CARMEN

## JULII CÆSARIS SCALIGERI.

*Loquitur ipse Ovidius ad Augustum.*

A ME utinam inciperes ferus esse, cruento; nec atras  
Per cædes faceres ad mea fata gradum.  
Si mea te movit tetricum lasciva juvenus,  
Te juvenem damnas perditus: exul abi.  
Impia flagitiis squalent penetralia diris:  
Damnati superant nomina fœda rei.  
Non te divinum ingenium, non candida tangunt  
Pectora, non Clario lingua secunda Deo.  
Lactea mollivit veteres mea vena poëtas;  
Et rerum docuit pondera certa novos.  
Cum te laudarem, tunc sum mentitus: ob unum hæc  
Exilii fuerat debita poëna mihi.

## INDEX CODICUM.

- A.* Codex Ambrosianus.  
*Apr.* Codex Angeli Aprosii Intimeli.  
*Ar.* Argentinensis.  
*Arund.* Arundelianus.  
*Be.* Bernensis.  
*Ball.* Balliolensis.  
*Barb.* Codex Barberini.  
*Bas.* Basileensis.  
*Cant.* Cantabrigiensis.  
*D.* Codex Jani Douzæ.  
*E.* Erfurtanus.  
*F.* Farnesianus.  
*Fr.* Francofurtensis.  
*Go.* Gottorpiensis.  
*Gr.* Gronovianus.  
*Gu.* 1. 2. 3. 4. Guelferbytanus primus, secundus, tertius, quartus.  
*Gud.* Gudianus, epistolæ Sapphus.  
*Gudd.* Gudianus uterque.  
*Ha.* Hafniensis.  
*Helm.* Helmstadiensis.  
*I.* Codex Jureti.  
*Jun.* Junianus.  
*L.* Lovaniensis.  
*Leid.* Leidensis.  
*Li.* Lincolnensis.  
*Ma.* Codex Maffei.  
*Maz.* Mazarinianus.  
*Me.* Mentelianus.  
*Med.* Medicæus.  
*Mer.* Codex Merani.  
*Mor.* Codex Moreti.  
*N.* Codices Andræ Nangerii.  
*O.* Oxoniensis.  
*P.* Codex Puteani.  
*Pal.* Codex bibliothecæ Palatinæ.  
*Pat.* Patavinus.  
*Patr.* Codex Patricii.  
*Pet.* Codex Petavii.  
*R.* Regius Parisiensis.  
*Sa.* Codex Sarravii.  
*Sc. et Ser.* Scriverianus.  
*Scal.* Codex Scaligeri.  
*Str.* Codex Strozæ.  
*V.* Vaticanus.  
*Voss.* Vossianus.  
*W.* Wittianus.

# P. OVIDII NASONIS

## HEROIDES.

---

---

### EPISTOLA I.

#### PENELOPE ULI XI.

##### ARGUMENTUM.

ORTO Trojano bello ob raptam a Paride Helenam, habitoque a Græcis conventu, invitus cogitur Ulysses ad bellum proficisci: in qua expeditione multa adeo et designavit præclare et gessit, ut excisæ tandem Trojæ maxima illi laus ascriberetur. Peracta ultione, Trojaque funditus eversa, victores Græci in patriam redeuntes, spoliis hostium ditati, indignatione læsæ Minervæ, variis acti sunt procellis, adeo ut, multis obrutis, pauci post varios errores evaserint. Inter quos Ulysses (ad quem hæc epistola dirigitur) decem errans annos, peragravit varias orbis partes. Penelope igitur, ejus uxor, ignara quidem ubi hæreat, valde tamen sollicita de ejusdem reditu, scribit ei hanc epistolam, qua cum primis ut redeat monet, maxime cum, et Troja jam excisa, aliisque reversis, solus nullam cunctandi causam habeat.

**H**ANC tua Penelope lento tibi mittit, Ulixæ:

Nil mihi rescribas ut tamen, ipse veni.

*Ulysse, Penelope tua uxor scribit ad te sero redeuntem hanc epistolam: attu-*

~~~~~  
1 *Ulixæ* et nos hic et ubique recepimus, ob codicum fere omnium auctoritatem; et Claverius ad Claud. l. i. in Rufin. vs. 124. ita in codice veteri extare

##### NOTÆ

*Heroides*] Eo nomine Ovidio appellatæ sunt suæ epistolæ, quod ab *Heroinis*, maxima ex parte, scriptæ fingantur.

1 *Penelope*] Icarii Lacedæmonii filia, Penelope dicta, ut quibusdam placet, Pindari interpretem secutis, ab ejusdem nominis avibus, quæ expositam

Troja jacet certe, Danais invisa puellis:

Vix Priamus tanti, totaque Troja, fuit.

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat,

5

Obrutus insanis esset adulter aquis!

*men nihil mihi respondeas, sed tu ipse venias. Troja odiosa Græcis nuribus prostrata est equidem: at Priamus et Troja universa vix fuit tanti. O utinam mæchus fuisset submersus, aquis profundis et procellosis, tunc, cum Spartam veniebat*



testatur: vid. Erythræi Indic. Virg. Regius tamen ad Quintil. i. 4. *Ulysses* præfert, quia ex Dialecto Æolica ab Ἰδυσσεὺς deducitur. Vocativum vero in his nominibus ita extulisse veteres docent membranæ emendatior. Ita ex Mediceo codice apud Virg. Æn. v. 564. *Polite*: et sæpe apud Nostrum libri meliores: ut Ep. vi. 109. *Æsonide*. Ep. viii. 15. *Oreste*, et similia passim. *P. Burmannus*.—2 Pro ut tamen vulg. *attamen*: et quidam sic distinguunt *rescribas*: *attamen*, &c. Retinetur scriptura a Gronovio prolata. In Cod. Douzæ hic erat *Non mihi rescrib.* Heusinger mavult *Nil mihi rescribas ah tamen! ipse veni.* Quidam apud Burmannum conjecit *Nil mihi rescribas: sic tamen ipse veni.*—3 Hanc vocem certe Hubertinus conjungit cum

#### NOTÆ

a parentibus educaverunt; vel ut voluit alii, a tela, derivatione Græca, quod in ea texenda maximam laudem invenerit: cum prius *Arnæa*, id est abjecta, aut *Amyre*, appellaretur. Castitatis eximie fuisse plerique tradunt.

*Ulixæ]* Fuit Ulysses, seu Ulyssens, vel ut perspicue scriptum vidisse se testatur clarissimus Heinsius, Ulixus, Rex Ithacæ et Dulichii, filius Laërtæ et Anticleæ, homo decantatæ calliditatis et versutiæ.

3 *Troja]* Urbs fuit minoris Asiæ celeberrima in tractu Occidentali, ad Septemtrionem, quæ a regione ipsa ita dicta est. Nomen ortum a Troë Rege; cum antea *Teuceria* a Teucro, et *Dardania* a Dardano, *Ilium* insuper et proprie nuncuparetur. Ceterum versum hunc per indignationem esse efferendum arbitror, quasi dixisset Penelope: Quando ita voluistis, Troja diruta est: at certe operæ pretium non fuit, ut ea gratia, tanto cum molimine, tot heroës a nobis discederent.

*Danais]* Græci dicti sunt *Danai*, a Danao Argivorum rege, in Peloponneso.

*Invisa]* Propter absentiam præsertim virorum suorum.

4 *Priamus]* Rex Trojæ, quo tempore a Græcis eversa est. Filius fuit Laomedontis.

*Tanti]* Illud est quod Gallice dicimus, *Cela n'en valoit pas la peine.*

5 *Lacedæmona]* Accusativus, inflexione Græca. Lacedæmon vero Urbs est et Regio Peloponnesi celeberrima, a Lacedæmone, Jovis et Taygetes filio, sic nuncupata. Urbs, *Sparta* quoque dicta est; fuitque Regia Meulæi.

6 *Insanis]* Id est, profundissimis, seu procellosis.

*Adulter]* Paris est, qui, Helena rapta, bello Trojano causam præbuit; cujus historiam proluxe apud omnes invenias. Dedicata autem est Penelope nomine proprio eum Paridem aut Alexandrum appellare; sed præ ira Adulterum vocat, per contumeliam.



Non ego deserto jacuissem frigida lecto,  
 Nec quererer tardos ire relicta dies :  
 Nec mihi, quærenti spatiosam fallere noctem,  
 Lassaret viduas pendula tela manus. 10  
 Quando ego non timui graviora pericula veris ?  
 Res est solliciti plena timoris amor.  
 In te fingebam violentos Troas ituros ;  
 Nomine in Hectoreo pallida semper eram.  
 Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum : 15  
 Antilochus nostri causa timoris erat :

*navibus! Ego non cubissem gelida in stratis a te derelictis; nec ego deserta conquererem dies lente procedere; nec tela ex jugo pendens fatigaret manus destitutas mihi volenti decipere longas noctes. Quodnam fuit tempus, cum ego non reformidaverim discrimina majora iis, in quibus reipsa versaberis? Amor est res plena metus anxii. Arbitrabar violentos Trojanos in te impetum facturos; expallescebam ad nomen Hectoris. Seu aliquis diceret Antilochum superatum ab Hec-*

*invisa. Sic et alii. Burmann. mavult per te.—9 Oxoniensis et Lincolniensis spatiosas noctes; quod et Burmanno præferendum videtur. Heinsius vero pluribus exemplis ostendit singularem numerum in locis hujusmodi sæpe a poetis probari.—10 Lassasset Gu. 1.—16 Præcessit modo: 'Res est solliciti plena timoris amor;' et hic in Mss. Gerardi Vossii causa doloris. Francius in ora codicis sui conjecerat, causa tremoris. Non male, quæ vox sæpe cum*

## NOTÆ

7 *Non ego*] Si, scilicet, Paris aquis obrutus esset, neque Helenam ravisset.

8 *Tardos*] Illi longa dies videtur, qui aliquid expectat, quemve tædet.

10 *Lassaret*] Non enim illa, ut tædium ex viri absentia minueret, procosve falleret, tamdiu telam texuisset.

*Viduas*] Synecdoche est partis pro toto: *manus viduæ* positæ sunt pro Penelope vidua.

*Pendula*] Tela enim ex jugo pendet. *Elle est sur le métier.*

11 *Timui*] Amorem suum a solitudine amplificat.

14 *Hectoreo*] Hector Trojanorum fuit fortissimus, filius Priami, quem Achilles interfecit.

*Pallida*] Id est, Maxime timebam.

Timore enim sanguis ad præcordia retrahitur, unde pallor.

15 *Antilochum*] Fuit is filius Nestoris. Constat vero illum non ab Hectore, sed a Memnone fuisse confossum. Quare varie hunc locum ex Homero aliisque emendare conantur. Ego vero, cum viris doctissimis, nihil necesse habeo contra librorum fidem quicquam mutare. De industria enim potuit a Poëta femina induci quarundam circumstantiarum ignara, quæ per belli rumores vix unquam satis certo cognoscuntur. Atque ex ignorautia Penelope fides conciliatur, et ex perturbatione ejus amor describitur.

16 *Causa*] Præ amoris impatientia et timore, scilicet. Solemus enim ex communi omnium metu, omnia in nos

Sive Menœtiaden falsis cecidisse sub armis ;

Flebam successu posse carere dolos :

Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam ;

Tlepolemi leto cura novata mea est :

20

Denique, quisquis erat castris jugulatus Achivis,

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Sed bene consuluit casto Deus æquus amori :

Versa est in cinerem sospite Troja viro.

Argolici rediere duces ; altaria fumant ;

25

Ponitur ad patrios barbara præda Deos.

*tore, Antilochus erat causa metus nostri : seu quis memoraret Patroclum tectum alienis armis occubuisse, querebar fraudes posse felici eventu destitui. Si Tlepolemus calefecerat hastam Sarpedonis Lycii sanguine suo, sollicitudo mea redintegrata est morte Tlepolemi. Tandem quicumque erat trucidatus in castris Græcis, cor mei amantis fiebat frigidius glacie. At Deus propitius bene prospexit amori meo pudico ; Troja redacta est in favillas marito meo incolumi. Duces Græci redierunt ; aræ fumant ; præda de barbaris appenditur Diis patriis. Puellæ portant*

*timore fuit commutata. Vide inf. Epist. III. 82. et alibi. Burmann.—20 Sa. pæna, pro cura.—21 Scr. codex si quis pro quisquis.—24 Vulg. cineres. Sed cinerem Heins. præfert.—26 Malebat Dardana Francius pro barbara: sed*

#### NOTÆ

derivare. Quod quidem ut naturæ et fuitæ nostræ cognitionis et providentiæ, ita et infiniti erga nos ipsos amoris, est vitium.

17 *Menœtiaden*] Patroclus fuit Menœtii filius, Achilli amicitia conjunctissimus.

*Falsis*] Cum Achilles, præ ira, quod sibi Agamemnon Briseidem rapuisset, amplius pugnare nollet, Patroclus, sese Trojanos putans territorum, ejus Herois arma induit: verum cum in Hectorem incidisset, ab ipso trucidatus est. Falsa itaque dicuntur Patrocli arma, quod ejus non essent.

18 *Posse*] Scilicet timebat Penelope, ne aliquando Ulysses, insignis ille dolorum fabricator, in suis fraudibus interciperetur.

19 *Tlepolemus*] Herculis ex Astyoche filius ; quem Sarpedon Rex Lyciæ interfecit.

*Lyciam*] Id est, Sarpedonis Lycii. Lycia vero ad mare Mediterraneum, inter Pamphyliam et Cariam, jacet.

*Tepefecerat*] Sensus est, Si quis Sarpedonis hastam in Tlepolemi sanguine calefactam narraret, metuebam ne tu, Ulysse, forte is esses, quem ille mactaret.

21 *Achivis*] Græcis ; ab Achaia regione ita dictis.

22 *Frigidius*] Propter metum, qui sanguinem ad interiora retrahit.

23 *Deus*] Hymenæus, aut aliquis alius.

25 *Argolici*] Græci ; ab Argolide Peloponnesi regione ita dicti.

*Rediere*] Ut Menelaus, Nestor, ex quo omnia se, per filium Telcmachum, didicisse, postea agnoscet Penelope. Ceterum notandum est, plerisque ducebus Græcis fatale et luctuosum bellum Trojanum fuisse, paucosque in-

Grata ferunt Nymphæ pro salvis dona maritis ;

Illi victa suis Troia fata canunt.

Mirantur justique senes, trepidæque puellæ ;

Narrantis conjux pendet ab ore viri :

30

Atque aliquis posita monstrat fera prælia mensa ;

Pingit et exiguo Pergama tota mero :

*munera gratum animum testantia pro viris suis servatis ; ipsi viri cantant fata Trojana superata a suis fatis. Æqui senes, et puellæ timidæ admirantur ea, quæ de bello dicuntur ; uxor affixa est labiis mariti singula referentis. Nonnullus etiam ostendit dura certamina super mensa admota, et describit guttula vini totum*



quis nescit *Barbaros* in primis Phryges dictos? *Burm.*—27 *Nuptæ* conj. Heins. quia *Nymphæ* hoc sensu paulo insolentius.—28 Sæpe legitur *Troica*. Optimi vero codices dant *Troia*. Et certe Virgilius sic passim ; apud quem *Troica* aut *Troicus* nunquam invenies. *Heins.*—31 Codices quidam, et Editio Mi-

#### NOTÆ

columns domum revertisse.

*Fumant*] Ex sacrificiis et victimis quæ Diis pro gratiarum actione offeruntur.

26 *Ponitur*] Solebant enim Veteres Ethnici arma et hostium spolia præsertim Diis suis in templis appendere et consecrare.

*Barbara*] Id est, de barbaris Trojanis : omnes enim, præter se, Græci *barbaros* vocitabant.

27 *Ferunt*] Hæc omnia memorat Penelope, ut Trojæ ruina comprobata, aliarumque Græcarum puellarum lætitia declarata, graviorem et æquiorum suam faciat querimoniam.

*Nymphæ*] Id est, novæ nuptæ, vel potius juniores.

28 *Fata*] Cum omnia ex ordine fiant Fatorum, id est, decreti divini, nihil mirum si *Fata* pro ipsis rebus fato præstitutis sumantur, prout fit istud, hoc in loco. At vero hic ordo Fatorum, nescio quo, quarumvis rerum concursu, apud Ethnicos, colligabatur. Hæc fuisse dicuntur Trojanorum fata, quibus inexpletis Troja capi non posset. Vita Troili, Priami

fili : hunc Achilles mactavit. Conservatio Palladii, id est, Palladis simulacri, quod in urbe Trojani habebant ; ab Ulysse et Diomede, noctu urbem ingressis, cæsis arcis custodibus, exportatum est. Tertio loco fuerunt Rhesi equi, si ante non caperentur, quam 'pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent,' ut habet Virgilius : ab iisdem Ulysse et Diomede abducti sunt, ut videbitur postea. Ultimum fuit sepulcrum Laomedontis, quod erat in porta Scæa : atque illud violatum est, cum a Trojanis ipsis diruta est porta, ut equo ligneo via aperiretur.

29 *Mirantur*] Ea, scilicet, quæ de bello referuntur.

30 *Pendet*] Id est, maximo cum studio auscultat.

31 *Monstrat*] Id est, quasi ad oculum ostendit, diducta vini guttula, ad cujusque rei situm in tabula designandum.

32 *Pergama*] Alii Trojam, alii Trojanas arces esse voluerunt. Proprie ut videtur de his dicitur, quanquam et urbs per arces sæpe intelligitur.

Hac ibat Simois, hic est Sigeia tellus,

Hic steterat Priami regia celsa senis;

Illic Æacides, illic tendebat Ulixes;

35

Hic lacer admissos terruit Hector equos:

Omnia namque tuo senior, te quærere misso,

Retulerat nato Nestor; at ille mihi.

Retulit et ferro Rhesumque Dolonaque cæsos,

Utque sit hic somno proditus, ille dolo.

40

urbem Trojam. Hac, inquit ille, Simois fluebat; hic est terra Sigeia; hic erectum fuerat palatium sublime senis Priami. Illic Achilles, illic Ulysses explicabat sua tentoria; hic Hector dilaniatus perculit terrore equos concitatos. Nestor enim senex enarraverat omnia filio tuo, jussu te quærere, et ille mihi retulit. Renuntiavit quoque et Rhesum et Dolona ense percussos, et quomodo alter sopore, alter

cylli et aliorum *janque* pro *atque*.—33 Plurimi veteres *hoc est*: octo *hæc est*; quod Heins. putat verum esse. Burmann. præfert *hic*, ut respondeat τῶ *illic*: Hensing. *hæc est*, e Gu. 1. 2. 4.—35 Frustra quidam Codices *Illic Æac. illuc tendeb.* Ignorabat scilicet librarius ille, *tendere* pro, Tentoria ponere, sumi: ille vero pro, Ire, Proficisci, cepit. *Burm.*—36 Vulgo *alacer missos*. Ex glossemate citato ab Heins., apparet lectum fuisse *alacer Mysos*. Legendum docuit Egnatius, *admissos*.—39 Hæc lectio *Rhesumque* absque ulla literæ suspitione reperitur in uno Vaticano, quæ vera est. *Ciofanus.*—

## NOTE

33 *Simois*] Fluvius, vel potius rivulus, agri Trojani. In gen. *Simontis*.

*Sigeia*] Campus Trojanus; a Sigæo Promontorio, ubi sepultus Achilles.

35 *Æacides*] Achilles, Æaci nepos.

36 *Lacer*] Ita omnino legendum esse, cum doctis viris, censeo; non *alacer*, ut volunt alii. Atque intelligendum istud de Hectore ab Achille circum muros Iliacos raptato: prout refert Virgil.

37 *Senior*] Quia tres vixit ætates.

*Misso*] A Minerva, quæ formam Mentæ, Anchiali, Taphiorum regis, filii, indnerat. Telemachus enim, sola nutrice conscia, Pylum ad Nestorem, et Spartam ad Menelaum, clam matre concessit; quod quidem nunc ab ipsa dissimulatur.

38 *Nestor*] Pyliorum Rex, Nelei filius, vir summa prudentia clarus.

39 *Rhesumque*] Rhesus Eionei fuit filius, Rex Thraciæ; qui cum noctu in Priami auxilium venisset, atque adeo extra urbem pernoctare coactus esset, custodibus suis ex itinere fatigatis et somno pressis, ab Ulysse et Diomede deprehensus, ab iisdem in tentoriis oppressus est. Ex quo ejus equi, candore nivali, præsertim vero pernicitate ventis comparandi, ad castra Græcorum abducti sunt.

*Dolonaque*] Fuit Dolon vir Trojanus, Eumedis filius, qui pactus cum civibus suis, ut sibi in remunerationem Achillis equi darentur, post victoriam, quam animo præsumebat, speculator in castra Græcorum advenit. Verum a Diomede et Ulysse deprehensus est, qui et ipsi speculatum venerant, eaque in parte vigilias curabant. Promissa fuerat ab illis impunitas, siquidem Trojanorum consi-

Ausus es, o nimium nimiumque oblite tuorum,  
 Thracia nocturno tangere castra dolo;  
 Totque simul mactare viros, adjutus ab uno:  
 At bene cautus eras, et memor ante mei.  
 Usque metu micuere sinus; dum victor amicum 45  
 Dictus es Ismariis isse per agmen equis.  
 Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis  
 Ilios? et, murus quod fuit ante, solum;  
 Si maneo, qualis Troja durante manebam;  
 Virque mihi, demto fine carendus, abes? 50  
 Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant;  
 Incola captivo quæ bove victor arat.

*fraude interceptus fuerit. Non veritus es, o nimis atque nimis negligens tuorum, adire castra Thracia nocturna fraude; et uno sustentatus, jugulare conjunctim tot viros! At enim egregie providus eras, et antea mei recordabare! Pectus meum assidue trepidavit; donec dictus es transiisse victor per castra amica vectus equis Thraciis. Verum quid me jurat Troja diruta vestris brachiis, et terra quæ fuit murus antea; siquidem ego permaneo, qualis eram Troja stante; et maritus meus absens est, quo nunquam frui liceat? Arces Iliacæ sublatae sunt pro aliis, supersunt mihi soli; quas colonus victor subigit bove raptò. Jam fruges succreverunt*

~~~~~

42 In quatuor membranis *frangere castra*. Sed *tangere* probum est. *Heins.*—45 Libri plurimi *tremuere*, aut *timuere*, aut *tumuere*, aut *metuere*, aut *riguere*. Malebat Francius *Achivum* pro *amicum*. Perperam: et recte Parrhasius hoc verbum *amicum* ostendere deposuisse timorem. Quid enim ex amico timendum? *Burm.*—46 *Diceris* Gottorf. et Francos. codices.—48 Plurimi codices *Ilion* agnoscunt. In nonnullis membranis *murus quo*. In quibusdam *qui*: forte *qua*: nam in uno Lovaniensi erat *quæ*. *Heins.*—50 Vulg. habent *abest*. Palatinus unus et alii codices *abes*.—51 Inveni codicem, qui *eruta* habet pro *diruta*: quod vero non probò. *Heins.* *Soli mihi multi codices*

#### NOTÆ

lia aperiret; ex quo factum de Rheso præcipue ut indicaverit. Verum digna mercede, quanquam improbe, omnibus ab Ulysse perceptis, jugulatus est.

40 *Hic*] Rhesus in tentoriis dormiens. *Hic* pro *alter* positum: alias *hic* ad proximum refertur.

*Dolo*] Quem Dolon adversus Græcos paraverat: neque enim verisimile est, Penelopen marito prodicionem exprobraturam, quam ille admisit in se, cum fidem Doloni datam non servavit.

*Delph. et Var. Clas.*

42 *Thracia*] Rhesi Thracii. Thracia vero Europæ regio est ad maris Ægei Septentrionem: unde nomen adjectivum *Thracius*.

43 *Mactare*] Non Ulysses, sed Diomedes eadem peregit Rhesi, et duodecim sociorum. Verum marito suo ablanditur Penelope.

44 *At bene*] Ironia est.

46 *Ismariis*] Thraciis; ab Ismaro monte Thraciæ.

48 *Murus*] Id est, Quid mihi prodest, quod muri Trojani solo æquati fuerint?

*Ovid.*

D

Jam seges est ubi Troja fuit, resecandaque falce  
 Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.  
 Semisepulta virum curvis feriuntur aratris 55  
 Ossa; ruinosas occulit herba domos.  
 Victor abes; nec scire mihi, quæ causa morandi,  
 Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.  
 Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,  
 Ille mihi de te multa rogatus abit: 60  
 Quamque tibi reddat, si te modo viderit usquam,  
 Traditur huic digitis charta notata meis.  
 Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva,  
 Misimus: incerta est fama remissa Pylo.  
 Misimus et Sparten: Sparte quoque nescia veri; 65  
 Quas habitas terras, aut ubi lentus abes?

*ubi Troja stetit, et ex demetendæ falce messoria; solum fœcundatum sanguine Trojano ubertim producit lætas segetes. Ossa semitecta virorum Troum pulsantur aratris incurvis; gramen tegit domos in ruinam pronas: Victor desideraris; nec possum cognoscere, quæ sit tibi ratio moræ et cunctationis, aut in qua mundi parte tu durus latites. Quicumque navem exteram admoret ad hæc littora, ille discedit plurima a me de te interrogatus: et tabellæ signatæ meis digitis illi dantur, quas tibi tradat, si saltem te alicubi conspexerit. Nos misimus Pylon, in agros Neleios Nestoris; fama incerta de te remissa est nobis Pylo. Misimus quoque Spartam: sed Sparta est etiam ignara veri, quæ arra incolis, aut ubi tu tardus*

habent.—52 Pro *Incola* lege accola. Heins.—55 Mallet *finduntur* Francius, non ego: *finditur* enim terra aratro, sed ossa semisepulta feriuntur et percuntur. Lucan. VII. 859. ‘Pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa.’—66 *Agus* pro *abes* in Scr.; quod placet præ vulgato; si *habites* quoque reponatur,

## NOTÆ

*Quod*] In quibusdam legitur *quo*; in aliis *qui*, auctore Heinsio.

51 *Restant*] Id est, Eodem sum loco ac si Troja staret; nam tu abes, quasi illa expugnanda sit.

52 *Arat*] Maxime augetur affectus ista commemoratione.

54 *Phrygio*] Trojano. In Phrygia enim minore, seu Troade, stetit Troja.

58 *Lateas*] Suspicionem et affectum habet vox ista; quasi Penelope undequaue maritum suum quæsierit, ille vero, forte alio amore irretitus, sese occultavestit.

*Orbe*] Orbis parte, aut regione.

59 *Quisquis*] Amoris anxietatem et impatientiam ulterius declarat.

*Hæc*] Nostra, scilicet, Ithacensia.

*Vertit*] Proprie. Nautæ enim, cum ad portum perveniunt, puppim in litus convertunt.

63 *Pylon*] Tres sunt in Peloponnesi parte occidua. Utra vero fuerit Nestoris quamvis ambigitur, plerique tamen, eam quæ jacet in medio aliarum, ad meridiem fluminis Alphæi, esse volunt.

*Neleia*] In quibus Neleus regnavit.

Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi;  
 (Irascor votis heu levis ipsa meis!)  
 Scirem ubi pugnares; et tantum bella timerem;  
 Et mea cum multis juncta querela foret. 70  
 Quid timeam ignoro; timeo tamen omnia demens;  
 Et patet in curas area lata meas.  
 Quæcumque æquor habet, quæcumque pericula tellus,  
 Tam longæ causas suspicor esse moræ.  
 Hæc ego dum stulte meditor (quæ vestra libido est) 75  
 Esse peregrino captus amore potes.

*moraris. Muri ab Apolline exstructi nunc adhuc commodius pro me essent erecti: heu, ego inconstans succenseo votis meis. Manifestum esset mihi, quo in loco militares, si Troja staret; et reformidarem tantum prælia; et querimonia mea esset communis cum multis. Nunc nescio, quid reformidare debeam; attamen insana cuncta reformido; et campus vastus apertus est meis sollicitudinibus. Conjectio omnia discrimina, quæ mare et terra habet, esse in culpa tam longæ cunctationis. Quando ego hæc incaute rolro animo (quæ vestra est protervia) tu potes esse ir-*

ut in uno Mediceo est. Vulgata scriptura minus Latina est. Heins. *Lentus agis* malebat Capoferreus. Plerumque comma postponitur τῶν *verî*, et periodus τῶν *abes*.—67 *Lege etiamnum*. Heins.—77 Ita ex optimis codicibus et editio-

## NOTÆ

Voces vero istæ, *Neleia arva*, per appositionem cum voce *Pylon* junguntur.

64 *Incerta*] Id est, Nihil certi de te ex Nestore didicimus.

65 *Sparten*] Sparta, seu Lacedæmon, Regia fuit Menelai; de qua jam supra.

*Nescia*] Nescit Menelaus ubinam tu sis.

66 *Abes*] Scripturam hanc minus Latinam dicit Heinsius. Quamobrem non video. Pro *abes* mallet ille *agas*, quod in chartaceo esse dicit Scriverii; reposito tamen *habites*, pro *habitas*, ut in uno Mediceo extare idem testatur.

67 *Utilius*] Propter id, quod addit postea, 'scirem, ubi pugnares,' &c.

*Phœbi*] Fabula est, Phæbum, seu Apollinem et Neptunum, mercedem promissa, Laomedonti Trojanorum Regi muros ædificavisse. Troja ita-

que per Apollinis muros intelligenda.

68 *Votis*] Scilicet Penelope, priusquam Troja eversa esset, ut id brevi fieret optabat; quo citius maritus suus domum reverteretur.

69 *Scirem*] Si etiamnum Troja staret, scilicet.

70 *Juncta*] Plurimis vero de causis inagno est solatio miseriarum societas, mulierculis præsertim plebique, non cordato viro.

71 *Ignoro*] Postquam deleta est Troja scilicet, nec scire possum ubi tu sis.

72 *Patet*] Id est, Innumera sunt, quæ ego pro te timeo, quæque me sollicitam faciunt.

74 *Suspikor*] Id est, Suspikor te in quodlibet discrimen incidisse.

75 *Hæc*] Dum stulte ego de te sum maxime sollicita.

*Vestra*] Minus invidiosum est, quam si dixisset *tua*. Etiam credibilis est,

Forsitan et narres, quam sit tibi rustica conjux ;  
 Quæ tantum lanas non sinat esse rudes.  
 Fallar ; et hoc crimen tenues vanescat in auras ;  
 Neve, revertendi liber, abesse velis. 80  
 Me pater Icarius viduo discedere lecto  
 Cogit, et immensas increpat usque moras.  
 Increpet usque licet : tua sum, tua dicar oportet  
 Penelope ; conjux semper Ulyxis ero.  
 Ille tamen pietate mea precibusque pudicis 85  
 Frangitur, et vires temperat ipse suas.  
 Dulichii Samiique, et, quos tulit alta Zacynthos,  
 Turba ruunt in me luxuriosa, proci ;

*retitus amore extero. Fieri etiam potest, ut fabuleris quam inculta sit tibi uxor, quæ modo non patitur lanas rudes. Utinam decipiar, et hæc criminatio in auras subtiles discernatur ; neve cupius esse foris, datu potestate redeundi. Icarius pater meus me urget deserere lectum marito destitutum, et indesinenter arguit immoderatas tuas moras. Quamvis indesinenter arguat ; sum tua ; opus est, ut ego vocer tua. Penelope semper ero uxor Ulyssis. Interim pater flectitur pietate mea, et precibus castis ; et ipse minuit vim suam. Proci Dulichii, et Samii, et quos produxit Zacynthus eminent, agmen libidine excitum, cum impetu in me con-*



nibus. Narras habent minus emendatæ. *Burm.*—81 Francius *decedere vel secedere* malebat.—83 *Vulg. tua sim*: sed *tua sum* habent sex codices, quod efficacius. Non enim vovet, sed asseverat Penelope se Ulyssis esse ; et ideo quoque dici Ulyssis vult, neque alteri in conjugium concedere. *Burm.*—86 Forte, *temperat ira suas*. Heins. Melius tamen legeretur *temperat inde suas*, propter pietatem meam et preces pudicas. Sæpe hæc vocula *inde* loco pulsa ab ipse et ille : vid. ad *Met.* v. 356. et vi. 650. et ita *Epist.* sequente 654. ‘Parte satis potui qualibet inde capi.’ Francius malebat *voces temperat ipse suas* ; quod minime placet. Bersmannus Propertianam imitationem volebat ex *Eleg.* III. 21. ‘Victrices temperat ira manus :’ ubi et *illa*, vide Broukh.

#### NOTÆ

quod multi factitant, ab Ulyse quoque factum fuisse.

76 *Captus*] Ad Ulyssis amores alludit ; qui cum Circe et Calypso dicitur consuevisse.

77 *Forsitan*] Affectus maxime movet hæc suspicio.

79 *Fallar*] Id est, Ne sit istud, quod suspicata sum.

*Vanescat*] Nihil sit.

81 *Viduo*] A te derelicto. Id est, Vult pater ut alteri nubam.

82 *Cogit*] Pro jure paterno ; nam patris voluntas puellis, hac in parte præsertim, ubi eas non habent admendum reluctantes, pro lege habetur.

86 *Frangitur*] Flectitur ; ita ut minus instet, minusque me ad aliud conjugium compellat.

87 *Dulichii*] Dulichium insula est una ex Echinadibus, Peloponneso ab occasu adjacens.

*Samiique*] Samos vel Sannus, nomen est plurimum insularum. Hic



Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula :  
 Viscera nostra, tuæ dilaniantur opes. 90  
 Quid tibi Pisandrum, Polybumque, Medontaque dirum,  
 Eurymachique avidas, Antinoique manus,  
 Atque alios referam, quos omnes turpiter absens  
 Ipse tuo partis sanguine rebus alis ?  
 Irus egens, pecorisque Melanthius actor edendi, 95  
 Ultimus accedunt in tua damna pudor.

*currunt, et imperium in tua regia obtinent, nemine impediante; divitiæ tuæ, præcordia nostra, dilacerantur. Quorsum tibi nominem Pisandrum, et Polybum, et crudelem Medonta, et manus rapaces Eurymuchi et Antinoi, atque alios, quos cunctos tu absens nutris, non sine tuo dedecore, bonis acquisitis sanguine tuo? Irus mendicus, et Melanthius, qui agit nostros greges, ut comedantur, postremum dede-*

//////////

*Burm.—90 Dilaniantur rectius meliores ex scriptis, quam dilacerantur, quod est in vulgatis. Respexit Homeri illa, Odyss. Π. 315. κτήματα δαρδάρτουσι. Hoc verbum sæpe Ovidio redonavimus in Metamorphosi. Ita et infr. Am. III. 9. 'dilaniata comas;' et ibid. 596. 'Dilaniant vigillum te quoque turba canum:' vulgata tamen retineri potest ex Epist. III. 86. ubi: 'Quid lacerat Danaas impiger Hector opes.' Heins.—91 Quædam habent Polybon: et in multis codicibus Heins. scriptum invenit Polybum Medontaque. Hic copulam insendam fuisse Egnatius admonuit.—93 Elegantius Junianus Codex quidque alios: quamvis ego quidve mallet. Burman.—95 Actor Heins. legendum cen-*

## NOTE

vero de ea agitur, quæ Ithacæ adjacent, Cephalenia, communiori nomine appellata, ubi etiam urbs fuit Same.

Zacynthos] Insula est juxta Cephaleniam, ad meridiem.

88 Turba] Proci turba, appositio est. Hinc vero 24. inde plures procaciter Penelopen appetiverunt: nam nihil attinet ejusmodi nugæ accurate recensere.

89 Regnant] Valde est istud invidiosum, quodque Ulyssem possit male urere, domumque reducere.

90 Viscera] Opes viscera; iterum appositio. Sunt certe equidem opes viscera, quando ex natura intelliguntur, siquidem per eas vita quotidie recreatur.

91 Pisandrum] Nonnullos invidiosissime nominat, ad fidem etiam faciendam.

Medontaque] Hic præco fuit.

Dirum] Hunc locum nonnulli sollicitant, quod dirus non videatur, cui fere uni ob minora delicta Ulysses pepercit. Verum præterquam quod nihil necesse est dirum exponere crudellem, cum pro magno etiam a Virgilio usurpetur, fieri potest, ut hic Medon, erga Penelopen ex amore mansuetus, in alios dirus et crudelis fuerit. Vel forte etiam ex obscæno et triculento hominis vultu, ita eum Penelope vocitavit.

92 Eurymachique] Hic erat quem Penelope Icarus destinabat. Qui vero fuerint isti nebulones, quos vocat Horatius, parum interest cognoscere.

Antinoique] Fuit hic cum Eurymachio procus ex primoribus.

95 Irus] Ithacensis mendicus, cor-

Tres sumus imbelles numero, sine viribus uxor,  
 .Laërtesque senex, Telemachusque puer.  
 Ille per insidias pæne est mihi nuper ademptus;  
 Dum parat, invitis omnibus, ire Pylon. 100  
 Di, precor, hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis,  
 Ille meos oculos comprimat, ille tuos.  
 Hoc faciunt custosque boum, longævaque nutrix;  
 Tertius, immundæ cura fidelis haræ.

*cus, accedunt in tua damna. Tres sumus numero, bello inepti, conjux destituta viribus, Laërtes senex, et puer Telemachus. Atque ille est propemodum mihi per dolum nuper ereptus, dum conatur ire Pylon, cunctis renitentibus. Precor ut Dii hoc velint, ut fatis secundum ordinem procedentibus, ille claudat meos oculos, ille claudat tuos. Bubulcus noster, et vivax nutrix tua, et tertius custos sedulus suilis, idem*

suit. Vulgati habent *auctor edendi*.—101 Heins. mallet, si per membranas

## NOTE

pore vastus, sed nullis viribus, utpote quem Ulysses pugno nactavit. Patris vero est a personæ humilitate.

*Melanthius*] Fuit hic Ulyssis ovium Magister, qui pinguissimas quasque in procorum epulas ad lanienam agere solebat.

96 *Pudor*] Irus et Melanthis pudor, appositio: Id est, qui per sortis suæ ignobilitatem maximo sunt tibi dedecori.

98 *Telemachusque*] Filius Ulyssis.

99 *Per insidias*] Quas molitus est Antinous; proci ad Nestorem eunti Telemacho paraverunt; quasque ille, Palladis ope et numine, effugit.

100 *Invitis*] Fabula est, Telemachum, suasu Palladis, ivisse de Patre sciscitatum, atque id illum clam habuisse, nemine, præter nutricem, conscio. Igitur, vel Penelope mentita est supra, cum dixit, se misisse ad Nestorem, si de filio intellexerit: vel, si id minus per *τὸ omnibus*, proci tantum erunt intelligendi, qui, ne ille aliquid adversus ipsos machina-

retur, reformidarent. Quod si historiæ fidem servatam esse supponas, per *τὸ invitis* nescientes interpretaberis, tum matrem tum procos; quod quidem ex Telemachi voto et opinione dictum fuerit, utcumque postea proci discessum ejus suboluerint, deinde etiam eidem insidias struxerint. Verum, ut quod ego sentio libere dicam, non necesse arbitror tam anxie ex Homero leges ponere Nasoni, multo minus Penelope; vel si id adeo, nihilominus de industria crediderim ita attemperatam fuisse a Poëta Penelopes orationem, ut cum eam rem, de qua loquimur, dubiam relinquat, utcumque vel gnati pietatem Ulysses, vel uxoris diligentiâ laudet: atque hinc, tum conjugales, tum paterni, in animi fluctuatione majores moveantur affectus.

101 *Ordine*] Ita ut majores natu priores e vivis tollantur.

102 *Comprimat*] Qui erant genere proximi mortuorum claudabant ocu-

- Sed neque Laërtes, ut qui sit inutilis armis, 105  
 Hostibus in mediis regna tenere valet:  
 Telemacho veniet (vivat modo) fortior ætas;  
 Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.  
 Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis:  
 Tu citius venias, portus et ara tuis. 110  
 Est tibi, sitque, precor, natus, qui mollibus annis  
 In patrias artes erudiendus erat:  
 Respice Laërten: ut jam sua lumina condas,  
 Extremum fati sustinet ille diem:  
 Certe ego, quæ fueram, te discedente, puella, 115  
 Protinus ut redeas, facta videbor anus.

vovent. Sed neque Laërtes, ut qui sit ineptus ad arma, potest imperium tenere inter hostes medios. Ætas præstantior advenit Telemacho, (si vivat) nunc illa erat adjuvanda tutela patris. Nec vires adsunt, quibus arceam hostes a nostris ædibus: tu redeas celerius, quippe qui portus sis et altare tuis. Habes, precor ut habeas, filium, qui erat instituendus tenera ætate in virtutes paternas. Vide Laërten, ut jam claudas suos oculos; ille trahit postremum diem fati. Ego, quæ eram adolescentula, cum profectus es, tibi haud dubie videbor vetula, utcumque properes.



liceat, *Di*, precor, *ô jubeant*.—105 *Armis* undecim codices; et placet. Vûlg. *annis pro armis*. Nostram vero lectionem firmat sequens mentio *hostium*, et *fortior ætas*, scilicet, armis tractandis. *Burm.*—106 *Valet* meliores scripti quatuordecim, pro vulg. *potest*. Heins.—108 *Erit* pro erat Leidensis Codex; sed nihil muta: positum enim est pro *esset*. *Burm.* *Fovenda* Ambrosianus codex: non male. *Burm. Sec.*—110 *Francius* mallet *potius*: idque et Heinsio placuit, ut Ep. VII. 148. 'hos potius populos,' &c. sed *citius*, quia nos imbelles sumus, et ideo in mora summum periculum. *Redeas* habent viginti codices. *Idem.* *Portus et ara tuis*, nostri constanter, nisi quod Argentinensis satis antiquus, *portus et avara*: mendose. Ciofannus e suis notat *portus et ara*, quod verum est. Heins.—113 *Claudas* magna pars codd. Eadem diversitas est Ep. X. 120.—114 *Fatis* septem scripti; forte recte; ut intelligat diem a *fatis* scriptum. *Burm.*—116 *Viginti* Mss. *venias*; quod pro *redeas*. Sic in initio *ipse veni*. Heins.

## NOTÆ

los. Quanquam auctor est Varro, apud Nonium, ne filii parentibus in obitu oculos sugillarent, id est clauderent, (ut Nonius exponit) lege Mævia cautum fuisse.

104 *Cura*] Id est, qui curat. Metonymia est, quæ vim maxime auget orationis.

105 *Sed neque*] Festinat ad conclusionem Penelope.

*Inutilis*] Quia senex. Immo in qui-

busdam legitur, *inutilis annis*.

106 *Hostibus*] Prociis scilicet. Hac voce autem Penelopes fidus amor commendatur.

107 *Veniet*] Id est, Non jam ille potest tot hostes depellere: adeoque necessarium est, ut tu, Ulysse, venias.

110 *Portus*] Id est, Qui nobis omnia tuta facias.

113 *Respice*] Vox est misericordiæ.

## NOTÆ

*Condas*] Oculos claudas; de more,  
ut supra.

114 *Sustinet*] Id est, Vix animam  
retinet, ut te semel adhuc videat.

116 *Protinus*] Id est, indesinenter.  
Gall. *Tout de suite, sans vous arrêter*  
*nulle part.*

---

## EPISTOLA II.

### PHYLLIS DEMOPHOONTI.

#### ARGUMENTUM.

DEMOPHOON, Thesei et Phædræ filius, a bello Trojano in patriam rediens, maris tempestatibus in Thraciam delatus, a Phyllide, Lycurgi et Crustumænæ filia (quæ tunc Thraciæ imperabat) hospitio et lecto benigne susceptus est, cum qua aliquamdiu consuevit. Audita deinde morte Mnestei, qui post ejectum Athenis patrem Thesea imperium occupaverat, regni cupidine captus, Phyllidi fidem dat se intra mensem rediturum, confingens ad res componendas se suas ire. Mox reffectis navibus Athenas petiit, nec redire cogitat. Quatuor igitur exactis mensibus, Phyllis ad eum hanc epistolam scripsit; qua suadet, uti beneficiorum memor, fidem datam non fallat: quod si aliter fecerit, violatum amorem crudeli se morte vindicatorum minatur.

**H**OSPITA, Demophoon, tua te, Rhodopeia Phyllis,

Ultra promissum tempus abesse queror.

Cornua cum Lunæ pleno quater orbe coissent,

Littoribus nostris anchora pacta tua est.

*Demophoon, ego Phyllis Thracia, tua hospita, conqueror te desiderari ultra tempus assignatum. Anchora tua promissa est a te nostris littoribus, postquam cornua*

~~~~~

3 Quater dedit Burmann. ex Gro. et Med. in aliis *semel pro quater*.—5 pleno

## NOTÆ

*Rhodopeia*] Thracia, a Rhodope  
monte Thraciæ.

3 *Cornua*] Id est, post mensem.

Eo enim temporis spatio evenit, ut  
Lunæ utrumque cornu, tum decre-  
scantis tum crescentis, in novum or-

Luna quater latuit ; pleno quater orbe recrevit ; 5  
 Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.  
 Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes,  
 Non venit ante suum nostra querela diem ;  
 Spes quoque lenta fuit : tarde, quæ credita lædunt,  
 Credimus ; invita nunc et amante nocent. 10  
 Sæpe fui mendax pro te mihi ; sæpe putavi  
 Alba procellosos vela referre notos.

*Luna concurrissent semel, pleno orbe. Interim Luna quater recessit, ea quater renovata est toto orbe ; nec mare Thracium reducit naves tuas Athenienses. Si numeres dies, quos nos amantes bene numeramus, nostra de te querimonia non exoritur ante suum tempus. Spes quoque nostra longior fuit ; sero credimus ea, quæ credita nos cruciant, et jam coactæ amanti officiant. Sæpe mentita sum mihi pro te ; sæpe credidi austros procellosos reducere tua vela candida. Male sum precuta*

est ex Ha. cui consentiunt Gu. Codd. vulg. toto.—7 *Quæ nos numeramus amantes* Gu. 1.—9 *Mss. quidam venit* : sic et Epist. xvii. 108. ‘*spes tua lenta venit*’ ex Mss. Pro *tarde quæ*, Lincolnensis et sex alii habent *quæ tarde*. Vossii codex *tarde quoque*: locus corruptus. Forte : ‘*Spes quoque lenta venit, tarde (quia credita lædunt) Credimus*. Heins.—10 Gu. 1. *invito nunc et amore nocet*. Gu. 4. *invita nunc in amante nocent*. Hensing. ab Ovidio scriptum

## NOTE

bem concurrat.

*Quater*] Id est, Quartus est mensis.

6 *Nec vehit*] Id est, Tu non redis. Frequentiores sunt istæ figuræ, quam ut eas annotare opus sit.

*Actæas*] Id est, Atticas, Athenienses Demophoontis : a Græco ἀκτῆ, quod Attica Regio littoralis, et undis fracta sit.

*Sithonis*] Thracia ; a vetusto nomine *Sithon*, quo appellatam fuisse Thraciam refert Gellius.

8 *Non venit*] Omnino ; siquidem post exactum primum mensem poterat Phyllis Demophoonti promissa oggerere.

9 *Spes*] Id est, Diu etiam speravi te venturum.

*Tarde*] Sero credidit Phyllis Demophoonta deceptorem esse, qui non rediret. Citius istud si animo sedisset, ipsum hospitio et lecto non communicasset ; vel saltem communi-

catum non dimisisset.

*Lædunt*] Postquam se ludificatam esse non credit modo, sed certo sentit.

10 *Credimus*] Pessime istud exposuerunt, Te venturum speramus : immo contra, Credimus te non venturum, te deceptorem esse.

*Invita*] Non libens queror, sed amor cogit, interpretantur. Nihil ad rem. Fatetur Phyllis se amare, quamquam potius deceptorem optaret odisse, et id tantum.

*Nocent*] Nocet omnino amanti, huic homini credidisse quem amat, cum sese ab eo derelictam sentit.

11 *Fui mendax*] Multis mentita sum, exponunt, adeoque nihil postea dicam. Oscitanter. *Sibi mentitam* hoc ipso versu Phyllis ait. Scilicet ipsa quælibet excogitavit quæ Demophoonta remorari sibi persuasit.

12 *Notos*] Notus ventus a meridie

Thesea devovi, quia te dimittere nollet;  
 Nec tenuit cursus forsitan ille tuos:  
 Interdum timui, ne, dum vada tendis ad Hebri, 15  
 Mersa foret cana naufraga puppis aqua:  
 Sæpe Deos supplex, pro te, scelerate, rogavi,  
 Cum prece thuricremis devenerata focis:  
 Sæpe videns ventos cœlo pelagoque faventes,  
 Ipsa mihi dixi; Si valet ille, venit. 20  
 Denique fidus amor, quicquid properantibus obstat,  
 Finxit; et ad causas ingeniosa fui.

*Theseo, quod tibi redeundi potestatem non faceret, neque ille forsitan reditum tuum prohibuit. Quandoque reformidavi, ne, dum pergis ad vada Hebri, navis tua, naufragium passa, esset submersa aqua alba. Sæpe ego supplex adoravi Deos, ad altaria ubi thus crematur, et precibus petivi, ut tu, scelestè, prospera valetudine fruereris. Sæpe cum cernerem ventos mari et cœlo propitios, ego mihi dixi, Si illi bene est, redit. Denique fidelis meus amor excogitavit quicquid remoratur festinantes; et fui callida ad fingendum causas tuæ retardationis. At tu tardus absens*



putat invita nunc et amante nocet.—13 Heinsius præfert demittere.—17 Vulgo legitur Sæpe Deos supplex, ut tu, scelerate, valeres, &c. Recte legitur Deos: sic enim sequentis pentametri constructio postulat: ut sit ordo; Sæpe Deos supplex sum, devenerata prece, focis thuricremis: hoc est, apud aras ubi thura cremantur. Sed commentatores pentametrum hoc cum sequente hexametro omittunt, quæ res difficultatem ac dubitationem hanc illis parit. *Micyll.* Dubito vehementer an hæc satis Latina sint, ut vulgo leguntur, et an prece venerari focis, recte dicatur. Codices vero variant: in priori versu quidam: ut tu scelerate redires, vel venires. Pro te scelerate rogavi, unus Regius et Leidensis, quod minime rejiciendum puto, quia et rotundiorum versum facit, et sensum optimum exhibet; rogare vero pro aliquo contra Scoppium alibi vindicavimus: cum prece recepimus ex Palatino et Vaticano. Cum prece thuricremis sum venerata focis: ut intelligat comprecationem proprie dictam, quæ preces addebat sacrificio; non dudum ante inducto apparatu, sed subito, et ut res ferebat: vide quæ ad Petron. c. 60. notavimus: et hinc supplicare thure et vino. *Thuricremis* retinimus, non *thuriferis*, ut erat in quibusdam codicibus: *Thuriferæ* sunt regiones, unde thus venit, sed *thuricremæ* aræ, Art. Am. III. 393. 'Visite thuricremas vaccæ Memphisitidos aras.' Virg. *Æn.* IV. 453. et alii passim. *Deis supplex* volebat Hubertinus, sed nihil opus. *Burm.*—19 *Ferentes* malebat Francius: nec nego sæpe ita Ovidium et alios loqui; sed non ideo ubique in unam formulam cogendi. *Burm. Sec.*—20 *Ille*

#### NOTÆ

spirans, iis secundus, qui ex Attica in Thraciam navigant.

13 *Thesea*] Patrem tuum, quem ego credidi retinere te; cum nullus redires.

*Nollet*] Prout equidem tunc conciebam, adde.

14 *Cursus*] Tuum iter, tuam navigationem; optime.

15 *Hebri*] Fluvius est Thraciæ.

16 *Canæ*] Alba; ex agitatione, et æris permixtione.

22 *Finxit*] Ad tui excusationem.

*Causas*] Quibus iter tuum impedi-

At tu lentus abes, nec te jurata reducunt  
 Numina, nec nostro motus amore redis.  
 Demophoon, ventis et verba et vela dedisti; 25  
 Vela queror reditu, verba carere fide.  
 Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amavi?  
 Crimine te potui demeruisse meo.  
 Unum in me scelus est, quod te, scelerate, recepi:  
 Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet. 30  
 Jura, fides, ubi nunc, commissaque dextera dextræ?  
 Quique erat in falso plurimus ore Deus?

*es; nec Diī per quos jurasti, te reducunt; nec reverteris impulsus amore nostro. Demophoon, commisisti ventis dicta et vela; ego conqueror vela carere recursu, dicta carere fide. Dic mihi, quid admisi, nisi quod incaute amavi? Potui te obstrinxisse fugitio meo. Unum est in me flagitium, quod te excepi, scelerate; sed eo genere flagitii te demeruisse debueram. Ubi sunt nunc jura, ubi fides, et manus juncta manui, et multus Deus, qui erat in ore tuo perjuro? Ubi nunc Hy-*

liber vetus; quod probat Ciofanus. Vulg. ipse pro ille. Nos cum Lovaniensi codice distinximus, si valet ille, venit. Burm.—24 Tres libri habent *captus pro motus*. Captus amore fuit Demophoon, cum primum viderat Phyllida, nunc ut rediret, moveri debebat. Unus etiam Heinsii *renis*; solenni mutatione. *Idem*.—27 Heinsius vult, *Dic mihi, quid feci? si non sapienter amavi, Crimine, &c.* vel forte *patienter*. Ego vero nihil muto contra scriptos et editos codices. *Idem*.—31 Heinsius malebat *jura fidesque ubi sunt?* In Cod. Francofurtensi erat *jura, fides ubi sunt?* Sed *ubi nunc* elegantius. *Idem*.—

## NOTÆ

tum fuerit.

23 *At tu lentus*] Affectus maxime movet, hoc in loco posita ista accusatio.

*Reducunt*] Non de Diis, sed de Demophoonte queritur, qui Deorum, quos perjurio violavit, iram contemnit.

25 *Demophoon*] Si ego aliquid video, non tam stomachationem habet hæc denominatio, ut volunt, quam amoris intimum sensum et mollitiem exprimit.

*Verba*] Verba dare ventis, est quidem *Verba in vanum fundere*, uti exponunt; sed simpliciter et sine interpretatione, hoc in loco, hæc phrasid est intelligenda.

27 *Nisi non*] Clarissimus Heinsius,

vel invitit libris, si non, &c. reponit. Quamobrem non potui divinare; sensus enim optimus est, quem facit lectio recepta. Gallice diceret, *Qu'ui-je fait, si ce n'est de vous avoir aimé sans aucune précaution?*

28 *Crimine*] Id est, Ea re quod te amavi non sapienter, et siue diffidentia, tu simplicitate mea ad servandam fidem adduci debuisses. Verissime. Nam bis quidem nequiter facit qui et fallit et fidentem fallit.

31 *Jura*] Hospitii, Connubii. Istud est quod Gallice per exprobrationem dicimus, *Où est le droit, Où est la foi, &c.*

*Dextera*] Quæ hodieque fidei est symbolum.

32 *Deus*] Cupido, ut volunt; vel

Promissus socios ubi nunc Hymenæus in annos,  
 Qui mihi conjugii sponsor et obses erat ?  
 Per mare, quod totum ventis agitur et undis ; 35  
 Per quod sæpe ieras, per quod iturus eras ;  
 Perque tuum mihi jurasti, (nisi fictus et ille est)  
 Concita qui ventis æquora mulcet, avum :  
 Per Venerem, nimiumque mihi facientia tela,  
 Altera tela arcus, altera tela faces : 40  
 Junonemque, toris quæ præsidet alma maritis,  
 Et per tædiferæ mystica sacra Deæ.

*menaus pactus in annos nostros conjunctos, qui erut mihi sponsor et obses connubii? Jurasti mihi per mare totum, quod movetur ventis et undis, per quod sæpe cucurreras, per quod volebas currere; et per tuum avum (nisi et ille est falsus) qui temperat maria turbata ventis: jurasti per Venerem, et tela nimis ad me spectantia, per arcus tela altera, per faces tela altera; et per Junonem, quæ alma præest lectis maritalibus, et per sacra mystica Deæ tædiferæ. Si unusquisque Deorum de*

35 Pro et undis decem libri iniquis, quibus consentit Gu. 4. Quindecim habent et auris, et sic Gu. 2. Forte legendum et Euris. Heins.—37 Pro fictus plurimæ membranæ cum priscis Edd. dant falsus.—39 Otiosa certe et supervacua repetitio τοῦ tela possit videri. Scripti nonnulli tella. Codex Franciscanorum Patavinus bella. Unde legebam nimiumque mihi facientia

## NOTÆ

potius plurimus Deus omnes Deos significat per quos Demophoon jurabat, quos et postea Phyllis recenset.

33 Hymenæus] Nuptiarum Deus.

Annos] Anni dicuntur socii, qui a conjugibus in vita sociali et conjuncta, prout decet, exiguntur.

34 Erat] Esse debuerat. Vult tantum Phyllis sanctissimas et inviolabiles matrimonii leges, adversus Demophoonta proferre.

37 Fictus] Id est, Nisi tu falso, ut multa alia mentitus es, tuum esse avum aut proavum Neptunum dictitasti, vel falso te Theseo et Ægeο ortum prædicasti.

38 Avum] Ægeum; quem in Deum marinum transmigratum fuisse Poëtæ fabulantur, cum se in mare præcipitem dedisset: quo etiam alludere videtur Ovidius. Vel avum, Ægei

patrem, pro proavo, Neptuno scilicet, posuit, quod aliis placet.

40 Faces] Sagittæ et faces tela sunt Cupidinis; non enim tantum sagittis ferire, sed etiam face incendere dicitur. Ita Ovid. postea in Metamorph. sed et eadem Veneri tribuuntur.

41 Junonemque] Juno Saturni filia, Jovis et soror et conjux, quæ nubentibus (unde pronuba) et parturientibus (unde Lucina) præsidere dicta est.

42 Tædiferæ] Cereris Eleusiniæ, cujus sacra cum tædis fiebant; ad ejus rei memoriam, quod ipsa Proserpinam filiam, a Plutone raptam, noctu etiam, accensis in Ætna monte tædis, toto orbe quæsiisset.

Mystica] Nocturna et occulta, Sacerdotibus tantum cognita, quæque



Si de tot læsis sua numina quisque Deorum  
 Vindicet: in pœnas non satis unus eris.  
 At laceras etiam puppes furiosa refeci; 45  
 Ut, qua desereret, firma carina foret:  
 Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires;  
 Heu patior telis vulnera facta meis!  
 Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis;  
 Credidimus generi, nominibusque tuis: 50  
 Credidimus lacrymis: an et hæ simulare docentur?  
 Hæ quoque habent artes, quaque jubentur, eunt?

*tot violatis ultum eat sua numina, tu solus non poteris ferre omnes pœnas. At ego insana etiam restitui naves fractas, ut carina, qui ego destituerer, esset tuta. Atque ego dedi remigium, quo a me discessurus proficisceris: heu fero plagas impuctas telis meis! Fidem habuimus illecebrosis sermonibus, quibus abundas; credidimus stemmatibus tuis, et tuis nominibus: credidimus lacrymis: an et hæ instituantur ad fraudem? an hæ quoque habent dolos, et fluunt qua imperantur?*



belli. Heins. Douza legit *officientia pro facientia*.—44 Vulg. erit. Heinsius cum melioribus scriptis, et editis nonnullis dedit *eris*.—45 At pro vulg. *ah* Puteanus et alii, probante Heinsio, dedere.—47 Gu. 1. *quod me fugiturus haberes*.—50 Vett. Edd. *numinibusque*: at lege vel invitis libris *nominibusque*, ne bis idem dicat. Sequitur enim mox 'Dis quoque credidimus.' Heins. Sex scripti Heinsii et Gu. 3. *muneribusque*.—52 Quidam, apud Heinsium, pro

## NOTE

quam occultissimis cærimoniis peragerentur.

43 *Læsis*] Perjurio: vix enim eo major esse possit Dei contemptus.

*Numina*] Per *Numina* varias intellege Deorum potestates; siquidem ab Ethnicis huic et illi Deo hæc et illa attributa sunt, quibus præesent; unde et quandoque varia nomina sortiebantur.

44 *In pœnas*] Ferendas, scil. Id est, Tu pœnis obrutus nequaquam Deorum iræ sufficere poteris.

45 *At laceras*] Magnum habet dolorem hæc recordatio.

46 *Firma*] Contra maris et ventorum impetum.

47 *Fugiturus*] Invidiose. Non fuit discessus, sed fuga.

*Abires*] Quanto cum dolore et affectu verbum istud extulit.

48 *Meis*] Quia laceras naves refererat, quibus Demophoon fugeret. Metaph. ab armis, quæ aliquando adversus nos ipsos præbebimus.

49 *Credidimus*] Maximo est solatio malum pati quod nos culpa nostra non accessivimus. In eo est Phyllis, ut consilia sua approbet, illudque excuset quod simplicitate peccavit, in Demophoontis perfidiam culpa rejecta.

50 *Generi*] Id est, Cum tu Diis satus esses, ex te tantam ortum iri perfidiam non suspicabar.

51 *An et hæ*] Id est, An aliquis etiam potest animum ad lacrymas fictas instituere? Vult ea re Phyllis sese et suam credulitatem maxime excusare.

52 *Artes*] Prope idem est quod ante dixit. Gallice dicremus, *L'arti-*

Dis quoque credidimus: quo jam tot pignora nobis?

Parte satis potui qualibet inde capi.

Nec moveor, quod te juvi portuque locoque:

55

Debuit hoc meriti summa fuisse mei.

Turpiter hospitium lecto cumulasse jugali

Pœnitet, et lateri conseruisse latus.

Quæ fuit ante illam, malletm suprema fuisset

Nox mihi; dum potni Phyllis honesta mori.

60

Speravi melius, quia me meruisse putavi:

Quæcumque ex merito spes venit, æqua venit.

*Credidimus etiam Diis: quorsum vero jam nobis tot pignora? Potui satis qualibet parte intercipi. Nec curo, quod tibi profui et portu et loco; hoc debuit esse omne meum officium. Pœnitet me adjecisse hospitio lectum maritalem, et junxisse latus lateri. Malletm noctem, quæ fuit ante illam, fuisse mihi ultimam, dum potui mori Phyllis pudica. Speravi melius, quia credidi me meruisse; quæcumque spes*

~~~~~  
*quaque, mallet cumque.*—53 Omnes fere Edd. habent *quid jam*: Puteanus codex *quod jam*. Sed lege omnino *quo jam*. Heins.—55 Excerpta Vossii sic se habent: *quod te hortuque locoque recepi*. At nihil e vulgato movendum docet Heinsius ad Valer. Flac. i. 375.—56 Vulg. *debuit hæc*. sed rectius hoc multi ex scriptis dedere. Heins.—61 Vulgati habent *quia te*: libri quatuor [et Gu. 1.] *quia me*; atque ita legendum esse, deque suis meritis hic loqui Phyllidem sequens versus liquido arguit, Heins. Hoc jam monuit ex codice suo Hubertinus. Francinus ad oram codicis ascripserat, ‘Casaubonum velle, quia demeruisse putabam:’ sed elegantiam in repetitione illarum syllabarum *me meruisse* deprehendit Bronkh. ad Tibul. i. 1. vid. et ad vi. Fast. 237. iv.

#### NOTÆ

*fice peut-il bien aller jusques à feindre des larmes?*

Jubentur] Ita ut de causa qualibet lacrymas quisquam possit effundere.

53 Credidimus] Istud optime; nam sicuti nminis sui vindices, ita et videntur Dii earum rerum sponsores, quæ, ipsis citatis, promittuntur. Quin suo modo suum et istud locum habet, ubi de vero Deo ter opt. max. agitur.

Quo] Innuit se plura, quam sit opus congerere, ut Demophoontis perfidiam, causam faciat suorum, si quæ sint, delictorum; illumque ultra quam sit satis dedisse veri amoris, quibus fidendum esset, testimoniorum.

55 Moveor] Id est, Non illud me urit: non ejus rei pœnitet. Nimirum potuit ex humanitatis affectu Phyllis extorrem patria Demophoontem hospitio excipere.

56 Debuit] Jam ex eventu se ipsam quodammodo accusat; atque istud tantum ut pœnitentiæ dolorem exacuat. Neque vero Phyllidis mens est snam culpam facere.

59 Illam] Qua latus lateri conserui. Sed multas est in ista reticentia et impetus et lepos.

61 Melius] Demophoontem, scilicet, sponsum fore firmum.

62 Æqua] Adeoque nec ipsa stulte, aut sine ratione speravit.

Fallere credentem non est operosa puellam

Gloria: simplicitas digna favore fuit.

Sum decepta tuis, et amans et fœmina, verbis;

65

Di faciant, laudis summa sit ista tuæ:

Inter et Ægidas media statuaris in urbe;

Magnificus titulis stet pater ante suis.

Cum fuerit Scyron lectus, torvusque Procrustes,

Et Sinis, et tauri mixtaque forma viri;

70

Et domitæ bello Thebæ, fusique bimembres,

Et pulsata nigri regia cæca Dei;

*oritur ex merito, justa est. Non est difficilis gloria decipere puellam fidentem; simplicitas mea fuit digna favore. Et amanti, et fœminæ imposuerunt tua verba: Dii faciant, ut sit ista omnis laus tua: et colloceris inter Ægei posteros in urbe media; statua patris tui titulis magnifici stet coram. Cum Scyron fuerit lectus, et crudelis Procrustes, et Sinis, et forma confusa viri simul et tauri; et Thebæ bello subactæ, et Centauri fugati, et regia atri Dei per vim intrata; post illum*

Trist. x. 75. et alibi. *Burm.*—62 Nihil temere mutandum; mallet tamen, ut est in quibusdam Mss. *emerito*; vel *cuicumque ex merito*. Vid. ad Ep. iv. 26. et v. 7. *Burm.*—69 *Scyron lectus* habere codices testatur Heinsius. Vulg. *lectus Scyron*. Quædam Edd. habent *Procrustes*.—70 *Scinis* scripti quidam et editi. Heinsius, ex codice Vossiano, mallet *formaque mixta*.—72 Mentelianus alter a manu prima *pulsata imi*: non male. *Heins.* Nos *nigri* retinemus; librarius scilicet ille credebat primam in *nigri* producendam. Sed aliter Ho-

## NOTÆ

65 *Amans*] ‘Credula res amor est,’ ut postea dicit Ovid.

66 *Summa*] Id est, In eo posita sit omnis laus tua; quæ nulla est.

67 *Ægidas*] Ægei posteros.

*Statuaris*] Ex statua repræsenteris.

68 *Titulis*] Nominibus magnificis, et rerum gestarum inscriptione.

*Stet*] Statua patris posita sit juxta tuam.

69 *Scyron*] Latro fuit insignis, circa Megaram latrocinia sua exercens, quem Theseus interfecit.

*Lectus*] In Thesei titulis, propter egregii facti memoriam.

*Procrustes*] Alius latro, quem Theseus in Attica viatoribus insidiantem, fortiter superavit. Hunc volunt obvis quosque lectum quendam condescendere coëgisse, longiores ampu-

tare solitum, breviores trahere, donec cum lecto æquarentur.

70 *Sinis*] Hic in Istmo Corinthiaco alligatos curvatis arboribus homines in diversa trahebat, et discerpebat.

*Forma*] Subtilis est Minotauri circumscriptio, quem labyrintho inclusum Theseus sustulit. Forma vero ejus mixta dicitur, quod partim hominis, partim tauri membris eum produxisset mater Pasiphaë Minois uxor, postquam Dædali ope cum tauro concubisset. Prolixe fabulam istam apud Mythologos, et ejus explicationem, invenies; dum alii ad Taurum Minois ducem, alii ad navem, alii ad alia referunt.

71 *Thebæ*] Plures fuerunt eo nomine urbes. Hic vero de Bœoticis

Hoc tua post illum titulo signetur imago ;

Hic est, cujus amans hospita capta dolo est.

De tanta rerum turba, factisque parentis,

75

Sedit in ingenio Cressa relicta tuo.

Quod solum excusat, solum miraris in illo ;

Hæredem patriæ, perfide, fraudis agis.

*imago tua notetur hoc elogio: Hic est cujus fraude hospita amans decepta est. Cretensis Ariadne deserta mansit in animo tuo, de tanta copia rerum et gestis patris. Suspicias in illo illud unum, quod unum excusat. Perfide, te facis hære-*

ratus censebat, Od. i. 32. iv. 12. Propert. iv. 6. 83. *Burm.*—73 *Vulg.* habent *titulos*: sed *titulo* legendum, tum ratione tum bonorum librorum auctoritate. *Burm. Sec.*—74 Libri quinque *hospite dolo*.—75 Heinsius malebat *paternis pro parentis*. *Veterrima editio dedit parentum*.—76 Alii omnes pro *relicta* habent *puella*: nos ex *Mss. codicibus Cressa relicta* emendavimus; in quo verbo et gravius *παθος* esse videtur et acrior Phyllidis accusatio. *Egnatius*. Emenda ex vetustis libris, *Cressa puella*. *Ciofan.* Sed *Epist. i. 8.* ‘Nec quererer tardos ire relicta dies.’ *Ep. iii. 66.* ‘Et videam puppes ire relicta tuas.’ *Burm. Sec.*—77 *incusat* *Gu. 1.* In *Palatino codice* legebatur, *Quod solum excusat, solum imitaris*: quod fortasse esset, *Quod solum excusat, solumne imitaris in illo?* Nihil tamen causæ video cur hanc lectionem rejiciamus. *D. Heinsius.* *Ciofanus præfert miraris*, *Burmannusque* putat hanc

#### NOTÆ

agitur; in quibus subruendis Thesei virtus maxime emicuit.

*Bimembres*] Centauri, Junonis, vel potius nubis, et Ixionis filii; quos Theseus et Lapithæ, quod illi in Pirithoi nuptiis tum Hippodamiæ sponsæ tum aliis fœminis vim facere velent, partim interfecerunt, partim fugaverunt. *Bimembres* vero dicti sunt quod superne homines, inferne equi essent. Quarum et id genus fabularum explicationem vide apud *Mythologos*, quorum verba huc frustra transcriberemus.

72 *Regia*] Plutonis aula nigra, quam in Pirithoi gratiam, ut ei in conjugem Proserpinam raperet, intravit. Quanquam istud in amici gratiam ausum fuisse Theseo audaciæ tantum apponendum: namque ille in inferis, Pirithoo a Cerbero cane intercepto, male muletatus est, donec ab Hercule liberatus fuit.

73 *Illum*] Patrem tuum Theseum. *Gall.* Qu’après qu’on aura vu votre père, et tous ses éloges, &c.

74 *Hospita*] In quinque libris *hospite* scriptum esse testatur *clar. Heinsius*; ut hic idem, quod in *Helenes* epistola, innuat, ‘Certus in hospitibus non est amor.’ Verum potior est lectio altera.

75 *De tanta*] Multum habet affectum hæc criminatio; sed cuius proficere cupienti facile erit imaginari, quæ longum esset scribere.

76 *Sedit*] Tibi tantum placuit, et tibi imitandum summsisti, quod ille perfidiose fecit.

*Cressa*] Ariadne, Minois filia, de qua plenius in sequentibus.

77 *Miraris*] Id est, Probas, imitaris, quod in se reprehendendum pater agnovit.

78 *Agis*] *Gall.* Vous vous portez pour héritier.

Illa (nec invideo) fruitur meliore marito ;  
 Inque capistratis tigribus alta sedet. 80  
 At mea despecti fugiunt connubia Thraces,  
 Quod ferar externum præposuisse meis.  
 Atque aliquis, Doctas jam nunc eat, inquit, Athenas :  
 Armiferam Thracen, qui regat, alter erit.  
 Exitus acta probat. Careat successibus opto, 85  
 Quisquis ab eventu facta notanda putat.  
 At si nostra tuo spumescant æquora remo,  
 Jam mihi, jam dicar consuluisse meis :  
 Sed neque consului ; nec te mea regia tanget,  
 Fessave Bistonia membra lavabis aqua. 90

*dem doli paterni. Illa (nec liveo) gaudet meliore marito, et sublimis sedet in tigribus franatis. At Thraces contemti aversantur meum conjugium, quia ego dicor prætulisse peregrinum meis. Atque aliquis dicit: Proficiscatur jam nunc doctas Athenas; alter erit, qui imperet Thraciæ bellicosæ. Eventus probat facta. Cupio careat læto exitu, quicumque putat acta vituperanda ab eventu. At si maria nostra albicent tuo remo, tum dicar prospexisse mihi et meis. Sed neque prospexi; neque mea aula te movet, neque lavabis lassos artus aqua Thracia. Imago illa tui*

esse veram Iectionem.—82 quod feror Gu. 4. et alii.—84 armigeram Gu. 1. et 4.—87 Ed. pr. canescant.—89 tanget tres libri; quod et Heinsius defendit. Priscæ Editiones et scripti fere omnes tangit.—90 Mycillus proponit fessave. Olim legebatur fessaque. Præstat fessave ut post negativam, nec semper scribendum puto. Vid. Benti. ad Horat. Epod. XVI. 6. I. Sat. VI. 68. Burm.—

## NOTE

80 *Tigribus*] Illis enim currus Bacchi trahitur, in quo Ariadue, a Libero patre in conjugem assumpta, magnifice sedet, quoque vehitur.

82 *Ferar*] Ita meliores libri, auctore Heinsio: quanquam non minus placeat *feror*.

83 *Inquit*] Id est, Quilibet ex meis possit dicere.

*Athenas*] Ad suum Demophoonta; scilicet, egregium illum, quem nobis omnibus Thracibus præposuit.

85 *Exitus*] Verba sunt Thracum ab eventu Phyllida damnantium.

*Careat*] Responsio est Phyllidis, ad pravam Thracum suorum judicium, per imprecationem in eos et indirecte proposita. Atque equidem perverse  
*Delph. et Var. Clas. Ovid.*

profecto ex eventu rationes nostræ dijudicantur.

86 *Notanda*] Judicanda et vituperanda.

87 *At si*] Purgationem suam a contrario eventu confirmat. Dicar, inquit, bene fecisse, si tu rediveris. Phyllidis autem verba cum spe aliqua et voto conjuncta videntur.

89 *Sed neque*] Jam disjectus est qui modo affulserat spei radius.

*Tanget*] Sic placuerat Heinsio; sed quod ante legebatur meo quidem iudicio convenientius *tangit* videtur.

90 *Bistonia*] Thracia nostra. Lacus est Bistonius in Thracia.

*Lavabis*] Pro veteri consuetudine;  
 E

Illa meis oculis species abeuntis inhæret,  
 Cum premeret portus classis itura meos.  
 Ausus es amplecti, colloque infusus amantis  
 Oscula per longas jungere pressa moras :  
 Cumque tuis lacrymis lacrymas confundere nostras : 95  
 Quodque foret velis aura secunda, queri :  
 Et mihi discedens suprema dicere voce ;  
 Phylli, face expectes Demophoonta tuum.  
 Expectem, qui me nunquam visurus abisti ?  
 Expectem pelago vela negata meo ? 100

*discedentis infixa est meis oculis, cum classis discessura esset in meis portibus. Non veritus es me amplecti; et projectus in collum mei amantis dare oscula arcta per prolixas moras; et miscere lacrymas nostras cum tuis lacrymis; et queri, quod ventus esset favens velis, et mihi dicere ultima voce, cum profiscisceris, Phylli vide ut opperiaris tuum Demophoonta. Opperiar, qui discessisti nunquam visurus me?*

92 Mss. plurimi pro *meos*, dant *tuos*. Heinsius conjicit *suos*.—93 *Amanti* con-  
 jeceram: atque ita chartacens Vossianus. *Heins.*—95 Francius mallet:  
*Cumque meis lacrymis lacrymas confundere vestras.* Et ita fere Douzam ex ve-  
 teri codice scribere ait: sed eodem redit. *Burm. Sec.*—98 *Fac* editio pr. et  
 multi scripti: sed male. *Heins.* Ego non puto *fac* posse corripri, sed ubique

## NOTE

quæ etiam ex Evangelio cognosci-  
 tur: Non lavabis: ergo neque ve-  
 nies.

91 *Illu]* Se nihil amasse unquam  
 fateatur, qui ista commemoratione  
 non commovebitur.

93 *Ausus es]* Ex Demophoontis  
 perfidiæ contemplatione, tum blaudi-  
 tiarum, quibus discedentem perfidum  
 demulserat, recordatione, vehemens  
 hæc increpatio Phyllidis nascitur.  
 Quantum vero imaginandi facultate  
 valnerit Poëta, videbunt, qui profi-  
 ciendi studio, phantasiam suam illi  
 committent: vel etiam qui ejus lepo-  
 ribus ducti, iis sese oblectare volue-  
 rint.

95 *Confundere]* Nequiter fecit De-  
 mophon, qui sinceram et ex amoris  
 mollitiæ fluentes Phyllidis lacrymas,  
 fictis suis et per dolum expressis fle-

tibus compensaverit.

96 *Queri]* Quasi ille moræ causam  
 ventorum vim adversam habere ma-  
 lisset. Phyllidis hæc est querela:  
 An potuisti inter tot amoris mei tes-  
 timonia ejusque illecebras, me simu-  
 latione tua deludere? Vel, quomodo  
 ad niniam et incredibilem fictionem  
 pectus perfidiæ suæ conscium potu-  
 isti adigere?

98 *Expectes]* Sienti est ista Demo-  
 phoontis vox suprema, et ultimus  
 amoris conatus, ita et est ultimus  
 perfidiæ gradus. Non enim tantum  
 torquetur animus, quando adempta  
 spes est, et ille stupet, quam cum in-  
 ter spem et timorem attentus, undi-  
 quaque distrahitur, et cura conficitur.

100 *Expectem]* Cum dolore et in-  
 crepatione: *Que j'attende?*

Et tamen expecto ; redeas modo serus amanti ;  
 Ut tua sit solo tempore lapsa fides.  
 Quid precor infelix ? jam te tenet altera conjux  
 Forsitan, et, nobis qui male favit, amor.  
 Utque tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida nosti : 105  
 Hei mihi ! si, quæ sim Phyllis, et unde, rogas.  
 Quæ tibi, Demophoon, longis erroribus acto  
 Threicios portus hospitiumque dedi :  
 Cujus opes auxere meæ : cui dives egenti  
 Munera multa dedi, multa datura fui : 110  
 Quæ tibi subjeci latissima regna Lycurgi,  
 Nomine fœmineo vix satis apta regi :

*opperiar vela prohibita a mari meo ? Et tamen præstolor ; modo revertaris tardus mihi amanti ; ut fides tua defecerit solo tempore. Misera, quid roves ? Jam alia uxor te capit forsitan, et amor, qui minus fuit nobis propitius. Et postquam ex conspectu tuo sublata sum, nullam reor Phyllida cognovisti. Hei mihi ! si quæris, quæ sim Phyllis, et cujus. Ego, Demophoon, quæ præbui tibi longis itineribus jactato portus Thracios et hospitium : cujus divitias meæ majores fecerunt : cui dives ego multa dona contuli, et volui multa conferre : quæ tibi subdidi late patens imperium Lycurgi, quæ vix possunt gubernari nomine fœmineo : qua Rhodope gelu rigens*

*face esse reponendum. Burm.—102 Francius mallet et tua, ut est in quibusdam scriptis. Pro lapsa unus codex lassa, alius laxa, vel læsa.—103 Quid loquor Francius corrigebat, sed præcesserant preces, 'redeas modo,' &c. Burm. Sec.—106 Vatl. roges. Mor. roget.—107 errantibus Cod. Pat. Jun. Heius. longis erratibus, ut Metam. iv. 567.—108 Pro portus Putean. pastus.*

## NOTÆ

101 *Et tamen*] Vide mihi, quæso, qui conatus, qui impetus, quæ lucta, priusquam desperet !

*Serus*] Non, ut sero redeat, petit ; sed, quando ita necesse est ut sero redeat, redeat saltem.

102 *Tempore*] Proverbiali forma dicimus, *Que je ne perde que l'attente.*

103 *Precor*] Votorum fervorem indicat, eademque vox ista corripit. Ita enim sese habent cordis nostri cogitationes et vices. Cum maxime fervent affectus, tum facillime placentur ; ubi maximus eorum impetus, ibidem et finis. Extrema quæque scilicet recurrunt et sese tangunt ; nec metas ultra licet erumpere.

*Altera*] Puellis suspicio familiaris.

Ita et supra Penelope. Sed prudentiam nota Poëtæ ; quomodo affectus gradatim flectat ; et ex iis singula quæque noveat. Majores fecerit progressus, qui unam epistolam cum cura et diligentia in indaganda arte meditatus fuerit, quam qui totum librum, ut mos est, legerit.

105 *Excidimus*] Illud est quod Gall. dicimus, *Aussi-tot que vous m'eûtes perdue de vue.*

106 *Si quæ sim*] Non major esse potest oblivio.

107 *Erroribus*] Vere dicuntur errores, quæ per mare perficiuntur itinera.

109 *Opes*] Quæ, statu in quo erat, exiguæ erant.

111 *Lycurgi*] Pater fuit Phyllidis ;

Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum,  
 Et sacer admissas exigit Hebrus aquas :  
 Cui mea virginitas avibus libata sinistris, 115  
 Castaque fallaci zona recincta manu :  
 Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis,  
 Et cecinit mœstum devia carmen avis.  
 Affuit Alecto, brevibus torquata colubris ;  
 Suntque sepulcrali lumina mota face. 120  
 Mœsta tamen scopulos fruticosaque littora calco,  
 Quaque patent oculis æquora lata meis.

*extenditur, usque ad Hæmun umbrosum, et qua sacer Hebrus volvit aquas concitatas: a quo mea virginitas primo decerpta est alitibus infaustis, et zona pudica detracta est manu fraudulenta. Tisiphone pronuba ululavit in illis nostris nuptiis; et avis devia cantavit carmen lugubre. Alecto comta brevibus serpentibus astitit; et lumina admota sunt ex tæda funerea. Nihilominus tristis premo scopulos et littora fruticibus plena; et loca, unde vasta maria aperta sunt meis oculis. Sive*

—111 *Latissima* Putean.—114 *emissas* Vulg. in quibusdam *amissas*. Heins. alique *admissas*. In Sa. *exserit* pro *exigit*.—116 Burm. post *manu* vult notam interrogationis.—120 Quidam hic pro *lumina* ululavit in illis nostris nuptiis. Vossian. *lata face*.—121 Duo codices *fluctuosa*. Donza *scrupicosaque*. Burm. vitium latere suspicatur et legendum censet *fruticosaque culmina calco, Quæque*

## NOTE

de quo Poëtæ, quod Bacchum contemississet, multa fabulantur.

112 *Vix*] Quia feroces et bellicosi.

113 *Hæmun*] Mons est Thraciæ, sicut et Rhodope, per quos regni sui amplitudinem Phyllis describit.

114 *Sacer*] Quia omnes fluvii sacri propter incolas et præsidentes Deos et Nymphas.

115 *Libata*] Primum violata. Matrimonii est circumscriptio.

*Sinistris*] Id est, Auspiciis et Diis adversis. Nihil enim veteres illi inauspicato, vel sine Diis, suscipiebant.

116 *Zona*] Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis; ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusque esset. Festus.

117 *Pronuba*] Loco Junonis nostris nuptiis præfuit.

*Tisiphone*] Furiarum una: altera est Alecto; tertia Megæra, filia Noctis et Acherontis.

*Ululavit*] Quanquam vocem hanc mediam esse docet Servius; satis constat tamen hic lugubrem et feralem, pro nuptiali, cantum significare.

118 *Devia*] Bubo, vel quælibet avis devia nocturna et latebris gaudens; cujus vox querula mali ominis esse censebatur.

119 *Alecto*] Altera ex Furiis, ut ante diximus.

*Brevibus*] Ideoque, ut volunt, sævioribus.

120 *Sepulcrali*] Id est, pro facibus quinque ex spina alba aut pinu in nuptiis adhiberi solitis, feræ admotæ sunt ex rogo accensæ, vel funeri destinatæ.

121 *Tamen*] Id est, Quanquam omnia sint mihi adversa, tamen amoris



Sive die laxatur humus, seu frigida lucent  
 Sidera ; prospicio, quis freta ventus agat.  
 Et quæcumque procul venientia lintea vidi, 125  
 Protinus illa meos auguror esse Deos.  
 In freta procurro, vix me retinentibus undis,  
 Mobile qua primas porrigit æquor aquas.  
 Quo magis accedunt, minus et minus utilis asto :  
 Linquor, et ancillis excipienda cado. 130  
 Et sinus, adductos modice falcatus in arcus,  
 Ultima prærupta cornua mole rigent :  
 Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas  
 Mens fuit ; et, quoniam fallere pergis, crit.

*terra solvitur per diem, seu astra gelida lucent, observo quis ventus agitet maria ; et quæcumque vidi procul vela accedentia, statim conjicio illa esse meos Deos. Accurro ad mare, a quibus me ægre cohibentibus, qua mare fluidum extendit primas aquas. Quo magis accedunt minus et minus firma sum ; deficio, et cado sustentanda ab ancillis. Est sinus paululum curvatus in modum arcus contenti, ultima cornua ejus prærupta sunt rupe ardua. Hinc animus fuit corpus præcipitare in mare subjectum ; et, quoniam pergis decipere, idem erit. Undæ me ferant præcipita-*

*p. o. littora lata meis. Heusingerus nihil mutat præter interpunctionem, quam ita constituit : Mæsta tamen fruticosaque littora calco ; Quæque p. o. æquora lata meis, (Sive die l. h. s. f. lucent Sidera) prospicio, quis fr. ventus agat.—122 quæque in duobus scriptis et prima Editione. Scripti omnes littora lata, nisi quod in tribus littora nota.—123 lassatur multi.—128 Legendum quo. Ciofan.—129 Forte utilis, actæ ; et construe quo magis accedunt actæ. Heius.—132 Fronte quidam Codd. inter quos A. et Apr.—133 submittere quidam ;*

## NOTÆ

mei tantus est ardor, ut contra spem animi mei te semper et maximo cum labore, non sine furore quæram.

*Fructicosaque*] Ubi difficile est admodum suos gradus firmare. Sed operæ pretium est hæc omnia sibi phantasiæ opera oculis repræsentare.

123 *Laxatur*] Solis calore.

*Frigida*] Id est, per noctem. Amoris sui anxietatem commendat, quæ diu noctuque ipsam sollicitat.

124 *Ventus*] Optime amoris solitudinem declarant istiusmodi cogitationes.

126 *Meos*] Id est, qui me exaudiverunt, et mihi propitii facti sunt.

129 *Utilis*] Quia te non esse video, vix possum niti pedibus.

130 *Linquor*] Animi deliquium patior.

131 *Est sinus*] Sese tandem ad desperationem coactam esse Phyllis declarat : quod loci descriptione, unde se in mare daturam dicit, cognoscitur.

*In arcus*] Id est, ad tensi arcus modum curvatus. Curvatur enim arcus, cum nervo extrema ejus simul in sese adducuntur.

132 *Rigent*] Alta, prærupta, dura et salebrosa sunt ad horrorem et stuporem.

- Ad tua me fluctus projectam littora portent, 135  
 Occurramque oculis intumulata tuis.  
 Duritie ferrum ut superes, adamantaque, teque;  
 Non tibi sic, dices, Phylli, sequendus eram.  
 Sæpe venenorum sitis est mihi; sæpe cruenta  
 Trajectam gladio morte perire juvat: 140  
 Colla quoque, infidis quia se nectenda lacertis  
 Præbuerunt, laqueis implicuisse libet.  
 Stat nece matura tenerum pensare pudorem;  
 In necis electum parva futura mora est.  
 Inscribere meo causa invidiosa sepulcro; 145  
 Aut hoc, aut simili carmine notus eris:  
 Phyllida Demophoon leto dedit, hospes amantem:  
 Ille neci causam præbuit, illa manum.

*tam ad tua littora; et insepulta incidam in tuos oculos. Quamvis durior sis ferro, et adamante, et te ipso; dices, Phylli, non ita me debebas sequi. Sæpe cupio bibere toxicum; sæpe placet transfixam ense perire morte sanguinolenta. Etiam, quia mea colla se præbuerunt implicanda brachiis perfidis, fune volo ea premere. Decevi satisfacere nece accelerata tenero pudori; non diu cunctabor in electione mortis. Signuberis causa odiosa meo sepulcro: notus eris, aut hoc, aut ejusmodi titulo: Demophoon hospes tradidit morti Phyllida amantem: ille dedit causam morti, ipsa manum.*

Douza *dimittere* teste Francio, qui ipse malebat *demittere*.—137 Vulg. *duritia*: sic et Gu. Codd. sed *durtie* probant Heins. et meliores.—141 *quæ se* Gu. 3. cum aliis.—142 *præbuerint* scripti nonnulli: inter quos Gu. 2 *præbuerant* Gu. 1. et 3. Putean. opt. et quatuor alii *præbuerunt*. Ex veteribus nonnullis *libet* pro vulg. *juvat* quod jam præcesserat.—143 Gu. 4. totum hoc distichon abest. miserum Libri duo.—144 *Electum* Scr. et Ar. et Fr. et undecim scripti alii cum Editione Veneta antiqua: quod Burman. putat multo elegantius vulgata lectione *electu*.—145 Heins. mallet *inscribende*: et Burman. in pentametro *atque hoc, aut simili*.—148 Vulg. *necis*; sed Heins. putat *neci* rectius scribendum, quamvis dissentiant plurimi Codd. *ipsa manu* plerumque legitur: sed plurimi scripti *illa manum*.

## NOTÆ

- 135 *Portent*] Votum est.  
 136 *Intumulata*] Absque sepulturæ honore; quod Ethnicis præsertim horrendum; siquidem et istud ad Manes placandos vel torquendos momentum haberet.  
 137 *Teque*] Gradatione ista vide Demophoonta ut Phyllis durissimum faciat.  
 138 *Tibi*] Pro, a te.  
*Sic*] Mortua, intumulata, nudis jac-  
 tata et erosa.  
 142 *Præbuerunt*] Nonnulli habent *præbuerint*, quod non minus, immo amplius placeret.  
 143 *Matura*] Decoro et magnanimo leto, exponunt. Esto decorum, sed *maturum* mihi idem est quod promptum, acceleratum, et opportunum.  
*Pudorem*] Violatam a te meam pudicitiam.

## NOTE

144 *Electum*] Inter tot mortis genera fluctuans, tandem sese ex amygdalo suspendisse dicitur; quæ arbor cum exarnisset, Demophoontis adventu reviruit.

145 *Invidiosa*] Id est, Quæ legentium invidiam et odium in te derivet.

147 *Hospes*] Hospitio a Phyllide acceptus: Passive.

148 *Causam*] Perfidia sua.

## EPISTOLA III.

## BRISEIS ACHILLI.

## ARGUMENTUM.

POSTQUAM Græci Phrygiam attigerunt, urbes Trojæ finitimas, præcipuæque Lesbo oppositas, hostiliter aggressi populari cæperunt: inter quos Achilles, Pelei et Thetidis filius, utramque Ciliciam, et Thebanam, et Lyrnesiam invasit. Expugnato inde Chrynesio oppido, duas egregia forma virgines abduxit, Astynomen, Chrysæ sacerdotis Smynthei Apollinis filiam, et Hippodamiam, Brisæ natam, quæ postea a paternis nominibus cognominatæ fuerunt. Chrysen Achilles Agamemnoni concessit, Briseide sibi reservata. Cum deinde vero Agamemnon Deorum jussu patri restitueret suo Chrysen, ipse Achilli Briseida per vim et summan contentionem abstulit. Quamobrem effervescens Achilles abstinuit sese aliquandiu a pugnando: adeo ut nullius precibus ad arma contra Trojanos sumenda moveri potuerit: nec postea Briseida recipere suam voluerit, quamvis eam maximis cum donis Agamemnon esset remissurus. Briseis ergo hanc ad eum epistolam mittit, qua nimiam ejus iracundiam accusat, rogans, ut adversus Trojanos arma capiat, dum sese prius ab Agamemnone altro oblatam receperit.

QUAM legis, a rapta Briseide litera venit,  
Vix bene barbarica Græca notata manu.

*Epistola quam legis, vix bene Græce scripta manu barbara, est a rapta Hippo-*

## NOTE

1 *Rapta*] A te scilicet, ex Lyrneso. Prima est commiseratio a fortuna. Querimonias quidem non habet tam acres hæc epistola; neque tamen eo

minor orationis apparatus.

*Briseide*] Seu Hippodamia, Brisæ filia.

2 *Barbarica*] Lyrnessiæ puellæ,

Quascumque aspicias, lacrymæ fecere, lituras ;  
 Sed tamen et lacrymæ pondera vocis habent.  
 Si mihi pauca queri de te, dominoque viroque, 5  
 Fas est ; de domino pauca viroque querar.  
 Non, ego poscenti quod sum cito tradita Regi,  
 Culpa tua est ; quamvis hoc quoque culpa tua est.  
 Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt,  
 Eurybati data sum Talthybioque comes. 10  
 Alter in alterius jactantes lumina vultum,  
 Quærebant taciti, noster ubi esset amor.  
 Differri potui : pœnæ mora grata fuisset.  
 Hei mihi ! discedens oscula nulla dedi.  
 At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos ; 15  
 Infelix iterum sum mihi visa capi.

*dania. Lacrymæ fecerunt omnes lituras quas vilebis, sed tamen etiam lacrymæ vim vocis habent. Si mihi licet conqueri pauca de te, et domino et marito, conquerar pauca de domino et marito. Non est culpa tua quod ego sum statim data regi petenti, quamvis hoc quoque est culpa tua. Nam statim atque Eurybates et Talthybius me petiverunt, data sum comes Eurybati et Talthybio. Illi vertentes oculos, alter in vultum alterius sciscitabantur taciti, ubi noster amor esset. Potui in tempus aliud remitti ; mora fuisset accepta meo dolori. Hei mihi ! abiens nulla tibi obtuli sua- via. At effudi lacrymas sine fine, et discerpsi comam. Misera visa sum mihi iterum*

4 Et P. et I. vulg. tamen hæc lacry.—6 Forte Fas sit : nisi locus totus melius sit ita constituendus : Sit mihi pauca queri de te dominoque viroque, Fas si de domino pauca viroque queri. Nam P. et R. queri habent. Heins.—7 Gu. 2. sim cito : Heins. conj. tam cito : qui et mox ex scriptis edidit hoc quoque, pro vulg. hæc quoq.—10 Heins. mavult Euribata.—11 Heins. vultus, quod et libri XIV. habent.—12 rester ubi Heins. vel invitis libris.—16 Idem corrigat

## NOTE

quæ cum sit barbara Græcas literas non recte novit. Tacite imperitiam, ne inepta videatur, excusat.

4 Pondera] Id est, Non minus ex lituris quam ex verbis meis amorem meum cognosces.

5 Si mihi] Orationis præmunitio, sine qua servæ, bello captæ, cuique erga dominum nullum jus erat, honesta querimonia non videbatur.

7 Regi] Agamemnoni.

8 Hoc quoque] Idem affirmare videtur quod modo negavit : sed diversus est respectus. Fatetur Achillis culpam non esse quod tradita sit Regi,

quia ex ipso ortum istud non fuit : at in eo culpam esse dicit quod tam cito tradiderit, cum potuisset ipsa differri.

9 Eurybates] Agamemnonis cum Talthybio minister.

12 Quærebant] Achillem argnit ex eo, quod etiam ejus in tradenda Hippodamia celeritatem ipsi Agamemnonis ministri mirati sint.

Noster] Vester, vel invitis libris, quamobrem reponendum censuerit Heinsius, demiror.

13 Pœnæ] Dolori, quem ex discessu caperem.

Sæpe ego decepto volui custode reverti;  
 Sed, me qui timidam prenderet, hostis erat.  
 Si progressa forem, caperer ne forte timebam,  
 Quamlibet ad Priami munus itura nurum. 20  
 Sed data sim, quia danda fui: tot noctibus absum,  
 Nec repeto: cessas, iraque lenta tua est.  
 Ipse Menœtiades, tunc, cum tradebar, in aurem,  
 Quid fles? hic parvo tempore, dixit, eris.  
 Non repetisse parum est: pugnas, ne reddar, Achille. 25  
 I nunc, et cupidi nomen amantis habe.  
 Venerunt ad te Telamone et Amyntore nati;  
 Ille gradu propior sanguinis, ille comes:

*rapi. Sæpe ego volui redire, custode deluso; sed hostis erat, qui me pavidam retine-  
 ret. Metuebam, ne, si discessissem, forsitan abriperer, itura in donum ad quamlibet  
 nurum Priami: Sed fuerim reddita, quia debui reddi: absum per tot noctes, nec  
 repeto; hæres, et ira tua tarda est. Ipse Patroclus mihi reposuit in aurem, tunc  
 cum dabar, Quamobrem ploras? non diu hic manebis. Parum est non repetisse;  
 certas, Achille, ne restituatur. Ito nunc, et retine nomen amantis desiderio flagrantis.  
 Ad te profecti sunt geniti ex Telamone et Amyntore, ille conjunctior gradu sangui-*

*infelixque. Edd. pleræque rapi. Heins. emendat capi.—19 nocte pro forte plur.  
 Edd. sed forte præstat, quod est in Naugerianis libris. Heins.—20 nurus P.  
 a prim. mann.—21 sim P. cod. opt.—23 Heins. præfert aurem pro vulg. aure.  
 —25 Quæd. Edd. non pro nec.—26 Heins. conj. I nunc, i cupid. sed scripti*

## NOTE

16 *Capi*] Quæ fuit antea, quam-  
 que Heinsins deturbaverat, vocem,  
*rapi*, restituere mallet, non alia  
 causa, quam quia, sine bona rati-  
 one, nihil in libris mutandum esse  
 censo. Nulla autem videtur ea,  
 quam reddit, Briseidem ante raptam  
 fuisse se non legisse; cum, quæ ex  
 Lyrneso expugnata capta est, eadem  
 et rapta dici possit. Quanquam et  
*capi*, quod ex plurimis codicibus arri-  
 pisse se testatur idem, bonum est.

17 *Rererti*] *Ad te, scil.*

18 *Erat*] Qui me prendere posset,  
 supple: quod et postea dicit.

20 *Quamlibet*] Etiam indignissi-  
 mam.

21 *Sed data sim*] Quasi dicat, Quan-  
 quam peccatum fuit, quod me tradi-

deris, tam cito etiam; tamen istud  
 mitto, ut graviora attingam. Accu-  
 sationem itaque habet hæc loquendi  
 formula.

22 *Iraque*] Ex eo quod per vim me  
 tibi Agamemnon præriperit.

23 *Menœtiades*] Patroclus, Menœ-  
 tii filius.

25 *Non repetisse*] Achillem arguit,  
 quod se non modo non repetierit, sed  
 quod insuper, cum redderetur, resti-  
 terit. In quibusdam legitur, *Nec re-  
 petisse.*

26 *I nunc*] Ironia est. Gall. dicere-  
 mus, *Vraiment le voilà l'Amant pas-  
 sionné.*

27 *Venerunt*] Ut me tibi restitue-  
 rent.

*Telamone*] Ajax.

Laërtaque satus; per quos comitata redirem.  
 Auxerunt blandæ grandia dona preces: 30  
 Viginti fulvos operoso ex ære lebetas;  
 Et tripodas septem, pondere et arte pares:  
 Addita sunt illis auri bis quinque talenta;  
 Bis sex, adsueti vincere semper, equi:  
 Quodque supervacuum, forma præstante puellæ 35  
 Lesbides, eversa corpora capta domo:  
 Cumque tot his, (sed non opus est tibi conjuge) conjux  
 Ex Agamemnoniis una puella tribus.  
 Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem,  
 Quæ dare debueras, accipere illa neges? 40

*nis, ille comes, et natus ex Laërta; quibus stipata reverterer. Mites preces cumularunt magna munera: viginti scilicet rufos cacabos ex ære elaborato, et septem tripodas, æquales pondere et arte. Adjuncta sunt illis decem talenta auri; duodecim equi soliti semper victoria potiri, et, quod superfluum, puellæ ex Lesbo pulchritudinis eximia, corpora capta domo diruta. Et cum tot his, (sed non opus habes uxore) una ex tribus puellis Agamemnoniis, in uxorem. Recusus ea sumere, quæ exhibere debueras, si tibi redimenda fuissem pretio ab Agamemnone. Quo delicto merui fieri*

obstant.—28 Scribendum vel sine libris *Iste grad.* Heins.—29 *Laërta* P. et V. Sæpius scriptum *Laërte*.—30 P. *blandas*. Vetus lectio fuit *blanda...prece*.—31 *lebetes*, et mox *tripodes* in Mstis. multis.—34 In libro Ald. et in V. *bis septem*. Sed aliter Homerus Il. I. In Mycilli Editione *bis seni*. Pro *vincere* quidam Codd. *currere*.—39 *Atride* Gu. 1. 2. et 4.—40 *neges* Scr. et Gu. 4. pro-

## NOTÆ

*Amyntore*] Phœnix, qui etiam a Peleo Achilli comes et moderator datus fuerat.

28 *Ille*] Ajax. Fuit enim Telamon frater Pelei; adeoque Achilles et Ajax patruelles.

29 *Laërtaque*] Ulysses; prout jam sæpe vidimus.

30 *Dona*] Ea sequentibus versibus ex Homero recenset.

31 *Operoso*] Id est, Opera et arte multa fabricato.

32 *Pondere*] Id est, In quibus ars materiæ pretium exæquabat.

33 *Talenta*] Multiplex fuit apud varias gentes, de quo multi tractaverunt, quos, si voles, adibis. Usitatum fuit præsertim Atticum, sexaginta

minarum sen librarum pondere.

34 *Sex*] Ita melius ex Homero, quam, ut habent alii, *bis septem*.

35 *Supervacuum*] Istud est ex præmatura Briseidis Zelotypia.

36 *Lesbides*] E Lesbo Insula, non longe a Troja, abreptæ.

*Eversa*] A Græcis, Achille præsertim, quo tempore Trojæ bellum indixerunt.

37 *Non opus*] Quia se eam intendit esse.

38 *Tribus*] Chrysothemis, Iphianassa, sive Iphigenia, et Laodice, tres illæ fuerunt.

39 *Atrida*] Agamemnone, Atræi filio.

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille?

Quo levis a nobis tam cito fugit amor?

An miseros tristis fortuna tenaciter urget?

Nec venit inceptis mollior aura meis?

Diruta Marte tuo Lyrnesia moenia vidi: 45

Et fueram patriæ pars ego magna meæ.

Vidi ego consortes pariter generisque necisque

Tres cecidisse; tribus, quæ mihi, mater erat.

Vidi ego, quantus erat, fusum tellure cruenta,

Pectora jactantem sanguinolenta, virum. 50

Tot tamen amissis te compensavimus unum:

Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

Tu mihi, juratus per numina Matris aquosæ,

Utile dicebas ipse fuisse capi.

*tibi contemta, Achille? Quo inconstans amor abiit tam cito a nobis? An sors maligna premit indesinenter infelices? nec aura lenior afflat meis ausibus? Vidi Lyrnesum urbem eversam bello, quod gessisti; et ego fueram magna pars patriæ meæ. Vidi tres consortes pariter sanguinis et mortis occubuisse, et matrem tribus, quæ erat mihi mater. Vidi super terra stratum, quantus erat, maritum meum agitantem corpus suum cruentum. Exæquavimus te unum tamen tot perditis: tu eras mihi dominus, tu maritus, tu frater. Tu ipse, juratus per numina genitricis tuæ aquosæ,*

bante Heins. Vulgo *negas*.—44 *mollior hora opt.* P. cum aliis nonnullis, et Gu. 1. Heins. putat nil mutandum.—47 *Vidi ego consortes* in duobus libris. Vulg. *vidi consortes.* Gu. 1. *vidi et consort.*—48 Francius volebat *quibus, quæ mihi, mater erat.*—50 Plurimi Msti, *versantem.*—51 Quidam codd. teste Heins. *nos de tot amissis: forte pro nosque tot amissis.* Heins. tamen conj. *tot tamen amissos te comp. uno.* Gronov. Observ. iv. 13. legit *tot tamen amissos tecum pensavimus*

## NOTE

40 *Debueras]* Si pretio ab Agamemnone redimi debuissem, aut potuissem.

42 *Quo]* Se eam esse innuit, quæ amantis constantiam mereatur.

43 *Tenaciter]* Ex calamitatis commemoratione, quam prius Achilles immiserat, quæque inde ipsam affligeret, commiserationem studet movere. Sumtum vero est istud ex eo, quod vulgo alia, deinde alia mala illi inferre credatur, quem semel iniuqua fortuna afflavit.

45 *Lyrnesia]* Non fuit hæc Lyrne-

sus Ciliciæ, ut male annotavit Antonius, et descripsit ejus Excerptor, sed majoris Mysiæ, contra Lesbou Insulam, in ora Trojæ posita.

46 *Magna]* Omnino, siquidem conjux esset Minetis Lyrnesi principis, aut reguli.

47 *Consortes]* Fratres suos circumscribit, quos Achilles mactavit.

50 *Virum]* Meni, scil. Minetem.

53 *Juratus]* Significatione activa.

*Matris]* Tnæ, scil. Thetidis.

54 *Utile]* Quia potior apud te sors mea esset, quam cum meis.

- Scilicet ut, quamvis veniam dotata, repellas; 55  
 Et mecum fugias, quæ tibi dentur, opes.  
 Quin etiam fama est, cum crastina fulserit Eos,  
 Te dare nubiferis linea vela notis.  
 Quod scelus ut pavidas miseræ mihi contigit aures,  
 Sanguinis atque animi pectus inane fuit. 60  
 Ibis: et (o miseram) cui me, violente, relinques?  
 Quis mihi desertæ mite levamen erit?  
 Devorer ante, precor, subito telluris hiatu,  
 Aut rutilo missi fulminis igne cremer;  
 Quam sine me Phthiis canescant æquora remis, 65  
 Et videam puppes ire relictæ tuas.

*dicebas mihi utile fuisse capi. Nimirum ut me rejicias, quamvis accedam dotata, et mecum recuses divitias, quæ tibi offeruntur. Quin etiam ferunt te linea vela traditurum austris nubiferis, cum dies crastinus luxerit. Quod facinus postquam ad timidæ aures delatum est, mihi infelici pectus fuit sine sanguine atque animo. Discedes, et o infelicem, apud quem me deseres, violente? Quis erit dulce solatium mihi destitutæ? Precor, ut ante absorbeam celeri hiatu terræ, aut adurar igne rutilo vibrati fulminis; quam maria albescant remis Achilleis sine me, et destituta videam*

uno.—55 *Vulg. repellar. P. dedit repellas; quod Heinsius videtur simplicius, et sequentibus convenientius.*—56 *dentur L. at reliqui dantur.*—57 *Eos opt. P. Ceteri omnes hora pro Eos.*—58 *nimbiferis Ha. et plurimi scripti. Gu. 1. 2. et 4. linteæ vela, vel vella: unde Mycillus et D. Heins. scribunt linteæ velle. Quatuor codd. linteæ plena quod placet Heinsio.*—60 *Heins. mallet animæ pectus inane fui.*—61 *Plerumque legitur Ibis et ô, &c. sine distinctione.*

## NOTÆ

55 *Scilicet*] Ironice suas cum Achille commoditates proponit; ut ejus vana promissa arguat, eumque commoveat.

*Dotata*] Sibi dotem assumit ea, quæ secum ad Achillis placandam iram Agamemnon mittebat.

56 *Dentur*] Quamobrem vocem *dantur* pro *dentur* Heinsius deturbaverit nunquam videre potui, adeoque eam restituere velim.

57 *Eos*] Anrora. Id est, Crastino die.

58 *Linea*] In aliis *lintea*, item *lintea vella*, unde *velle* postea prosumum, quod nonnullis placet.

*Notis*] Id est, Fama est, te usque adeo iratum esse, ut etiam ventis

maxime adversis velis abire. Flante enim a meridie Noti iis prorsus reflant, qui ex Troade in Græciam navigant.

59 *Scelus*] Ut ante captam Trojam discedas; sicut etiam Antonius exponit. Nequaquam. Per respectum ad Briseidis desiderium et amorem, vox ista intelligenda est; et id tantum.

60 *Sanguinis*] Uno verbo, *defeci*.

61 *Cui*] Istud ex amore Briseis, quæ nunquam Agamemnonis, utcumque ei sit tradita, sese fuisse, sed soli Achilli amorem suum reservasse, innuit. Atque ex hoc loco maxime moveri potuit Achillis misericordia.

65 *Phthiis*] Achilleis: Nam Achil-



Si tibi jam reditusque placent, patriique penates ;  
 Non ego sum classi sarcina magna tuæ.  
 Victorem captiva sequar, non nupta maritum :  
 Est mihi, quæ lanas molliat, apta manus. 70  
 Inter Achaiadas longe pulcherrima matres  
 In thalamos conjux ibit (eatque) tuos.  
 Digna nurus socero, Jovis Æginæque nepote ;  
 Cuique senex Nereus prosocer esse velit.  
 Nos humiles, famulæque tuæ, data pensa trahemus ; 75  
 Et minuent plenas stamina nostra colos.  
 Exagitet ne me tantum tua, deprecor, uxor,  
 Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo.  
 Neve meos coram scindi patiare capillos ;  
 Et leviter dicas ; Hæc quoque nostra fuit. 80  
 Vel patiare licet ; dum ne contemta relinquir.  
 Hic mihi væ miseræ concutit ossa metus.

*naves tuas discedere. Si recursus, et domus patria nunc te juvant, ego non sum grave onus tuæ classi. Ego captiva sequar victorem, non nupta maritum: habeo manum idoneam ad nendum lanam. Uxor longe formosissima inter matres Achaiadas ibit (et eat) in toros tuos. Eat nurus digna socero, et nepote Jovis et Æginæ; et cui senex Nereus velit esse prosocer. Nos abjectæ et servæ tuæ trahemus data pensa; et fila, quæ nebumus, minuent plenus colos. Deprecor tantum, ne tua conjux, quæ mihi non erit, nescio quomodo, propitia, me vexet. Nere patiariis meam comam lacerari in tuo conspectu: et dicas obiter, Hæc quoque fuit nostra. Vel sinas, si roles, modo ne deserar despecta. Væ, hic timor quassat ossa mihi miseræ. Quid*

65 Gu. 4. *Phthiis spumescant.*—67 *tam* pro *jam* Pal. probante Heins. Quidam scripti *sociique.*—68 Heins. *sim* pro *sum.* Mycillus emendat *Achæiadas*; nostra vero lectio Heinsio placet.—73 P. *nepoti*: Med. *nepotis*, et ed. pr. sed tuuc *soceri* legendum esset.—75 *trahamus* Gu. 1.—76 *colus* Gu. 2.—80 In Gr. erat *leniter et dicas*: et Editio vetus contra metrum et *leniter.*—81 Plur. libr. et *patiare.*—82 Multi Codd. *concitat*: alii etiam *timor* vel *tremor.*—

## NOTÆ

lis Phthii fuerunt.

*Canescant*] Id est, Quam tu, sine me, abeas. Metonymia.

69 *Captiva*] Id est, Tanquam captiva, non tanquam uxor.

70 *Est*] Id est, Victum lanificio quæritabo.

71 *Achaiadas*] Achæia Achillis patria; unde Achaiades puellæ et matres.

73 *Socero*] Peleo.

*Nepote*] Jupiter ex Ægina, Asopi Bœoticiæ regis filia, Æacum suscepit; ex quo Peleus, Achillis pater.

74 *Nereus*] Thetidis pater, Acuilis avus maternus, Deus marinus.

*Prosocer*] Quia pater fuit Thetidis, Pelei conjugis, quæ Thetis socrus ei fuisset, quam Achilles uxorem duxisset.

Quid tamen expectas? Agamemnona pœnitet iræ,  
 Et jacet ante tuos Græcia mœsta pedes.  
 Vince animos, iramque tuam, qui cetera vincis. 85  
 Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?  
 Arma cape, Æacida, sed me tamen ante recepta;  
 Et preme turbatos, Marte favente, viros.  
 Propter me mota est, propter me desinat ira;  
 Simque ego tristitiæ causa modusque tuæ. 90  
 Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris:  
 Conjugis Cœnides versus in arma prece est.  
 Res audita mihi, nota est tibi. Fratribus orba  
 Devovit nati spemque caputque parens.

*tamen cupis? Agamemnona piget iræ, et Græcia tristis prostrata est ante tuos pedes. Dona mentem, et iram tuam, tu qui domas alia omnia. Quamobrem strenuus Hector frangit vires Græcas? Indue arma, Æaco sate, sed tamen me ante recepta; et urge Marte secundo viros fractos. Ira est excita propter me, sedetur propter me; et ego sim causa et finis tui doloris. Nec crede tibi esse inhonestum cedere precibus: Meleager ad arma compulsus est prece uxoris. Rem illam audiri, tu novisti. Mater destituta fratribus devovit spem et caput filii sui. Bellum erat; ille strenuus*

83 P qui: Jun. quod: Heins. vult quo.—87 Vulg. Æacide: at opt. membræ Æacida.—88 Gn. 2. et 3. comprime turbatos.—89 Voss. Leid. et Bas. finiet: unde Heins. conj. finiut.—91 Gu. 2. putes.—95 Vulg. bello erat: sed

## NOTÆ

78 *Nescio quo*] Plus dicit ista suspicio, quam si prolixè multa cumlasset.

81 *Relinquitur*] Hic, scil. cum Agamemnone, procul a te.

82 *Metus*] Ne relinquitur.

83 *Expectas*] Quid tibi vis? quid quæris? quorsum spectat ista tua ira implacabilis?

84 *Mœsta*] Quæ, ex quo tempore arma posuisti, maxima damna ab hostibus Trojanis accepit.

86 *Quid lacerat*] Achillem ut moveat, ei blanditur; quasi ille solus Hectorem, Trojanorum fortissimum (cujus præsertim meminit ad amulationem), totumque adeo hostilem exercitum, posset profligare.

88 *Viros*] Trojanos, quos facile in

fugam verteris.

92 *Cœnides*] Meleager, Cœni filius, qui, bello, inter Curetes et Calydonios, ob pellem apri ab ipso Atalantæ traditam, conflato, cum propter conceptam, ex matris imprecationibus, iram, hostes mœnibus depellere, nec, laboranti patriæ opem ferre, vellet; tandem a Cleopatra uxore ad arma capienda compulsus est.

93 *Rcs*] Historia Meleagri.

*Fratribus*] Thestii filii, quos, cum apri caput, aut pellem, Atalantæ surripere voluissent, Meleager interfecit.

94 *Devovit*] Multis imprecationibus Melcagrum filium, quod fratres suos obtruncasset, Althæa devovit. No-

- Bellum erat: ille ferox positis secessit ab armis, 95  
 Et patriæ rigida mente negavit opem.  
 Sola virum conjux flexit. Felicior illa!  
 At mea pro nullo pondere verba cadunt.  
 Nec tamen indignor; nec me pro conjuge gessi,  
 Sæpius in dominum serva vocata torum. 100  
 Me quædam (memini) Dominam captiva vocabat:  
 Servitio, dixi, nominis addis onus.  
 Per tamen ossa viri, subito male tecta sepulcro,  
 Semper judiciis ossa verenda meis;  
 Perque trium fortes animas, mea numina, fratrum, 105  
 Qui bene pro patria, cum patriaque, jacent;  
 Perque tuum nostrumque caput, quæ junximus una;  
 Perque tuos enses, cognita tela meis;  
 Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum  
 Juro: fallentem deseruisse velis. 110

*reliquit arma deposita, et denegavit auxilium patriæ obstinato animo. Uxor sola movit maritum. Illa beatior! At mea verba cadunt sine ullis viribus. Nec tamen moleste fero; nec serva arcessita sæpius in lectum Domini me uxorem jactavi. Quædam captivæ (memini) appellabat me dominam: Servitium, dixi, aggravas nomine. Tamen juro per ossa viri male sepulta sepulchro properato, per ossa semper mihi veneranda; et per strenuas animas trium fratrum, mea numina, qui bene mortui sunt pro patria, et cum patria; et per caput tuum et nostrum, quæ conseruimus; et per tuos gladios, tela cognita meis; Agamemnonem nullos lectos jugales mecum ha-*

P. bellum, probante Heinsio. Go. Marte erat, distinctione sublata. Burm. conj. positis secesserat armis.—98 Gruterus in margine sui libri *At mea proh, &c.* probante D. Heins.—100 *domini* vulg. Li. dedit *dominum*.—104 Jun. Ulitius maluit *suppliciiis*.—107 *quod junximus* vulg. habent: at P. et Me. et Fr. *quæ*.

## NOTE

- tiora vero sunt, quæ de fatali Meleagii stipite fabulati sunt Poëtæ, quam ut eorum decantatas fictiones huc opus sit transcribere.
- 95 *Ferox*] Bello erat strenuus. Omnino; nam Thiestii filios omnes interfecit.
- 97 *Felicior*] Quam ego sum, supple. Cleopatrarum felicitatem miratur.
- 98 *Pro nullo pondere*] Id est, frustra.
- 99 *Nec me*] Vim orationis perinde accipe, ac si dixisset, Nam neque, &c.
- 100 *Vocata*] Id est, Quanquam fuerim vocata.
- 102 *Nominis addis onus*] Servitutem aggravas. Difficilius est enim eam in majori fortuna tolerare.
- 103 *Viri*] Mei Minetis, cujus sepeliendi in patriæ excidio non est data opportunitas.
- 107 *Junximus*] Inter oscula venera. Ita et apud Petronium.
- 108 *Cognita*] Nam per ea perierunt.

Si tibi nunc dicam: Fortissime, tu quoque jura,  
 Nulla tibi sine me gaudia facta: neges.  
 At Danai moerere putant. Tibi plectra moventur;  
 Te tenet in tepido mollis amica sinu.  
 Et si quis quaerat, quare pugnare recuses: 115  
 Pugna nocet; citharæ, voxque, Venusque juvant.  
 Tutius est jacuisse toro, tenuisse puellam,  
 Threiciam digitis increpuisse lyram,<sup>1</sup>  
 Quam manibus clypeos, et acutæ cuspidis hastam,  
 Et galeam pressa sustinuisse coma. 120  
 Sed tibi pro tutis insignia facta placebant;  
 Partaque bellando gloria dulcis erat.  
 An tantum, dum me caperes, fera bella probabas?  
 Cumque mea patria laus tua victa jacet?  
 Di melius: validoque, precor, vibrata lacerto 125  
 Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.

*huisse: velis me illudentem destituisse. Si jam dicam tibi: Fortissime, jura tu quoque, nullam voluptatem tibi evenisse sine me; recuses. At Græci arbitrantur te lugere. Tibi citharæ pulsantur. Tenera amica fovet te in calido gremio. Et si quis petat, quare nolis pugnare: certamen nocet; citharæ, et nox, et Venus placent. Tutius est stratum esse lecto, fovisse puellam, pulsasse lyram Thracium digitis, quam gestasse clypeos manibus, et hastam mucrone acuto, et cassidem capillos urgentem. At pro securis præclara facinora tibi grata erant, et gloria acquisita bellum gerendo erat suavis. An tantum tibi placebant bella atrociora, dum me caperes, et gloria tua prostrata est superata cum mea patria? Dii melius dent; et precor, ut hasta Pelias intorta forti tuo brachio transfigat latus Hectoreum. O Græci, mittite me;*

~~~~~

—112 Heins. conj. *pacta*, improbante Burmann.—113 Scr. *te flere*, quomodo Francius conjecerat.—115 Gu. 2. *quaerit*: P. *Si quis nunc quaerat*: Gu. 1. *Et quisquam quaerit*.—116 *voxque* Jun. et Venet. Ed. Vulgati habent *noxque*.—121 Gu. 3. *si tibi*. Heins. conj. *præ tutis*.—123 Quatuor Codd. Burmanno testante, *parabas*. Gu. 4. *bella placebunt*.—124 Scr. *tibi victa*, aliique vetus-

#### NOTÆ

- 109 *Mycenæum*] Agamemnonem, polamia, Achilles dormire consueverat.  
 110 *Neges*] Id est, Tu nolles jurare.  
 111 *Plectra*] Quibus pulsatur cithara: Tete musica cum amica oblectas.  
 112 *Amica*] Diomedam Phorbantis filiam intelligit, quacum, adenta Hippodamia, Achilles dormire consueverat.  
 113 *Pugna*] Pro Achille respondet Briseis, ut eadem opera ipsum accuset.  
 114 *Threiciam*] Propter Orpheum, qui in Thracia tantum lyra, ab Apolline patre seu Mercurio accepta, valuisse traditur, ut etiam cantus suavitate silvas et saxa moverit.

Mittite me, Danaï; dominum legata rogabo:

Multaque mandatis oscula mixta feram.

Plus ego quam Phoenix, plus quam facundus Ulixes,

Plus ego quam Teucri (credite) frater agam. 130

Est aliquid collum solitis tetigisse lacertis,

Præsentisque oculos admonuisse sui.

Sis licet immitis, Matrisque ferocior undis;

Ut taceam, lacrymis comminuere meis.

Nunc quoque (sic omnes Peleus pater impleat annos, 135

Sic eat auspiciis Pyrrhus in arma tuis)

*missa precabor dominum; et dabo multa oscula mixta mandatis. Ego plus faciam quam Phoenix, plus quam Ulysses disertus, (credite) plus quam frater Teucri. Est aliquid tetigisse collum brachiis assuetis, et admonuisse oculos sui præsentis. Quamvis sis asper, et truculentior undis matris tuæ, tametsi sileam, flecteris meis lacrymis. Nunc quoque (sic Peleus pater cumulet omnes annos, sic Pyrrhus arma in-*

~~~~~

tiores Edd.—125 *Li. librata*, probante Heins.—132 *Vulg. præsentisque oc. admon. sinu. P. cum aliis nonnullis, etiam Gu. 1. et 4. præsentisque. Idem P. admonuisse sinum; et supra ascriptum 'vel suis' pro diversa lectione. Præsentisque sinus unus V. Tres alii, teste Heins. cum Gu. 3. præsentisque sinu. Scr. prior, Præsentisque oculis admonuisse sinus. Heins. legit, Præsentisque oculis admonuisse sui, vel mei; nam præsentisque meis erat in altero Me.—*

#### NOTÆ

126 *Pelias*] Nomen Achillis hastæ proprium, a Pelio Thessaliæ monte, unde excisa ea dicitur; vel, ut aliis placet, a Peleo Achillis patre, qui ea potissimum valuit. Tantæ vero fuit magnitudinis ut Patroclus, cum cetera arma sumeret, hastam reliquerit.

127 *Mittite me*] Jam Danaos Hipodamia, ut se ad Achillem delegent, compellat: quæ quidem confidentia non leve est amoris sui testimonium.

128 *Mandatis*] A vobis Danaï accipitis, quæ ad Achillem perferam.

130 *Teucri frater*] Ajax est, qui unus fuit ex legatis ad Achillem.

131 *Est aliquid*] Immo magnam habere vim fatebitur quicumque semel amaverit.

132 *Præsentisque*] Alii habent *præsentisque oculos*, deinde *sinum*, et *sinu*, et *suis*. Unus Vaticanus *præ-*

*Delph. et Var. Clas.*

*sentisque sinus*: tres alii *præsentisque sinu*. Prior Scriverianus satis antiquus, *præsentisque oculis admonuisse sinus*. Ubi minima mutatione Heinsius pro *sinus, sui* legit: quanquam nihil ille repugnat, ut eam, quam etiam retinimus, et plures habent codices, lectionem approbemus, dum vulgatam, quæ certe, ut ille ait, inurbana est, rejiciamus.

133 *Undis*] Quæ nullius audiunt vota.

135 *Quoque*] Id est, Postquam tibi et iræ tuæ consulueris, tibi que ab Agamemnone satisfactum fuerit; consule etiam mihi miseræ.

*Sic omnes*] Obtestandi modus veteribus familiaris.

136 *Pyrrhus*] Achillis ex Deidamia filius, qui etiam Neoptolemus dictus est.

*In*] Melius quam *ad*, quod in vul-

*Ovid.*

F

- Respice sollicitam Briseida, fortis Achille;  
 Nec miseram lenta ferreus ure mora.  
 Aut, si versus amor tuus est in tædia nostri;  
 Quam sine te cogis vivere, coge mori. 140  
 Utque facis, coges; abiit corpusque colorque:  
 Sustinet hoc animæ spes tamen una tui.  
 Qua si destituor, repetam fratresque virumque;  
 Nec tibi magnificum fœmina iussa mori.  
 Cur autem jubeas? stricto pete corpora ferro: 145  
 Est mihi, qui fosso pectore sanguis eat.  
 Me petat ille tuus, qui, si Dea passa fuisset,  
 Ensis in Atridæ pectus iturus erat.  
 Ah potius serves nostram, tua munera, vitam:  
 Quod dederas hosti victor, amica rogo. 150  
 Perdere quos melius possis, Neptunia præbent  
 Pergama: materiam cædis ab hoste pete.

*duat tuis auspiciis) respice anxiam Hippodamiam, fortis Achille; nec durus torque miseram longa mora. Vel, si amor tuus mutatus est in tædia nostri, coge mori, quam cogis vivere sine te. Atque prout facis, coges. Corpus et color mihi perit. Spes tamen una tui tuetur hoc vitæ; qua si spoliior revisam et fratres et maritum; nec erit tibi gloriosum fœmina coacta mori. Cur vero cogas? Percute corpus meum nudato gladio. Habeo sanguinem, qui fluit pectore transfixo. Ille tuus gladius, qui perfodisset Agamemnonis pectus, si Pallas non prohibuisset, in me convertatur. Ah! potius tuearis nostram vitam, tua dona: peto a te amica, quod tu victor dederas mihi inimicæ. Troja Neptunia exhibet, quos justius queas interimere. Quære*

136 *ad arma multæ* Edd.—139 *Vulg. At si. Gruterus optime legit aut si. D. Heins.—142 Gu. 2. hæc animi: Gu. 4. hoc animi: quatuor libri animi spes t. u. mei.—143 destituor P. aliique nonnulli pro vulg. destituar.—144 Donza conj. Næ tibi, ut sit Ironia.—149 Ah potius P. et duo alii pro vulg. at*

## NOTÆ

gata lectione Heinsius notavit; majorem quia habet emphasim, animique ferocitatem probat.

141 *Corpusque*] Id est, ejus habitudo: Gall. *l'embonpoint*.

143 *Repetam*] Mortis beneficio scil.

145 *Cur autem jubeas*] Cum tu, scilicet, istud efficere possis.

147 *Dea*] Pallas, quæ, ut Homerus scribit, Achilli, cum stricto ense

in Agamemnonem ferretur, obstitit.

148 *Atridæ*] Agamemnonis, Atrei filii.

149 *Munera*] Quia victor illi eam adimere poterat. Vitam, munera, Appositio.

151 *Neptunia*] A Neptuno cum Apolline ædificata; quam fabulam supra vidimus.

152 *Materiam*] Id est, quos interficias.

Me modo, sive paras impellere remige classem,  
Sive manes, domini jure venire jube.

*materiam necis ab hoste. Tantummodo, sive cupias reducere classem remigibus, sive commoreris, impera pro jure domini me accedere.*

*potius.*—154 Quædam Edd. *more pro jure* habent. At P. cum tribus aliis *jure*. Heius, *mallet domino jure, vel more.*

## NOTE

153 *Impellere]* In patriam tuam redire.

## EPISTOLA IV.

## PHÆDRA HIPPOLYTO.

## ARGUMENTUM.

THESEUS Ægei filius, interemto Minotauro, Ariadnen Minois et Pasiphaës filiam, quam ob latam sibi opem ducturum se uxorem domum promiserat, simul cum Phædra sorore ejus navi impositam abduxit. Verum enim Bacchi admonitu in Naxo, sive, ut alii volunt, in Chio, Ariadne relicta, Phædræ duxit: quæ deinde, absente Theseo, in Hippolyti privigni, quem ex Hippolyte Amazone susceperat, amorem exarsit. Qui, cum cælibem amans vitam sese venando oblectaret, nec in ejus consuetudinem abduci posset, hac epistola amorem ei suum profitetur.

QUA, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem  
Mittit Amazonio Cressa puella viro.

Phædra, puella Cretensis, mittit Hippolyto, viro Amazonio, salutem, qua ipsa

1 *Quam nisi* Gu. 4. R. et duo alii Codd. *Quam nisi tu dederis, non est habi-*

## NOTE

2 *Amazonio]* Hippolyto, Hippolytes Amazonis filio. *Cressa]* Phædra; Minois Cretensium regis filia.

Perlege quodcumque est: quid epistola lecta nocebit?

Te quoque, in hac aliquid, quod juvet, esse potest.

His arcana notis terra pelagoque feruntur:

5

Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit

Lingua, ter in primo destitit ore sonus.

Qua licet et sequitur, pudor est miscendus amanti;

Dicere quæ puduit, scribere jussit Amor.

10

Quicquid Amor jussit, non est contemnere tutum:

Regnat, et in Dominos jus habet ille Deos.

Ille mihi primo dubitanti scribere, dixit:

Scribe, dabit victas ferreus ille manus.

*non fruetur, nisi tu obtuleris. Perlege quodcumque est. Quid epistola lecta oberit? Potest esse aliquid in hac, quod prosit quoque tibi. Quæ secreta sunt portantur terra et mari his signis: hostis legit literas acceptas ab hoste. Lingua mea ter conata tecum verba facere, ter constitit inutilis, ter vox restitit in extremis labiis. Quatenus fieri potest, et juvat, pudor est jungendus amanti. Amor imperavit scribere, quæ puduit me loqui. Non est cautum spernere, quicquid amor imperavit. Imperat, et ille jus habet in Dominos Deos. Ille dixit mihi incertæ, primo an scriberem,*

*tura, salutem.—5 arcana modis conj. Burmann. quia notas sequenti versu sine ulla specie elegantia repetatur.—8 Restitit ore L. quod præferunt Douza et Burm. rejicit Heins. Tres alii constitit.—12 Dominos scripti. In edit. Mycilli*

#### NOTE

3 *Quodcumque est*] Quia Hippolyti ingenium noverat, quem frustra alias illexerat, cujusque fastidia experta erat, cavet Phædra ne etiam epistolam suam legere ille dedignetur, cum primum quid sibi ea velit senserit. Neque vero immerito maximam adhibuit cautionem in scribenda epistola mulier impurissima: namque etiam satius fuerit cuivis eam non legisse, nisi alia omnia in ea quærat, quam quæ per eam quæsit Phædra.

4 *Potest*] Curiositatem acuit Hippolyti, ut inter legendum suppositis dolis capiatur.

5 *Notis*] Literis.

6 *Inspicit*] Ergo nulla potest esse ratio, cur ab epistolæ meæ lectione abstineas.

7 *Ter tecum*] Habet jam primum istud commiserationem, et ad favo-

rem conciliandum aptum est.

8 *Destitit*] Alii *restitit*, et *constitit*. Sed bene Heinsius nihil mutandum esse censuit, et exemplis probavit.

9 *Qua licet*] Id est, Quatenus licet, et amoris violentia patitur, cum eo verecundia jungenda est.

*Sequitur*] Conveniens est. Ita et Cicero. Optima vero ratione suum in scribendo consilium, hoc versu approbat.

10 *Amor*] In alium, Amorem scilicet, culpam suam rejicit.

11 *Non est*] A necessitate amorem suum excusat; sed vide mihi quæso, qua arte illud ante conetur, quam ipsum revelet. Ea plane methodo noxios servos Terentius noster in scenam inducit.

12 *Deos*] Qui Cupidinis etiam sentiunt sagittas.



- Adsit, et, ut nostras avido fovet igne medullas, 15  
 Figat sic animos in mea vota tuos.  
 Non ego nequitia socialia fœdera rumpam :  
 Fama (velim quæras) crimine nostra vacat.  
 Venit Amor gravius, quo serius: urimur intus,  
 Urimur; et cæcum pectora vulnus habent. 20  
 Scilicet ut teneros lædunt juga prima juvencos,  
 Frænaque vix patitur de grege captus equus :  
 Sic male vixque subit primos rude pectus amores ;  
 Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.  
 Ars fit, ut a teneris crimen condiscitur annis; 25  
 Quæ venit exacto tempore, pejus amat.

*Scribe, ille durus porriget manus victas. Utinam faveat, et quemadmodum ille incubat medullis nostris igne fervido, sic vertat mentem tuam in mea desideria. Ego non solvam levitate fœdera socialia. Fama nostra (opto ut inquiras) est intacta. Amor fit vehementior, quo tardior. Ardemus intus, ardemus; et cor habet profundum vulnus. Nimirum ut prima juga vulnerant juvencos teneros, et equus de grege prehensus, ægre tolerat fræna: ita cor inassuetum male et ægre patitur primos amores; et hoc onus non convenit animo meo. Ars succedit, cum crimen discitur a primis annis. Quæ amat, cum tempus præterit, amat iniquius. Tu*

et aliis est superos.—15-16 Francio verbum *figat* non videbatur respondere τῶν *fovet*, quare *refingebat vorat igne medullas, Urat sic, &c.* Burmannus pro *figat* mavult *frangat*.—19 Quidam libri *Urit Amor*.—20 Unus ex Heinsianis *tacitum p. vulnus h.*—21 Cod. *urunt juga*.—23 Brouckhusius maluit *primo r. p. amori*.—25 *ut a teneris* novem libri, teste Heinsio. Antiqua editio et cod. *P. ut a teneris crim. quom discitur annis*.—26 Heins. et Faber conj. *cui venit*; scil. amor; ut

## NOTE

13 *Ille*] Hippolytus. Succumbet; et quæ imperabis, faciet.

15 *Adsit*] Votum est, ut Amor sibi in demulcendo Hippolyto opem ferat.

*Foret*] Id est, Quemadmodum me amoris igne consumit Cupido, teque perdit amo.

16 *Figat*] Sagittis tuis vulneratum voluntati meæ subiciat.

17 *Nequitia*] Id est, libidinosa levitate.

*Fœdera*] Quæ tu mecum iniveris, supple.

18 *Vacat*] Impudicitiae nota nullus me hactenus infamavit.

19 *Serius*] Id est, Ætate provec-tiori.

20 *Cæcum*] Occultum; adeoque grave.

22 *Captus*] Id est, cum primum est captus e grege.

23 *Rude*] Quod antea amoris stimulos nullos senserat. Sensus est, se nimium et efflicti amare.

24 *Sedet*] Metaphora ab illis petita, qui onus grave portantes, illud modo in hunc modo in illum humerum rejiciunt.

25 *Ars fit*] Ex qua facilitas nascitur ad operandum, laborque minuitur.

*Crimen*] Amandi scil.

Tu nova servatæ capies libamina famæ,  
 Et pariter nostrum fiet uterque nocens.  
 Est aliquid, plenis pomaria carpere ramis,  
 Et tenui primam deligere ungue rosam. 30  
 Si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi,  
 Candor ab insolita labe notandus erat ;  
 At bene successit, digno quod adurimur igni :  
 Pejus adulterio turpis adulter abest.  
 Si mihi concedat Juno fratremque virumque, 35  
 Hippolytum videar præpositura Jovi :

*decerpes prima libamina famæ servatæ ; et uterque nostrum fiet pariter conscius. Aliquotenus juvat carpere pomaria plenis ramis, et colligere primam rosam ungue acuto. Si tamen illa innocentia prior, qua vixi sine crimine, erat maculanda culpa insueta ; at bene cecidit, quod ardemus præclaro amore : mæchus sordidus, qui est quid turpius adulterio, abest. Si Juno mihi daret et fratrem, et maritum suum,*



referatur ad *venit amor gravius*. Fr. *quod venit* ; forte pro *quoi*.—27 Plerique *carpes libam*. Gu. 1. *carpis*. In nonnullis est *capies* ; quod præfert Heins. quia *carpere* est sequenti disticho : nisi quis fortasse malit *rapies*, conj. eodem. Multi habent *libam. formæ*. Vetus ed. qua usus est Gruterus *flammæ*.—28 Gu. 3. *fat*.—31 Vulgati *sed tamen*. P. cum plerisque aliis, etiam Gu. 2. 3. et 4. *sic tamen* ; quod Scaliger et Douza probabant. Gu. 1. *et tamen*. Nonnulli *si tamen* ; quod placet Nauger. et Heins. ob sequentia *at bene successit, &c.*—34 *abest* est a libr. Scr. Vulg. *obest*.—36 *Videar* V. et F. Vulg. *videor*.—

#### NOTÆ

26 *Quæ venit*] Quæ mulier sero in amorem incidit, violentius et graviori cum pœna amat.

27 *Nova*] Prima.

*Libamina*] Id est, Quod primum ex fama mea, huc usque tam egregie servata, et hactenus inviolata, decerptum fuerit, habebis. Vel, Tu primus castitatis et pudicitiae famam (quam maritus non aufert) delibabis.

28 *Nocens*] Cum neque ego, præter maritum, hactenus quenquam amavero ; neque tu, puellam ullam attigeris : uterque, si me redamare velis, amoris crimine pariter tenebimur.

29 *Est aliquid*] Ad voluptatem confert.

*Carpere*] Id est, pomaria intrare ex quibus nullum adhuc pomum col-

lectum sit ; et ex ramis, fructibus plenis, primum florem et fructum auferre. Ad pudicitiam istud referendum. Verum cavesis, istæ te capiant nequitiae, et improvidum a mentis puritate seducant : iis enim vivimus, quæ cum voluptate cogitamus.

31 *Si tamen*] Secum communicat Phædra, et de eo, quod antea tetigit, crimine, amore scilicet, ratiocinatur : cumque seipsam consolatur, quod e re nata hand melius fieri poterit, tum inde laudando Hippolyto locum facit.

32 *Insolita*] Jam antea castitatis laude sese commendavit.

33 *Digno*] Id est, Quod juvenem amore dignum amamus.

34 *Pejus*] Hic est sensus : Quandoquidem necesse mihi fuit amare, et

Jam quoque (vix credas) ignotas nitor in artes;  
 Est mihi per sævas impetus ire feras:  
 Jam mihi prima Dea est, cornu præsignis adunco  
 Delia: judicium subsequor ipsa tuum. 40  
 In nemus ire libet, pressisque in retia cervis,  
 Hortari celeres per juga summa canes:  
 Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto,  
 Aut in graminea ponere corpus hūmo:

*videor antepositura Hippolytum Jovi. Jam quinque (vix possis fidem adhibere) sum propensa ad artes ignotas antea: percipio insequi feras crudeles. Jam Dea Delia, conspicua arcu recurvo, est mihi potissima: ego probo judicium tuum. Cupio in sylvas progredi, et cervis in casses concitatis, instigare canes veloces per ultima montium cacumina: aut jacere tremulum jaculum brachio fortiter moto; aut ster-*



37 *Credas* quinque libri, teste Heinsio, et Gu. 3. et 4. pro vulgato *credes*. Multi perperam *mittor in artes*. *Mutor* optimus P. Ar. et Gu. 1. quod placet Heins. et Heusing. Heinsius tamen etiam conj. *nitor*, quod in Me. et Fr. repertum probat Burm.—38 *Burmanno* non placet *per feras ire*, nec *sævas feras* probat. Quare conj. *per sylvas impetus ire feras*.—39 Gu. 2. et 4. hoc distichon proxime sequenti postponunt. Scriverianus liber et Guelferbytani omnes *arcu pr. adunco*.—40 *Subsequor* P. et Gu. 1. cum al. nonnullis. Vulgo *subsequar*.—41 *Pressisque* Puteanea excerpta et quinque libri Heins. cum Gu. 1.—42 *Quidam* codd. *Citari celeres*, alii *Sectari*, quod placet Heinsio.—46 *Sequa-*

## NOTÆ

adulterium committere, bene est, quod non dignum hominem non amavi, quod pejus esset ipso adulterio.

35 *Fratremque*] Jovem; qui Junonis est et frater et vir.

36 *Videar*] Id est, Credo quod præponerem Hippolytum Jovi.

37 *Ignotas*] De venatura loquitur, cui dedita antea non fuerat.

*Nitor in artes*] Vulg. *mutor in artes*. Venustissime, pro, vehementer amo.

38 *Est mihi*] Quia artis est amatoriæ, sese ei quem amamus facilem et indulgentem commodare, nostrosque ex ejus moribus mores instituerere; ideo Phædra sibi ad venationem, quam Hippolytus unice amabat, propensum animum esse dicit.

*Per sævas*] Plus est, quam si dixisset *in feras*.

39 *Prima*] Quia venationem, cui et indulget Hippolytus meus, ipsa amat.

*Præsignis*] Nam etiam arcu instructa pingitur.

*Adunco*] Enimvero in arcus extremitate, ubi nervus alligatur, cornua apponuntur recurva, ne is inter tendendum, per ejusdem extremitates exeat.

40 *Delia*] Diana; a Delo Insula, ubi, cum Apolline fratre, nata dicitur.

*Judicium*] Id est, Quandoquidem Dianam præsertim colendam tibi sumsisti, eandem quoque in venatione sequar.

41 *Pressisque*] In retia abactis.

43 *Excusso*] Inter vibraudum de more.

Sæpe juvat versare leves in pulvere currus, 45  
 Torquentem frænis ora sequacis equi :  
 Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ,  
 Quæque sub Idæo tympana colle movent :  
 Aut quas semideæ Dryades, Fauniquæ bicornes,  
 Numine contactas attonuere suo. 50  
 Namque mihi referunt, cum se furor ille remisit,  
 Omnia : me tacitam conscius urit Amor.  
 Forsitan hunc generis fato reddamus amorem ;  
 Et Venus e tota gente tributa petat.

*nere artus in terra herbosa. Sæpe libet mihi, flectenti frænis ora equi fugacis, agitare leves currus in pulvere. Nunc incedo ut Bacchi ministræ agitatae ejus furiis, et ut illæ quæ pulsant tympana sub monte Idæo ; aut quas semideæ Dryades et Fauni bicornes attonitas reddiderunt, affatas suo numine. Namque mihi omnia dicuntur, postquam furor ille sedatus est. Amor conscius consumit me tacitam. Forte hoc amore tenemur fato stirpis ; et Venus petit tributa e tota nostra*

cis P. et Scr. cum quatuor aliis. Vulgo *fugacis*.—47 Vulgo *Eleides*, vitiose et contra legem metricam. Guelferbytani *Eleleides*, uti legendum esse jam vidit Egnatius.—48 Pro *quæque* Mycillus reponi vult *quique*, ut de Gallis sacerdotibus intelligatur. Sed de iisdem fæmininum quoque accipiendum esse docet Heins.—51 Helmstadiensis *Jamque mihi*.—53 Gu. 3. et alii *reddemus*.

## NOTÆ

45 *Versare*] Currum et equos agitare et regere.

46 *Sequacis*] Sic posuit Heinsius, pro vulg. *fugacis*.

47 *Feror*] Amoris impatientia, huc illuc, Bacchantium more, non sine furore, discuro.

*Furiis*] Passim, ex Poëtarum scriptis, quis fuerit Baccharum furor, facile est ediscere. Ejus rei Pentheum et Lycurgum testes facit Horatius Carminum lib. 11. 19.

*Eleleides*] Bacchæ, Bacchi ministræ. Bacchus enim *Eleleus* a vociferatione, etymologia Græca, dictus est; quod cum strepitu et clamoribus ejus orgia, seu furialia sacra, celebrarent.

48 *Quæque*] Mulieres intellige, Cybeles, seu Deum matris, sacra, cum Gallis seu Corybantibus, ejus ministris, celebrantes.

*Idæo*] Ida mons fuit Phrygiæ, Creatæ etiam, ubi maximus fuit Cybeles cultus.

*Tympana*] Incondito tympanorum et fistularum sono, ac furiali ululatu, ut Bacchi, ita et Cybeles sacra peragebantur.

49 *Dryades*] Nymphæ, sylvarum præsides; eo nomine a quercu, originatione Græca, sic dictæ.

*Fauniquæ*] Faunos, Satyros, Sylvanos, et Silenos sæpe confundunt; eosque, cornutos et caprinis pedibus, agrorum et sylvarum Deos fecerunt Ethnici.

50 *Attonuere*] Attonitas et lymphaticas, seu furiosas, fecere. Creditum est enim ab antiquis, furore corripi eos qui Nympham aliquam vidissent.

51 *Referunt*] Qui me ita furentem conspexerunt, supple.

Jupiter Europen (prima est ea gentis origo) 55

Dilexit, tauro dissimulante Deum.

Pasiphaë mater, decepto subdita tauro,

Enixa est utero crimen onusque suo.

Perfidus Ægides, ducentia fila secutus,

Curva meæ fugit tecta sororis ope. 60

En ego nunc, ne forte parum Minoia credar,

In socias leges, ultima gentis, eo.

*progenie. Jupiter amavit Europen (ea est prima origo gentis,) tauro velante Deum. Pasiphaë, mea mater, subjecta tauro deluso emisit crimen et sarcinam ex ventre suo. Infidus Theseus, secutus fila illum regentia, se extricavit domo implicita auxilio meæ sororis. En ego nunc, ne forte dicar parum Minoia, venio postre-*

Franciscus conj. *debemus.*—54 Gu. 2. et 3. *petit*: alii *petet.*—55 *Europen* Sa. et Gu. 1. Vulg. *Europam.*—58 *suo* scripti plerique: alii *suum.*—60 *fregit tecta* alter Scr. *subiit tect.* V. A. et Ha. Pro *tecta* Ulitius inlavit *texta.*—61 *Quidam Minoia dicas*: alii *credas.* Duo etiam *Minoia*: unde Burmann. conj. *ne forte*

## NOTÆ

52 *Conscius*] Cujus ego sum conscia.

53 *Generis fato*] Gentis meæ fortunæ. Gall. *Peut-être est-ce par quelque fatalité attachée à notre maison, que.*

54 *Venus*] Fabula est, Venerem, cum Solis indicio in adulterio cum Marte esset deprehensa, quo eam injuriam ulcisceretur, tantam in omne genus Solis immisisse amoris impatientiam, ut nulla ex eo orta mulier castitatem servare potuerit.

55 *Europen*] Fuit Europa filia Agenoris, quam Jupiter, Rex Cretæ, navi, cujus insigne taurus erat, ex Phœnicia abreptam, avexit: unde datus est locus fabulæ. Refertur vero istud ad id, quod de sui generis fato dixit Phædra.

*Prima*] Ex Europa enim natus est Minos, Phædræ pater.

56 *Dissimulante*] Notior est de Jove in Taurum mutato fabula, quam ut hic de ea quicquam dicatur.

57 *Pasiphaë*] Solis filia, Minois uxor, Phædræ mater, quæ Pasiphaë

Tauri amore capta, ut eo potiretur, arte Dædali, vaccæ lignæ inclusa est. Ex quo Minotaurum peperit, monstrum media corporis parte hominem, reliqua Taurum referens.

*Decepto*] Dædali artificio, qui ei vaccam ligneam et Pasiphaën pro vera vacca subjecit.

58 *Crimen*] Minotaurum, criminis effectum et indicium.

59 *Perfidus*] Quia fidem Ariadnæ datam non servavit; sed eam in Naxo insula reliquit.

*Ægides*] Theseus, Ægei filius.

*Fila*] Quomodo Theseus sese ex Labyrintho extricaverit, filii ope, quod ex Ariadna acceperat, omnes Mythologi explicant.

60 *Curva*] Inextricabiles et irremediabiles Labyrinthi errores et vias periphrastice describit.

*Sororis*] *Ariadnes*, quæ filium Theseo dedit. Scopus vero Phædræ est, sororis exemplo, quæ ob Thesei amorem, patrem etiam prodidit, illud quod supra de Veneris in suam gentem vindicta proposuit confirmare.

Hoc quoque fatale est: placuit domus una duabus;  
 Me tua forma capit, capta parente soror.  
 Thesides Theseusque duas rapuere sorores: 65  
 Ponite de nostra bina tropæa domo.  
 Tempore, quo vobis inita est Cercalis Eleusin;  
 Gnosia me vellem detinuisset humus:  
 Tunc mihi præcipue (nec non tamen ante) placebas:  
 Acer in extremis ossibus hæsit amor. 70  
 Candida vestis erat, præcincti flore capilli;  
 Flava verecundus tinxerat ora rubor.

*ma in leges socias mei generis. Hoc quoque est fato constitutum: una domus arrisit duabus: pulchritudo tua me tenet, soror mea correpta est patre tuo. Thesides et Theseus ceperunt duas sorores. Erigite bina tropæa de nostra domo. Vellem Creta me habuisset tempore, quo Cercalis Eleusis intrata est vobis. Tunc (et tamen ante mihi placebas) vehemens amor sedit in meis ossibus intimis. Vestis tua erat alba, coma sertis redimita; rubor pudicus pinxerat ora flava. Et species*

*parum Minoïda credas.—62 In solitas unus Heins.—67 Quo vobis duo libri Heins. et Gu. 4. idque recepit Heins. ut sequenti versui melius hæc respondeant. Vulgo nobis. Pro inita perperam libri nonnulli visa vel nota. Vulgo Eleusis. Sed in Prosodia admodum vetusto caractere exarata, tempore Caroli M. facta, apud Patres Societatis Jesu Lovanienses legebatur Eleusin, quod rectum esse, multis locis astruxit Heins. Eleusin etiam codex Helmst.—71 Præcincti fronte Helmstad.—72 Pinxerat ora conj. Heinsius.—73 Vo-*

## NOTE

61 *Parum Minoïa*] Id est, Ex alia, quam ex Minoïis gente, quæ, fato, amori dedita est.

62 *Socias*] Nobis omnibus communis, ut amore teneamur.

*Ultima*] De Europa loquens dixit, *prima*. Ergo a prima ad ultimam, omnes ex Minoïis gente amori deditæ, ut ex amore procreatæ, fuerunt.

63 *Una*] Tua, scilicet, Hippolyte.

64 *Parente*] Tuo, Theseo.

*Soror*] Mea, Ariadne.

65 *Thesides*] Hippolytus, Thesei filius.

66 *Tropæa*] Monumenta victoriæ.

67 *Cercalis*] Ubi Cereris mystica sacra primum instituta sunt.

*Eleusin*] Eleusin, sive Eleusis, urbs

est Atticæ, non procul ab urbe Athenis, ad occasum; ex qua Ceres etiam cognominata.

68 *Gnosia*] Creta Insula, ubi urbs Gnosus vel Gnosus celeberrima, Minoïis Regia.

*Vellem detinuisset*] Quia te non vidissem, nec amore flagrarem.

69 *Tunc*] Cum te in Cereris sacris vidi.

70 *Extremis*] Intimis.

71 *Flore*] Corona ex floribus. Habitatum describit Phædra, quo sibi tantopere placuerat Hippolytus.

72 *Flava*] Quæ naturaliter flava sunt, seu alba cum minimo rubore.

*Verecundus*] Verecundiam et pudorem indicans.

Quemque vocant aliæ vultum rigidumque trucemque,  
 Pro rigido, Phædra iudice, fortis erat.  
 Sint procul a nobis juvenes, ut fœmina, comiti : 75  
 Fine coli modico forma virilis amat.  
 Te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,  
 Et levis egregio pulvis in ore decet :  
 Sive ferocis equi luctantia colla recurvas ;  
 Exiguo flexos miror in orbe pedes : 80  
 Seu vastum valido torques hastile lacerto ;  
 Ora ferox in se versa lacertus habet :  
 Sive tenes lato venabula cornea ferro :  
 Denique, nostra juvat lumina, quicquid agas.

*tua quam aliæ appellant agrestem et truculentam, pro agresti erat strenua, ex sententia Phædræ. Juvenes ornati, fœminarum more, sint procul a nobis. Elegancia virilis vultu ornari modice. Tua ista severitas vultus, et coma comita sine arte, et pauculus pulvis in ore pulcherrimo te decet. Sive flectis colla repugnantia equi indomiti; miror pedes reductos in parvo circulo. Sive vibras gravem hastam potenti brachio; brachium validum habet vultum meum conversum in se. Sive tracas venabula cornea amplo ferro: denique quicquid facias, illud placet nostris*

*cent malit Heins.—79 Duo exemplaria fugacis equi: alii colla retorques. Priscæ editt. et scripti codd. in his Guelferbytani et Helmst. recurvas, quod præfert Heins. quia torques mox sequitur.—81 Seu lentum Guelferbytani cum aliis. Vastum sat multi, unde Heinsius conj. Sive actum valido, aut Seu quassum, nisi quis malit jactum, conj. eodem. Pro valido Ambrosianus rigido.—84 Ha. denique, quicquid agis, lumina nostra juvat. Heusing. e Gu. 1. scribit nostra*

## NOTÆ

73 *Quemque*] Tuum, scilicet.  
*Aliæ*] Puellæ, quæ necum in te oculos convertunt.

*Rigidum*] Rude, inhumain et sauvage.

75 *Sint procul*] Id est, Non amo.

76 *Fine modico*] Illud est quod Gall. dicimus: *A certain degré: A certaine mesure.*

77 *Te tuus iste rigor*] Mitius exponendus est hic *rigor*, cum dicit Phædra, 'Tuus iste rigor,' quam supra *rigidus*, Gall. diceremus, *Cet air de fierté que vous avez.*

78 *Levis*] Qualis est, qui per corporis exercitium ex terra excitatur, deinde in vestes vultumque residit: quem molles et delicatuli adolescen-

tes, ut fœminæ, curiose vitant, viri sine affectatione abstergunt.

79 *Recurvas*] Fræno, scil. non sine peritia. Dicit Phædra sibi Hippolytum quocumque fuerit statu et habitu placere.

80 *In orbe*] In parvo terræ spatio. Est vero periti sessoris eo modo equum in gyrum dextrorsum et sinistrorsum versare.

*Pedes*] Equi, scilicet, quem tu maxima arte flectis.

81 *Vastum*] Lentum Malo, quod ponderosum interpretor, quodque ideo curvatur.

82 *Ora*] Mea, scil. nam me in admirationem rapis, quicquid agas.

- Tu modo duritiem sylvis depone jugosis ; 85  
 Non sum materia digna perire tua.  
 Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ,  
 Et Veneri numeros eripuisse suos ?  
 Quod caret alterna requie, durable non est ;  
 Hæc reparat vires, fessaque membra novat. 90  
 Arcus (et arma tuæ tibi sunt imitanda Dianæ,)  
 Si nunquam cesses tendere, mollis erit.  
 Clarus erat sylvis Cephalus, multæque per herbam  
 Conciderant, illo percutiente, feræ :  
 Nec tamen Auroræ male se præbebat amandum. 95  
 Ibat ad hunc sapiens a sene Diva viro.

*oculis. Tu omitte tantum duritiem in sylvis montosis: non sum digna mori causa tua. Quid prodest incumbere studiis Dianæ succinctæ, et sustulisse Veneri vices suas? Quod destituitur quiete alterna, non est durable. Hæc reficit vires, et restituit artus lassos. Arcus (tuque debes imitari arma tuæ Dianæ) fiet laxus, si nunquam desinas intendere. Cephalus erat celebris sylvis, et multæ feræ procubuerant in herbam, illo feriente. Neque tamen exhibebat se male amandum Auroræ.*



*juv. lumina: et e Gu. 2. 3. et 4. quicquid agis.—86 Tanaquillus Faber conj. non sum duritia: Burmann. vult nam sum mat.—87 Gu. 3. studium.—90 novat potiores scripti: alii levat.—91 Vulg. Arcus et arma tuæ tibi sint imit. Dian. Scripti nonnulli sunt. Heins. scribit et distinguit Arcus (ut arma tuæ t. sint imit. Dianæ) Si nunquam, &c.—92 Gu. 4. cessas.—93 per herbam duo libri ex melioribus: vulg. per herbas.—94 Alter Mor. inciderant: unus Heins. ceciderant. L. deciderant.—96 Fr. et Scr. et quinque alii de sene; ut 'de conspectu*

#### NOTÆ

*Lacertus]* Tuus, dum tu hostile torques.

83 *Lato]* Id est, latum ferrum habentia.

*Cornea]* Ex corno arbore dura, et ad venabula aptissima.

85 *Duritiem]* Id est, Fac, ut ex sylvis redeas mei amoris plenus.

86 *Materia]* Causa.

87 *Incinctæ]* Id est, quæ vestis sinus habet collectos, ut ad venationem sit expeditior.

*Studia]* Venationem. Nam Diana, Venationis Dea, ejus fuit maxime studiosa.

88 *Numeros]* Id est, Ea, quæ Veneri suo loco et ordine conveniunt.

Frequens est Gallice hæc locutio.

89 *Alterna]* Eo nomine appellatur quæ sibi invicem succedunt.

90 *Hæc]* Requies, scilicet, membra reficit.

91 *Imitanda]* Id est, oportet, ut corpus et animum relaxes; sicut et arcus relaxantur, ne vis eorum assidua contentione infringatur.

93 *Cephalus]* Celeberrimus ille Procris maritus, ab Aurora adamatus; qui etiam venator fuit.

95 *Præbebat]* Non eum dicit Auroram amasse, quod esset contra historiam; sed tantum ab iis omnibus non fuisse aversum quæ amorem spectant. Atque hic locus ad Phædrum



Sæpe sub ilicibus Venerem, Cinyraque creatum,  
 Sustinuit positos quælibet herba duos.  
 Arsit et CEnides in Mænalia Atalanta :  
 Illa feræ spoliū, pignus amoris, habet. 100  
 Nos quoque jam primum turba numeremur in ista.  
 Si Venerem tollas, rustica sylva tua est.  
 Ipsa comes veniam : nec me salebrosa movebunt  
 Saxa, nec obliquo dente timendus aper.  
 Æquora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon, 105  
 Et tenuis tellus audit utrumque mare.

*Diva sapiens ibat a sene marito ad hunc. Sæpe quodvis gramen duos habuit, Venerem et filium Cinyræ, stratos sub quercubus. Etiam Meleager perditæ amavit Atalantam Arcadicam; illa habet exuvias apri in pignus amoris. Nos quoque recenseamur jam primum in ista copia amantium. Si removeas Venerem, sylva tua est agrestis. Ego te comitabor; nec cautes asperæ me retinebunt, nec aper metuendus dente obliquo. Duo maria obstrepunt Isthmo suis undis, et terra parva*

fugere' apud Phædrum, notante Burmann.—98 Heins. conj. *quamlibet herba.*—101 Francius malebat *quam primum.*—103 *Salebrosa* Palatinus, unus Mediceus, et editt. prisca. Guelferbytani cum aliis *latebrosa.*—106 Slichtenhorstius ex Metamorph. vi. 419. conj. *claudit utrumque.* Duo scripti teste

## NOTÆ

Auroræ exemplo excusandam erat maxime idoneus.

96 *Sapiens*] Quæ maritum senem Cephalo juveni et eleganti postposuit.

*Diva*] Aurora.

*Viro*] Tithono, scilicet, Laomedon-tis filio, et Priami fratre.

97 *Cinyraque*] Adonis est, Cinyra Cypriorum rege et Myrrha ejus filia genitus, quem præsertim Venus amavit.

98 *Herba*] Id est, super herba suis amoribus indulserunt.

99 *CEnides*] Meleager; de quo supra, in Briseidis Epistola.

*Mænalia*] Arcadica, a Mænalo, altissimo Arcadiæ monte.

100 *Feræ*] Apri Calidonii; de quo etiam epistola tertia.

*Pignus*] Quia eo Meleagri amor comprobatus est.

101 *Nos*] Tu et ego.

*Turba*] Ne tam quidem turba: sed ubi rerum testimonia desunt, verbis opus est sententiam suam saltem fulcire.

*Numeremur*] Mutuo amore teneamur, sicut et alii, qui venatione suæ delectati.

102 *Rustica*] Quæ nihil habeat pulchri aut jucundi.

103 *Veniam*] Si, scilicet, velis amare me.

*Movebunt*] A proposito tecum venandi abducent.

104 *Obliquo*] Vel quia curvus est, vel quia oblique ab apro impingitur.

105 *Æquora*] Isthmum Corinthiacum describit.

106 *Tenuis*] Omnino, siquidem Isthmus nihil aliud est, quam terræ exiguum, ita inter duo maria coarctatum, ut vix impediatur, ne Chersonesus insula fiat.

Hic tecum Trœzena colam, Pittheia regna ;

Jam nunc est patria gratior illa mea.

Tempore abest, aberitque diu Neptunius heros ;

Illum Pirithoi detinet ora sui.

110

Præposuit Theseus (nisi si manifesta negamus)

Pirithoum Phædræ, Pirithoumque tibi.

Sola nec hæc nobis injuria venit ab illo ;

In magnis læsi rebus uterque sumus.

Ossa mei fratris clava perfracta trinodi

115

Sparsit humi ; soror est præda relicta feris.

*audit bina maria. Celebrabo hic tecum Trœzena, regna Pittheia: jam nunc illa jucundior est patria mea. Theseus abest ab aliquo tempore, et aberit diu; regio Pirithoi sui illum retinet. Theseus (nisi negare velimus ea quæ aperta sunt) pluris fecit Pirithoum, quam Phædræ et te. Nec illa una injuria nobis est orta ab illo: uterque sumus offensi in magnis rebus. Per terram disjecit ossa mei fratris perfracta clava trinodi: soror est deserta in prædam feris. Mater te genuit,*



Burm. et Gu. 4. *ambit utrumque.* Burm. conj. *audit utrumque.*—108 *Gratior* e Puteaneo et aliis nonnullis recepit Burm. pro vulg. *charior*, quocum illud sæpe permutarunt librarii.—109 *Absitque diu* conj. Heinsius, quomodo videntes et bonum augurium captantes loquebantur.—111 *Nisi si manifesta negamus* emendavit Heins. e P. et F. qui habent *nisi manifesto negamus*. Vulgo legitur *nisi nos manifesta negemus*, quod etiam in Guelferbytanis. Potiores scripti *negamus*.—113 Vulgo legitur *Nec sola hæc ad nos, vel Sola nec hæc ad nos*, ut Gu. 1. et 2. Barberinus et alter L. Soc. Jesu *Sola nec hæc nobis injuria*, quod probat Heius, quia hæc constructio τὸν venire solennis Ovidio.—

#### NOTE

*Audit*] Id est, sita est inter utrumque mare. Audacia est tropi, qua rei inanimatæ, quod animatorum est, tribuit.

107 *Hic*] Ubi tu esse, et venari amas.

*Trœzena*] Trœzen, seu Trœzena, urbs est Argolidis in Peloponneso, ab Isthmo Corinthiaco, ad ortum. .

*Pittheia*] Ubi Pittheus pater Æthræ, quam Theseus matrem habuit, regnavit.

109 *Tempore*] Jam ab aliquo tempore: nisi mavis, opportune, ut aliis placuit.

*Neptunius*] Theseus, cujus pater Ægeus, Ægei Neptunus.

110 *Pirithoi*] Quem jam supra The-

seo amicitia conjunctissimum fuisse vidimus.

*Ora*] Regio quam Pirithous incoluit, Thessalia, scilicet circa Peneum amnem, ubi potentatum Ixionem Pirithoi patrem tenuisse, scribit Diodorus. Ora vero, seu regio, posita est pro Pirithoo incola.

111 *Præposuit*] Quandoquidem nos hic reliquit, et ad Pirithoum suum non modo ivit, sed et ibi semper comoratur. Thesei vero, quam causatur, negligentia, et injuriis, Hippolytum ad patris contentum Phædra et sui amore conatur perducere.

115 *Fratris*] Minotauri.

*Clava*] Qua, sicut et Hercules, in memoriam victoriæ quam de latrone

Prima securigeras inter virtute puellas

Te peperit, nati digna vigore parens.

Si quæras, ubi sit; Theseus latus ense peregit:

Nec tanto mater pignore tuta fuit.

120

At ne nupta quidem, tædaque accepta jugali.

Cur? nisi ne caperes regna paterna nothus.

Addidit et fratres ex me tibi; quos tamen omnes

Non ego tollendi causa, sed ille fuit.

O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,

125

In medio nisu viscera rupta forent!

*virtute præcipua inter Amazonas, digna virtute filii. Si petas ubi sit; Theseus transfodit latus gladio: nec mater fuit secuta tanto filio. At nec fuit quidem desponsata, nec admissa face jugali. Quomobrem nisi, ne spurius regna paterna consequeris. Adjunxit etiam tibi fratres ex me; quos tamen omnes ego non fui causa educandi, sed ille. O utinam, pulcherrime rerum, præcordia tibi obfutura*

118 te genuit Gu. 3. Omnes scripti, teste Heins. *digna vigore*: sic etiam omnes Gu. Helmstadiensis tamen *favore*.—121 ne Fr. omnes Gu. alique, et vetustæ edd. aliquot. Vulg. *at nec nupta*.—124 ipse fuit Helmst. Francius

#### NOTÆ

quodam reportavit, teli loco Theseus usus est.

116 *Relicta*] Jam supra diximus Ariadnen in insula Naxo a Theseo relictam.

117 *Prima*] Nunc ad injurias descendit a Theseo Hippolyto illatas: et ut major prima videatur, quæ ejus matrem affixit, eam ante omnia laudat.

*Securigeras*] Amazones, quibus arma fuerunt præcipue secures.

118 *Parens*] Hippolyte, mater tua.

119 *Theseus*] Alii contra scribunt, ab Amazone quadam eam interfecit, cum a Thesei partibus staret; bello quod ille adversus Amazonas gessit.

*Latus*] Invidiose vox ista posita est, et facti atrocitatem auget.

120 *Tanto*] Te, scilicet. Multa autem solent uxoribus condonare mariti, liberorum causa.

121 *Ne nupta*] Altera est Thesei

injuria, quod Hippolyti matrem uxorem non duxerit, ut is nothus esset, nec hæreditarium regnum adiret.

*Tædaque*] Antea, in Phyllidis epistola, quædam ea de re annotavimus.

122 *Cur*] Non duxit, scil. Hippolyten uxorem?

123 *Fratres*] Unum antea, Demophoonta nempe, vidimus. Qui vero patres liberos suos valde amant, neque illis novercas, neque, ex iis, alios fratres quærunt.

124 *Tollendi*] Educandi. Quæ vero fuerit priscorum temporum in infantibus crudelitas, quibus quidem temporibus, patres, pro libitu, recens natos, vel humo tollendos, deinde et nutriendos, vel mactandos, aut exponendos jubebant, fabulæ et Historiæ prædicant.

126 *Viscera*] Hubertinus, qui certe maximam et inprimis laudabilem operam in Ovidio explanando collocavit, Phædræ sibi ipsi hoc in loco

I nunc, sic meriti lectum reverere parentis ;  
 Quem fugit, et factis abdicat ille suis.  
 Nec, quia privigno videar coitura noverca,  
 Terruerint animos nomina vana tuos :  
 Ista vetus pietas, ævo moritura futuro,  
 Rustica Saturno regna tenente, fuit.  
 Jupiter esse pium statuit, quodcumque juvaret ;  
 Et fas omne facit fratre marita soror.

130

*fracta essent in medio partu! Ito nunc, ito, et reverere torum patris meriti; tu quem fugit, et rejicit actis suis. Nec nomina vana metum incusserint tuæ menti, quoniam videar noverca ventura ad privignum. Fuit ista antiqua pietas, dum Saturnus potiretur regno rudi, quæ periret sæculo futuro. Jupiter sanxit pium esse, quodcumque prodesset: et Juno soror conjux Jovi fratri facit omne fas esse. Illa*

~~~~~

malebat sed ille, fui.—126 *nisu* P. et alii meliores: vulg. *nixu*.—127 Gu. 4. cum aliis scriptis et editis antiquis, *I nunc, et meriti*. Nonnulli scripti, *immeriti*, ut Gu. 2. et 3. vel *emeriti*. Gu. 1. *si meriti*; unde Heins. legit, *i nunc, i meriti*. Excerpta Jureti et Helmstad. *sic meriti*; quod in Fr. etiam excerptis repertum præfert Burnian. ut elegantius. Gu. 2. 3. et 4. *vercare parentis*.—128 Heins. malebat *abdicat ipse*, quod est in Gu. 1.—130 Jun. *animum tuum*.—132 Post hunc versum in nonnullis codd. inseritur distichon spurium: *Saturnus perit, perierunt et sua jura. Sub Jove nunc mundus: jussa Jovis sequere, vel jussa tuere Jovis*. In Palat. ita legitur: *Sub Jove mundus adest, jura Jovis sequere*.—134 Slichtenhorstius ob insolentiam construction. conj. *fratris amica soror*. Sed vulgatam lectionem defendit Burm. loco Horatii Od. III. 5. ‘Milesne Crassi conjuge barbara Turpis

## NOTE

male precatam esse, et mortem optasse, putavit. Nihilominus tamen crederem potius per viscera intelligendos esse pueros, quos in ipso partu mallet suffocasse, quam ut Hippolyto nocerent.

127 *I nunc*] Irrisio est. Arbitratur Phædra se plura, quam sit opus, congressisse, ut omnem patris reverentiam ex Hippolyti pectore eradicaret.

*Meriti*] Immeritum contra intelligit.

128 *Quem*] Hippolytum intellige, quem fugisse et factis exhæredasse Theseum patrem Phædra contendit.

129 *Privigno*] Tibi, scil. Gall. *Beau fils*.

130 *Nomina*] Privignus et Noverca.

131 *Ista*] Contemptum habet istud pronomem.

*Vetus*] Adeoque contemnenda et doponenda.

132 *Rustica*] In quibus neque cognitio, neque virtus, sed crassa modo rusticitas locum habuit.

*Saturno*] Saturnus Cæli et Terræ filius, Jovis pater.

133 *Jupiter*] Qui nunc, patre de solio deturbato, mundi tenet moderamina.

134 *Fratre*] Pro fratri; Jovi scilicet, qui Junonis frater est. Dicit, Jovem omnia in amore licita fecisse, qui Junonem sororem in uxorem ac-

Illa coit firma generis junctura catena, 135  
 Imposuit nodos cui Venus ipsa suos :  
 Nec labor est ; celare licet : pete munus ab illa :  
 Cognato poterit nomine culpa tegi.  
 Viderit amplexos aliquis ; laudabimur ambo :  
 Dicar privigno fida noverca meo. 140  
 Non tibi per tenebras dabitur reseranda mariti  
 Janua, non custos decipiendus erit.  
 Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit ;  
 Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.  
 Tutus eris mecum, laudemque merebere culpa ; 145  
 Tu licet in lecto conspiciare meo.

*fit conjunctio generis firma catena, cui Venus ipsa addidit nodos suos. Nec difficile est tegere, conceditur ; posce munus ab illa : crimen poterit velari nomine affini. Aspexerit nos conjunctos aliquis ? ambo laudabimur : vocabor noverca indulgens privigno meo. Ostium mariti ferocis non erit tibi aperiendum de nocte, custos non erit fallendus. Quemadmodum domus una nos duos habuit, domus una habebit : ferebas oscula coram omnibus, feres coram omnibus. Eris securus mecum, et facies laudem tuam crimine ; quamvis videaris in lecto meo. Remove tantum moras,*

*maritus vixit.—137 Heins. scribit Non labor, et celare licet, ut τὸ est snbintelligatur.—139 Amplexos est e Puteaneo. Reliqui amplexus.—141 Dabitur reseranda cod. Junianus. Vulgo duri res. mar.—142 Non custos meliores, in his*

## NOTÆ

ceperit.

135 *Illam*] Scopus est, omnem consanguinitatis proximitatem præ Veneris necessitudine aspernari ; quasi hæc sola conjunctio dici mereatur. Atque id facit Phædra, ut omnem scrupulum ex Hippolyti animo, circa violandum paternum lectum, amoveat. Quod quidem cujus sit generis nemo non videbit.

*Coit*] Est vera et firma, non ut imaginariæ et simulatæ illæ sanguinis juncturæ. *Il faut appeler alliance.*

137 *Celare*] Amores nostros, scilicet.

*Licet*] Facile est.

*Munus*] Celandi amores nostros, scilicet.

*Illam*] Venere, quæ amorem alium  
*Delph. et Var. Clas.*

pro alio ostendat. Clarius istud postmodum dicetur.

138 *Cognato*] Nomine quo cognati appellantur. Tota res manifesta fiet, duobus versibus proxime sequentibus.

*Culpa*] Amor noster.

140 *Dicar*] Qui nos viderit amplexos, dicet illud ex caritate et pietate, non amore impuro, procedere.

141 *Non tibi*] A facilitate Hippolytum nititur in sententiam suam adducere.

143 *Ut tenuit*] Quando alias mecum fuisti in domo patris tui.

*Tenebit*] Nec quicquam in eo erit suspectum.

144 *Aperta*] Coram omnibus.

*Ovid.*

G

Tolle moras tantum, properataque fœdera junge :

Qui mihi nunc sævit, sic tibi parcat Amor.

Non ego dedignor supplex humilisque precari.

Heu ! ubi nunc fastus, altaque verba, jacent ?

150

Et pugnare diu, nec me submittere culpæ

Certa fui : certi si quid haberet Amor.

Victa precor, genibusque tuis regalia tendo

Brachia : quid deceat, non videt ullus amans.

Depuduit, profugusque pudor sua signa relinquit.

155

Da veniam fassæ, duraque corda doma.

*et nocte accelerata fœdera. Sic Amor, qui mihi est crudelis, tibi sit propitius. Ego non refugio orare supplex et humilis. Heu ! ubi nunc superbia ! Ne dum illa adsunt verba magnifica ? Et diu constitui resistere, nec me tradere crimini ; si Amor haberet aliquid constituti. Victa oro, et porrigo brachia regalia ad tua genua. Nullus amans cernit quid deceat. Depuduit ; et pudor exul deseruit sua signa. Ignosce contenti, et vince tuum cor durum. Quid mihi prodest, quod pater sit*

Gu. 1. alii *nec custos*.—147 Gu. 4. *Tolle moras, oro*, in membrana Scriver. et Heins. erat *sociataque fœdera* pro varia lectione. Barberin. Basil. et Gu. 1. *properataque gaudia*, quod placet Heinsio. Burmannus, si quid mutandum, conj. *sperataque gaudia junge*.—150 Libri nonnulli *Heu mihi nunc*. Excerpta Puteani *Hei mihi*, unde Heins. conj. *Hei mihi ! quam fastus*. Alter Moreti mendose *Heu ! ubi nunc flatuit*, ubi forte reponendum putat Heins. *status*, sicut *tumidi status* occurrunt Art. Am. 715. et apud alios, pœtas præsertim.—151 Heinsius mallet, si per libros veteres liceret, *Pugnarique diu, nec*.—155 Heins. vel *invitis* libris scribendum censet *profugusque rubor*, quod ipsi concinnius videtur. *relinquit* Puteaneus et alii ex melioribus : vulgo

## NOTE

145 *Tutus*] Ab omni infamia, scil. *Laudemque*] Quia omnes, qui te videbunt, ex legitimo filii erga matrem affectu tuas blanditias venire arbitrabuntur.

147 *Fœdera*] Amoris improba ; scil. de quibus locuta est.

*Junge*] Veni cito et properanter, ut Amoris jungamur fœdera.

148 *Sic tibi parcat*] Id est, Ita tibi parcat ut tu cito venies ; vel potius, Ne tibi parcat, ut nec mihi pepercit Amor : sævitia sua te horsum adigat.

149 *Ego*] Nunc in se ipsam reflectitur ; dumque videtur sola secum agere, eo maxime Cupidinis arcus contra Hippolytum intendit, Amo-

remque non contemnendum suadet. *Ego* vero, pronomen, magnam habet emphasim, quasi diceret, Ego Jovis et Solis neptis, quæ antea quosvis solebam spernere, jam supplex, &c.

150 *Ubi nunc*] Conqueritur, quod omnia Amor in ipsa depresserit et proculcaverit.

152 *Certa fui*] Prorsus decreveram Amori resistere.

155 *Depuduit*] Pudorem omnem abjeci.

*Relinquit*] Virtutem et honestatem, cujus est custos quandoque, deserit. Metaphora sumpta a militibus.

156 *Fassæ*] Mihi, quæ amorem meum sum tibi confessa, parce.

Quo mihi, quod genitor, qui possidet æquora, Minos?  
 Quod veniant proavi fulmina torta manu?  
 Quod sit avus, radiis frontem vallatus acutis,  
 Purpureo tepidum qui movet axe diem? 160  
 Nobilitas sub Amore jacet: miserere priorum;  
 Et, mihi si non vis parcere, parce meis.  
 Est mihi dotalis tellus, Jovis insula, Crete;  
 Serviat Hippolyto regia tota meo.  
 Flecte feros animos. Potuit corrumpere taurum 165  
 Mater: eris tauro sævior ipse truci?

*Minos, qui obtinet maria? quod fulmina vibrata torqueantur manu proavi? quod avus, qui curru purpureo diem calidum reducit, habet frontem circumdatam radiis acutis? Nobilitas sub amore prostrata est. Miserere majorum; et ignosce meis, si nolis mihi ignoscere. Creta, insula Jovis, terra est mihi in dotem: regia tota pareat meo Hippolyto. Frange ferociam animi. Mater potuit movere taurum.*

*reliquit.*—157 Vulgo legitur *Quod mihi sit genitor*, uti in Putean. et aliis nonnullis. Quidam codd. et in his Gu. 3. *Quid mihi si gen.* Gu. 1. 2. 4. cum Helmst. *Quid mihi sit gen.* Quinque libri teste Heins. *Quid mihi quod*, atque ita legendum censet Mycillus, aut certe *Quo mihi, quod gen.* perinde ut Horat. dixit: *Quo mihi fortunæ, si non conceditur uti?* Mentelianus *Quid tibi quod g.* Dan. Heinsius vult *Quo mihi, si gen.* probante Nicolao, qui tamen et conj. *Quo mihi, quod gen.*—158 Helmstad. *veniunt.* Francof. a manu prima eleganter *proava fulm. missa manu.*—159 Gu. 2. et 4. cum quatuor aliis *frontem velatus.* Gn. 3. *frontem radiis velatus.*—160 Me. pro diversa lectione *qui rehit.*—163 *Natalis tellus* forte legendum, ideoque sequentem versum pro voto potius quam promissione capiendum, et in parenthesi ponendum esse, conjicit Burmann.—165 Sa. Gu. 2. et 3. *flecte ferox.* Hoc distichon Ovidianæ

## NOTE

*Dura*] Tua, scil. atque ad amorem flecte.

157 *Quo mihi*] Quid mihi prodest?  
*Genitor*] Sit mihi, supple.

*Æquora*] Quia Rex Cretæ, enjus late imperium per mare valuit.

158 *Proavi*] Jovis, scil. qui Phædræ ex parte matris proavus fuit, quandoquidem ipsa filia fuit Pasiphaës, Pasiphaë Solis, Jovem vero patrem Sol habuit. Sed ex parte patris Minois Jupiter Phædræ tantum avus fuit.

159 *Vallatus*] Pingitur et Sol idem eo modo radiis circumdatus.

161 *Nobilitas*] Mea, scil.

*Priorum*] Majorum meorum, ne coacta divitie tua turpi amoris exitu gentis decus violem.

163 *Est mihi*] Oratorie istud dicitur. Quo enim jure sola paternum regnum obtinisset?

*Jovis*] Ubi et ille natus et educatus est.

*Crete*] Nobilissima Mediterranei insula. *Candie.*

165 *Feros*] Amori resistentes.

*Corrumpere*] Ad amorem sui perducere.

*Taurum*] Quando ipsa Pasiphaë sese in vacca lignea, a Dædalo fabricata, occultavit.

Per Venerem parcas, oro, quæ plurima mecum est :

Sic nunquam, quæ te spernere possit, ames.

Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit,

Sylvaque perdendas præbeat alta feras. 170

Sic faveat Satyri, montanaque numina Panes ;

Et cadat adversa cuspide fossus aper.

Sic tibi dent Nymphæ (quamvis odisse puellas

Diceris) arentem quæ levet unda sitim.

Addimus his lacrymas precibus quoque: verba precantis 175

Perlegis ; at lacrymas finge videre meas.

*Frisne ipse crudelior tauro feroci? Per Venerem, quæ est plurima mecum, precor te, ut mihi ignoscas: sic nunquam diligas, quæ possit te contemnere. Sic tibi Diana faveat in saltibus remotis; et sylva excelsa exhibeat feras interficiendas. Sic adsint Satyri, et Panes Dii montani: et aper transverberatus cadat venabulo tuo opposito. Sic Nymphæ (quamvis diceris odisse puellas) tibi aquam exhibeant, quæ sedet sitim siccam. Adjungimus quoque lacrymas his precibus: absolutis verba orantis, cogita etiam cernere lacrymas meas.*

venæ non esse, et cum præcedenti intrusum videtur Burmanno.—170 Sylvaque prædandas Helmstad.—171 Gu. 4. hoc distichon post v. 174. collocat. Idem pro Satyri habet saturi. Pro Panes Fr. Li. et octo alii Fauni.—172 alii sic cadat. Sed codd. omnes et cadat.—174 ardentem plurimi codd.—175 Gu. 3. Addimus his verbis lacrymas. Gu. 4. cum verba precantis.—176 Perlegis; at est e conj. Burmanni. Vulg. scriptura, quam et habet Gu. 2. a manu prima et 4. est Perlegis et lacrymas. Heinsio perlegis et primo verbo sequentis epist. subnatum videtur et scribendum Perlegito. Perlege et lacr. tres libri, teste Heins. etiam Gu. 1. 3. et a correctore 2. Li. Perlege sed.

#### NOTÆ

167 *Plurima*] Quia multum amabat Phædra. Sed vide quomodo ex verbis fecit argumentum.

168 *Sic*] Obtestandi particula: id est, Perinde eveniat ut tu ames vel non ames puellam quæ te amet aut spernat, ut tu mihi pepercris.

169 *Secretis*] Ab hominum cœtibus remotis.

*Deu*] Diana.

170 *Perdendas*] Interficiendas.

171 *Satyri*] Jam antea Satyros, Faunos, Panasque, Deos esse agrestes et sylvaticos diximus.

173 *Nymphæ*] Aquarum Deæ. Hip-

polyto Phædra ea omnia apprecatur quæ a venatore possunt desiderari.

176 *Finge*] Optime istud ultimum addidit; nam nihil magis animum movet, quam istud quod phantasia representatur. Frustra tamen Phædra castissimum pectus ad nequitiam conata est perducere. Quamobrem illum ad patrem accusavit, quasi de stupro eam appellasset; ex quo factum, ut correpta fuga, atque exterritis equis qui ejus currum trahebant a phocis, quos Neptunus Thesei voto immisit, per scopulos et saxa distractus male perierit.



## EPISTOLA V.

## CENONE PARIDI.

## ARGUMENTUM.

Cum Hecuba, Cissei filia et Priami uxor, gravida esset, ardentem se parere facem, qua omnis inflammaretur Troja, somniavit. Territus itaque Priamus oraculum consuluit: a quo cum responsum accepisset, filium ipsi fore, qui patriæ exitium afferret, partum, quam primum ederetur, interfici jussit. Hecuba vero, cum pnerum, qui postea Paris dictus est, peperisset, materna pietate mota, pastoribus regiis eundem clam alendum mandavit. Qui, cum jam convaluisset, Cēnonen Nympham adamavit, eamque, ut nonnullis placet, uxorem duxit. Sed cum Juno, Pallas, et Venus de pulchritudine contenderent, propter aureum pomum, in quo scriptum legebatur, *Detur pulchriori*, a Jove ad Paridem arbitrum remissæ sunt: qui, cum Juno regnum, Pallas sapientiam, Venus mulierum pulcherrimam obtulisset, pro Venere sententiam tulit. Postea a patre cognitus Paris et receptus, Sparten navigavit; Helenamque, Menelai uxorem, raptam abduxit Trojam. Quo intellecto, Cēnone conqueritur hac epistola de ejus perfidia, Helenamque Græcis reddat, suadet.

**P**ERLEGIS? an conjux prohibet nova? perlege: non est  
Ista Mycenæa litera facta manu.

*Perlegisne? an recens nupta impedit? Perlege: ista epistola non est scripta*

In nonnullis codd. huic epistolæ sequens distichon spurium præfixum legitur: *Nymphæ suo Paridi (quamvis meus esse recuses) Mittit ab Idæis verba legenda jugis.*—1 Gu. 1. *prohibet tua.*—2 Editio princeps et aliæ *scripta manu*:

## NOTÆ

*Cenone*] Nympha Cebrenis, Troadis fluvii, filia, ut placet Apollodoro; vel Xanthi, ut alii volunt.

1 *Nova*] Helena, scil. quam nuper rapuisti. Invidiose.

2 *Mycenæa*] Menelai aut Aga-

memnonis; quorum patria Mycenæ Peloponnesi civitas.

*Litera*] Qua Helena a te repetatur; quamque adco non libenter legas.

Pegasis Ænone, Phrygiis celeberrima sylvis,  
 Læsa queror de te, si sinis ipse, meo.  
 Quis Deus opposuit nostris sua numina votis? 5  
 Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?  
 Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est:  
 Quæ venit indignæ pœna, dolenda venit.  
 Nondum tantus eras, cum te contenta marito,  
 Edita de magno flumine Nympha, fui. 10  
 Qui nunc Priamides, (adsit reverentia vero,)  
 Servus eras: servo nubere Nympha tuli.  
 Sæpe greges inter requievimus arbore tecti;  
 Mixtaque cum foliis præbuit herba torum:  
 Sæpe super stramen, fœnoque jacentibus alto 15  
 Defensa est humili cana pruina casa.

*manu Mycenæa. Ego Ænone Pegasis, laudatissima in sylvis Phrygiis, offensa conqueror de te, qui meus es, si tu ipse concedis. Quis Deus objecit suam potestatem nostris desideriis? Quænam culpa obicem ponit, ne semper sim tua? Tolerandum est æquo animo quicquid patiaris ex merito: pœna quæ offertur immerenti, offertur ægre ferenda. Nondum tam magnificus eras, cum ego Nympha, nata ex magno flumine, fui contenta te marito. Tu, qui nunc filius es Priami, (concedatur honor veritati,) eras servus: ego Nympha sustinui nubere servo. Cubuimus sæpe inter greges, obvelati arboribus; et herba mista cum foliis fuit noster lectus. Sæpe alba pruina depulsa est a nobis prostratis super stramento et fœni meta, depresso tugurio. Quis*



sed emendatiores et codd. Fr. et Mor. *facta*.—8 *Indignæ*, e Car. Strozæ libro, recepit Heins. cui consentiunt Guelferbytani. Vulgo *indigne*: Heinsii chartacens *indigna*: P. cum excerptis Jureti *indigno*.—11 *Adsit rev. vero* quinque Heins. et Gu. 3. Helm. *assit*. Vulgo *absit rev. vero*, uti Gu. 1. et 2. *adsit rev. veri*. Gu. 4. *absit rev. veri*.—16 Vulgo *Depressa est*, quomodo et Gu. 2. et 3. Multi libri vett. *Deprensa*, in his Gu. 1. et 4. Hinc *Defensa* scribendum contendit Parrhasius ad Claudian. Rapt. Pros. 1. 167. probante Heins.

#### NOTÆ

3 *Pegasis*] Fontana, Græca Etymologia; et una ex Naiadibus, cum sit fluvii filia.

*Phrygiis*] Jam antea diximus hanc Phrygiam, quæ minor est, Troadem esse, in qua mons Ida, ubi Paris educatus fuit.

4 *Læsa*] Quandoquidem aliam conjugem, Helenam scil. tibi delegisti.

9 *Tantus*] Tanto nomine et potentia. Credebatur enim Paris pastoris

regii servus, non regis filius.

11 *Priamides*] Priami filius.

*Adsit reverentia*] Id est, Ignoscas, si vera narro.

12 *Tuli*] Passa sum.

13 *Greges*] Pergit in retundenda Paradis superbia, qua se rejectam credit.

15 *Alto*] Super fœni acervo in fœnili.

16 *Pruina*] *Gelée blanche*.

Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos,  
 Et tegetret catulos qua fera rupe suos ?  
 Retia sæpe comes, maculis distincta, tetendi;  
 Sæpe citos egi per juga longa canes. 20  
 Incisæ servant a te mea nomina fagi;  
 Et legor Ænone, falce notata, tua :  
 Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt :  
 Crescite, et in titulos surgite recta meos.  
 Populus est (memini) fluviali consita ripa, 25  
 Est in qua nostri litera scripta memor :  
 Popule, vive precor, quæ consita margine ripæ,  
 Hoc in rugoso cortice carmen habes :  
 Cum Paris Ænone poterit spirare relicta,  
 Ad fontem Xanthi versa recurret aqua. 30

*ostendebat tibi saltus commodos ad venandum, et qua caute fera occultaret suos catulos? Sæpe comes posui plagas maculis effictas. Sæpe agitavi canes celeres per extensa montium cacumina. Fagi a te sculptæ retinent mea nomina; et legor Ænone signata tuo scalpro. Et mea nomina tantum augentur, quantum trunci: crescite, et in sublime nitimini recta in meam laudem. Est populus (recordor) posita ad amnis ripam, in qua est litera exarata memor nostri. Popule, vitam ducito, quæso, quæ posita es in extrema ripa, habes hoc distichon in corrugato et aspero cortice: Cum Paris poterit vivere Ænone deserta, aqua reflexa feretur ad fontem Xanthi.*

—20 *Juga longa* P. et Jureti Excerpta cum aliis multis, ut Gu. 1. Alii *summa*; et sic Gu. 2. 3. et 4.—23 *In* Gu. 2. et 4. hoc distichon proxime sequenti postponitur.—24 *Gu.* 2. et 4. cum aliis *surgite rite*, idque reponendum censet Heusingerus pro *recta*, quod ortum videtur ex interpretatione *recte*, quam glossator aliquis adverbio *rite* ascripserat.—25 Hoc distichon in Gu. 1. deest. Triginta tres Mss. teste Heins. et Gu. 3. et 4. *consita rivo*. Gu. 2. *conscia rivo*.—27 *Burm.* mavult *quæ margine consita rivi*.—31 P. et septem alii *recurrere*

## NOTÆ

17 *Quis*] Jam beneficia exprobrat.

19 *Maculis*] Sunt maculæ retis foramina, *les mailles*. Hic somniavit quidam Interpres: quod quidem ideo tantum admono, ut sibi quisque caveat ne alienis erroribus ducatur.

21 *Servant*] Mos est adolescentibus eo modo corticibus arborum puellarum, quas amant, nomina insculpere. Quanquam vero leves et nullius ponderis videantur hæc expro-

brationes; attamen cum præteritos amores, et anteactam vitam, quasi ob oculos ponant, non possunt non esse magni momenti ad commovendum; ut hic etiam trunci quos compellat Ænone vocati respondeant.

26 *Nostri memor*] Propter scripturam, quam in ea de me Paris signavit.

30 *Xanthi*] Fuit Xanthus fluvius agri Trojani.

Xanthe, retro propera; versæque recurrite lymphæ;  
 Sustinet Œnonen deseruisse Paris.  
 Illa dies fatum miseræ mihi dixit: ab illa  
 Pessima mutati cœpit amoris hyems,  
 Qua Venus et Juno, sumtisque decentior armis, 35  
 Venit in arbitrium nuda Minerva tuum.  
 Attoniti micuere sinus, gelidusque cucurrit,  
 Ut mihi narrasti, dura per ossa tremor.  
 Consului (neque enim modice terrebar) anusque,  
 Longævosque senes: constitit esse nefas. 40  
 Cæsa abies, sectæque trabes, et, classe peracta,  
 Cœrula ceratas accipit unda rates.

*Xanthe, retrorsum curre; et aquæ conversæ recurrite: Paridem non pudet reliquisse Œnonen. Illa dies fatalis fuit mihi miseræ; ab illa cæperunt gravissima mala amoris mutati; qua Venus et Juno, et Pallas magis decora armis aptatis, venit nuda ad iudicium tuum. Pectus percussum trepidavit, et horror gelidus cucurrit per ossa dura, ut mihi illud dixisti. Consului (neque enim parum percellerbar) et anus, et senes longævos: certum fuit esse nefas. Pinus sunt excisæ, et trabes dolatæ, et, classe excitata, mare cœruleum excipit naves cera obductas. Abiens*

*Nymphæ.—33 Dixit Guelferhytani cum P. Ar. et quatuor aliis. Vulgo duxit.—36 Gu. 3. in arbitrio nū. M. tuo.—38 L. et Jun. ossa timor.—40 Mss. grandævosque senes.—41 Vulgo classe parata. Gronov. et tres alii peracta.—44 P.*

## NOTE

32 *Sustinet*] Vim habet occultam vox ista, quasi dicat, Quod incredibile est, illud fecit.

33 *Illā dies*] Qua Venus et Juno, &c. Lege ea quæ sequuntur.

*Fatum dixit*] Fuit fatalis.

34 *Mutati*] Qui mihi non amplius favit: nam postea Paris alio amores suos transtulit.

*Hyems*] Frigus illud quod durum et molestum est, significat vulgo vox ista. Sæpe etiam pro re adversa ponitur.

35 *Decentior*] Spectabilior est Pallas, Dea belli, armata, qualem describit Homerus, quam nuda.

36 *Arbitrium*] Ut iudicaret Paris, quænam pulchrior, cui pomum daretur.

37 *Micucere*] Gall. diceremus, *J'eus*

*de grands battemens de cœur.*

38 *Narrasti*] Tres Deas ad iudicium venisse; promissamque tibi a Venere pulcherrimam puellam. Sed quæ molesta sunt non exprimit.

39 *Anus*] Sortilegas et fatidicas, scil.

40 *Longævos*] Senes, qui diu vixerunt: quos vulgus olim sortilegos, hodie veneficos statim credit.

*Constitit esse nefas*] Pro certo cognovi nefas esse. Gall. *Il se trouva qu'il y avoit de la diablerie.*

41 *Cæsa*] Ex monte Ida, qua naves construerentur, ut in Græciam ad Helenam navigares.

*Sectæque*] Ad naves ædificandas dolatæ.

42 *Cærula unda*] Mare, cujus aquæ cœrulæ videntur.

Flesti discedens; hoc saltem parce negare;

Præterito magis est iste pudendus amor.

Et flesti, et nostros vidisti flentis ocellos;

45

Miscuimus lacrymas mœstus uterque suas:

Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,

Ut tua sunt collo brachia nexa meo.

Ah quoties, cum te vento quererere teneri,

Riserunt comites! ille secundus erat.

50

Oscula dimissæ quoties repetita dedisti!

Quam vix sustinuit dicere lingua, Vale!

Aura levis rigido pendentia lintea malo

Suscitat; et remis eruta canet aqua.

*lacrymas dedisti: noli saltem hoc diffiteri. Iste amor est magis crubescendus, quam prior. Et lacrymastî, et intuitus es ocellos nostros lacrymantes: uterque tristis confudimus lacrymas suas. Ulmus non sic constringitur vitibus juxta se positus, ut brachia tua connexa sunt collo meo. Ah! quoties comites riserunt, cum querereris te retineri vento! Ille erat favens. Quoties obtulistî oscula iterata mihi relictæ! Quam ægre lingua tua potuit dicere Vale! Ventus secundus inflat vela pendentia ex*



*pigendus amor.*—45 Nonnulli scripti *et madidos vidisti*; quod præfert Nauger.—48 *Brachia vincita* Bas. Sed reliqui omnes teste Heins. *nexa*.—49 Gu. 2. 3. et 4. *Ha quoties*.—53 *Levis Phrygio*. Jun. et ita conjecerat Heins. Bers-

## NOTE

*Ceratas*] Cera et pice oblitæ.

44 *Præterito*] Quando me amabas.

*Iste*] Novus, quo in Helenam duceris. Per contemtum loquitur, cum dicit *iste*.

45 *Flentis*] Mei flentis; in genitivo casu; nam Accusativus si esset, longa fieret syllaba, ut annotavimus ad Sallustium. Nec constructio videri debet extraordinaria; namque eo plane modo Horatius l. ii. Sat. 4. 'cum mea nemo Scripta legat, vulgo recitare timentis.' Atque ita et Virgilius, et Cicero locuti sunt, ut optime annotavit clarissimus Heinsius.

47 *Ulmus*] Qua arbore utebantur, præsertim in Italia ad fulciendas vites.

48 *Nexa*] Cum discederes in Græciam, iter facturus.

49 *Querere*] Indicat Cœnone Paridem, quanquam ventus esset secundus, quod esset adversus, conquestum esse; ut saltem aliqua esset excusatio, aut prætextus, quo amor suus erga Cœnonem, qui eum retinebat, quoquomodo dissimularetur.

50 *Riserunt*] De futili, quam obtendebas, excusatione; cum scirent te amore nostro teneri.

51 *Dimissæ*] Postquam discessisset, redibat, ut iterum oscula repereret: quod amoris molliem prodit.

53 *Aura*] Paridis discessum exponit.

*Rigido*] Scilicet malus, seu navis arbor, *le mâl*, stare et erectus esse debet.

54 *Suscitat*] Inflat.

*Eruta*] Remis aqua propemodum

- Prosequor infelix oculis abeuntia vela, 55  
 Qua licet; et lacrymis humet arena meis.  
 Utque celer venias virides Nereidas oro:  
 Scilicet, ut venias in mea damna celer.  
 Votis ergo meis alii rediture redisti?  
 Hei mihi, pro dira pellice blanda fui! 60  
 Aspicit immensum moles nativa profundum;  
 Mons fuit: æquoreis illa resistit aquis.  
 Hinc ego vela tuæ cognovi prima carinæ;  
 Et mihi per fluctus impetus ire fuit.  
 Dum moror, in summa fulsit mihi purpura prora; 65  
 Pertimui: cultus non erat ille tuus.

*malo erecto, et aqua pulsata remis albescit. Misera oculis comitor navem tuam fugientem, quantum possum; et sabulum fit madidum meis lacrymis. Atque precor glaucas Nereidas, ut cito redeas. Scilicet, ut cito redeas in meam calamitatem. Tu ergo, qui rediturus eras beneficio precum mearum, redisti ad alterius utilitatem? Hei mihi, supplex fui pro crudeli pellice! Moles a natura facta spectat mare vastissimum; mons fuit: illa stat adversus aquas marinas. Hinc ego cognovi prima lintea tuæ navis: et conata sum ad te venire per undas. Dum maneo, purpura mihi splenduit in extremu prora. Valde timui; ille ornatus non erat tuus. Navis*

manni ed. *gelido*.—55 Gu. 3. *Persequor*. Idem *albertia vella*. Regius unus *fugientia vela*.—56 Quidam codd. in *lacrymis*.—60 Gu. 1. cum P. et aliis nonnullis melioribus *Et mihi*. Gronovianus *Et tibi*. Heins. conj. *Et dis pro dira, &c.*—61 Cod. Voss. *moles ignata*, quod est *innata*, ut Ep. vii. 37. ‘innata rupibus altis Robora.’—62 Burm. conj. *icta resistit*.—63 *Cognovi* scripti omnes teste Heins. etiam Guelferb. In editis vulgo legitur *prospexi*, quod

## NOTÆ

ex profundo erui, seu tralii videtur.

57 *Virides*] Quia inter herbas habitant, et aquas, quæ ex riparum repercussu virides et glancæ conspiciuntur.

*Nereidas*] Nymphas, Nerei filias.

58 *Scilicet*] Est quasi irrisio sui ipsius; cum jam Paridem sciat alio amore implicitum.

59 *Votis*] Periinde loquitur, ac si vota sua causa fuissent reditus; ut inde majus Paridi crimen objiciat. Argute profecto.

*Alii*] In Helenæ, scilicet, utilitatem et commodum.

60 *Pellice*] Pellex est, quæ legi-

timæ uxoris locum nequiter occupat. Helena hic intelligitur.

*Blanda*] Apud Deos supplex, quos votis meis pro te sollicitavi.

61 *Moles nativa*] Sigæum promontorium, aut quodvis aliud describit; unde Paridem Græcia redeuntem primum conspicata est.

*Profundum*] Mare.

63 *Prima*] Quod affectum declarat; quo, primi, quod alii etiam sentire possunt, cognoscimus.

64 *Ire*] Ut te citius complecterer.

66 *Cultus*] Pertimui, quod in pro- ra sedentem aliquem conspicarer, cujus cultus, seu vestes, te non esse

Fit propior, terrasque cita ratis attigit aura :  
 Fœmineas vidi, corde tremente, genas.  
 Non satis id fuerat; quid enim furiosa morabar ?  
 Hærebat gremio turpis amica tuo. 70  
 Tunc vero rupique sinus, et pectora planxi,  
 Et secui madidas ungue rigente genas ;  
 Implevique sacram querulis ululatibus Iden :  
 Illinc has lacrymas in mea saxa tuli.  
 Sic Helene doleat, desertaque conjuge ploret ; 75  
 Quæque prior nobis intulit, ipsa ferat.  
 Nunc tibi conveniunt, quæ te per aperta sequantur  
 Æquora, legitimos destituantque toros.

*appropinquat, et attigit terras veloci vento: vidi vultus fœmineos corde attonito. Id non fuerat satis: (quid enim insana ibi stabam?) Infamis amica sedebat in tuo sinu. Tum vero vestes discerpsi, et pectus percussi, et laceravi genas madidas duris unguibus. Et implevi sacram Idam lacrymosis questibus. Illinc tuli meas lacrymas in meas rupes. Sic Helena lugeat, et fleat derelicta a marito; et ipsa patiatur, quæ prior nobis importavit. Nunc ad te veniunt, quæ sequantur te per*



placet Ciofano et Burm.—67 Membr. Scr. *attulit aura*; usitato errore pro *appulit*.—69 *Leid. morabor*; quod placet Heins.—71 *Tunc flevi* Cod. Med. et unus Heins. Item Editt. Mycilli et Venetæ.—72 *comas pro genas* Jun. et Scr. Codd.—73 *Idem* Gu. 1. cum melioribus. Reliqui *Idam*.—74 *Illinc meliores*. Vulg. *Illuc*. Guelferbytani *Illuc*.—75 Burm. conj. *dejectaque conjuge*.—76 Gu. 4. *illa ferat*.—77 Gu. 2. *Et tecum veniant*. Vulgo legitur *Nunc tecum veniunt*, quod est etiam in Guelf. tribus. P. J. Me. Fr. aliique nonnulli ex præcipuis, *Nunc tibi conveniunt*. Potiores Codd. *sequantur*, pro vulg. *sequantur*.—78 *Meliores destituantque* pro vulg. *destituuntque*. Et *toros* primus A. alter

## NOTÆ

referebant.

67 *Cita*] Quæ etiam cito navem ad portum perpulit.

69 *Id*] Vidisse fœminam purpura ornata; ex quo statim crimen tuum perspicere debui.

*Quid enim*] Quam sustulerat Heinsius parenthesis, commodiore sensu servandam censeo.

71 *Planxi*] Desperantium more percussi.

72 *Rigente*] Duro.

73 *Sacram*] Propter Cybelem præsertim ejusque carimonias.

74 *In mea saxa*] Ut ibi sola et

mæsta jacerem. Hæc est omnino dolentium et plangentium consuetudo. Primo querimoniis suis obvios quosque obtundunt; dein, ubi solatii nihil est, lassi in aliquod latibulum sese conjiciunt.

75 *Sic*] Ut ego doleo. Quam perire naturam sequitur Ovidius!

76 *Quæque*] Et omnia eadem mala, quæ ipsa prior nobis intulit.

77 *Tibi conveniunt*] Pro *Tecum veniunt*; quod in aliis legitur codicibus. Ita vero locutum esse Ovidium exemplis probavit Heinsius, quæ postea videbimus. Invidiose vero

At cum pauper eras, armentaque pastor agebas,  
 Nulla, nisi CEnone, pauperis uxor erat. 80  
 Non ego miror opes, nec me tua regia tangit,  
 Nec de tot Priami dicar ut una nurus.  
 Non tamen ut Priamus Nymphæ socer esse recuset;  
 Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.  
 Dignaque sum, et cupio fieri matrona potentis; 85  
 Sunt mihi, quas possint sceptrā decere, manus:

*vasta maria, et deserant maritos suos. At cum eras inops, et pastor pascebas boves, nulla præter CEnoneu erat uxor inopis. Ego non opto divitias, nec regia tua me movet, nec ut dicar una nurus de tot Priami nuribus. Non tamen ut Priamus nolit esse socer Nymphæ, aut fuerim nurus non agnoscenda Hecubæ. Et sum digna, et cupio fieri matrona regis; habeo manus, quas sceptrā possint de-*

Me. et Mor. Vulgo viros.—83 Quidam perperam ediderunt aut Priamus.—85 Et abest a libris plerisque. Cod. Pat. *potenti*: Tanaquillus Faber audacius corrigit: *Dignaque sum Regis fieri matrona potentis.*—86 *Quas possint meliores*: al. *possunt*, ut Guelferbytani. Nonnulli *quæ possint*. Codex Patr. D. Scr. et Gu. 4. *quæ possent* (Gu. 4. *possunt*) *sceptrā tenere*. Vatic. *quas deceat sc. tenere*.

## NOTÆ

plurali numero utitur; ut significet CEnone nullam in Helena laudem, nullumque amorem esse; sed eam commodis suis servire; quod mille aliæ pariter facerent.

*Aperta*] Quæ non dubitent alto et procelloso mari sese committere. Scopus est CEnones, Helenæ fucatum amorem animumque titulis, non personæ, servientem insectari. Verum insuper ex Zelotypia eam in transcurso perstringit; omniaque in ipsa damnat. Gall. diceret, *Vous avez à présent des Coureuses, qui, &c.*

78 *Legitimos*] De Helena tantum loquitur, quæ maritum Menelaum reliquit; sed, ut modo innuimus, eam CEnone in meretricularum globum rejecit.

79 *Armentaque*] Armentum. Gall. *Haras, troupeau de grosses bêtes.*

80 *Pauperis*] Tui: adeoque non te Helena, sed fortunam tuam, sequitur.

81 *Tangit*] Non ideo te amo, quod in patris regia magnificus agas.

82 *De tot*] Plurimæ enim fuerunt Priamo, cui 44. filii ab Apollodoro numerantur; unde Virgilius Æn. I. 'Vidi Hecubam, centumque nurus.'

83 *Ut*] Vim particulæ ex paraphrasi intellige. Sensus est enim, Quod ego non moveor regia tua, nec magnificis titulis, causam non debet præbere, ut Priamus nolit mihi esse socer, nam Nympha sum. At restricta et coarctata est oratio. Gallice eodem propemodum modo diceremus, *Ce n'est pas qu'étant Nymphé, comme je suis, Priam pût refuser de m'être beau-père.* Istud vero addidit CEnone, ne rustica, et quæ aulica et regalia ignoraret, forte videretur.

84 *Hecubæ*] Priami uxori. Gall. *Ni que j'aye été une personne qu'Hécube pût désavouer pour sa bru.*

85 *Matrona*] Quæ cum viro in matrimonium convenit. Gall. *la Dame d'une maison.*

86 *Decere*] Id est, quæ sceptrum decenter tractavero.



Nec me, faginea quod tecum fronde jacebam,  
 Despice: purpureo sum magis apta toro.  
 Denique, tutus amor meus est tibi: nulla parantur  
 Bella, nec ultrices advehit unda rates. 90  
 Tyndaris infestis fugitiva repositur armis:  
 Hac venit in thalamos dote superba tuos.  
 Quæ si sit Danais reddenda, vel Hectora fratrem,  
 Vel cum Deiphobo Polydamanta roga:  
 Quid gravis Antenor, Priamus quid censeat ipse, 95  
 Consule; quis ætas longa magistra fuit.  
 Turpe rudimentum, patriæ præponere raptam:  
 Causa pudenda tua est; justa vir arma movet.

*ccre. Nec me contemnas, quod tecum cubabam super ramis fagineis; sum magis apta lecto purpureo. Denique, meus amor est tibi securus; nulla bella a me adorantur, nec mare apportat naves ultrices. Helena fugitiva repetitur armis infestis. Hac dote illa fastosa it in geniale tuum cubiculum. Quæ, an sit restituenda Græcis, interroga vel fratrem Hectorem, vel Polydamanta cum Deiphobo. Pete quid severus Antenor, quid ipse Priamus censeat; pete quid censeant: quibus vita longa fuit magistra. Fædum initium præferre raptum Patriæ. Causa tua*

—87 L. *fronde cubabam*. Alii notante Douza *sepe jacebam*.—89 Heins. conj. *Denique tut. am. meus est. mihi nulla parantur*, et seq. versu *advehet*. Capoferrens malebat *cui nulla*.—91 Quidam, inter quos Heins. *Polydamanta* præferunt: et sic Bipont.—95 *Censeat* recepit Burm. e L. cui consentiunt Gu.

## NOTÆ

88 *Purpureo*] Purpura ornato; quales sunt regum lecti.

89 *Tutus*] Ex quo nihil tibi mali veniat; cum ex Helena grave bellum immineat.

90 *Ultrices*] Quomodo, propter Helenæ raptum, tota Græcia navibus ad ulciscendam eam injuriam mare cooperit.

91 *Tyndaris*] Helena, Tyndari ex Læda filia credita, revera Jovis, si fabulæ credimus.

*Fugitiva*] Illa enim clam Menelao marito, ut credere est, discessit.

92 *Hac*] Bello, scil. Cum stomacho irridet.

93 *Si sit*] An sit reddenda, necne.

94 *Deiphobo*] Fuit Deiphobus unus ex Priami filiis, idemque strenuus;

qui tamen a Paride fratre in certamine superatus, cum hic pastoris adhuc servus, non Priami filius crederetur. Helenam, mortuo fratre, in uxorem accepit, quæ ipsum postea prodidit.

*Polydamanta*] Fuit Polydamas unus ex Trojanis primoribus.

95 *Antenor*] Unus etiam ex principibus Trojanis, quem reddendæ Helenæ auctorem fuisse ipse Ovidius alicubi testatur: de quo etiam sic Horatius, 'Antenor censet belli præcidere causam.'

96 *Longa*] Quæ etiam imperitissimos experientia sapientes facit.

97 *Rudimentum*] Initium. Paridem dicit Enone, ex quo greges et sylvas, sequæ reliquerit, et in patris

Nec tibi, si sapias, fidam promitte Lacænam,  
 Quæ sit in amplexus tam cito versa tuos. 100  
 Ut minor Atrides temerati fœdera lecti  
 Clamat, et externo læsus amore dolet,  
 Tu quoque clamabis. Nulla reparabilis arte  
 Læsa pudicitia est: deperit illa seme.  
 Ardet amore tui: sic et Menelaon amavit; 105  
 Nunc jacet in viduo credulus ille toro.

*est erubescendu; maritus infert justum bellum. Neque, si sapias, confide Helenam tibi fore fidelem, quæ sit flexa tam cito in complexus tuos. Quemadmodum junior Atrides queritur jura lecti violati, et offensus amore externo indignatur; tu quoque quereris. Pudicitia temerata nulla arte sarciri potest: illa semel deperditur. Flagrat Helena amore tui? sic etiam dilexit Menelaum: nunc ille simplex*

1. 2. et 3. Vulgo *sua*deat.—98 Gu. 3. *arma parat*.—99 *Si sapias* præstantiores libri, et ita Gu. 1. Vulgo *si cupias*. Heins. vult *si sapias*.—102 Heins. conj. *Damnat et*, ac seq. vers. *damnabis*.—103 Helms. *reparaberis*.—110 *Volunt*

## NOTÆ

regiam pervenerit, pessime vitam suam instituire. Hic enim est meo iudicio verus sensus.

*Patriæ]* Cui propter turpem meretriculam grave bellum imminet.

98 *Causa]* Lis, quæ armis tibi cum Græcis erit contestanda.

*Vir]* Quicumque ad obtinendam suam conjugem arma movet. Adeoque et Menelaus jure tibi bellum indicit.

99 *Lacænam]* Helenam; cujus maritus Menelaus Laconiam tenuit, et Lacedæmone regnavit. A masculino *Lacon* fit femininum *Lacænu*, et adjectivum, *Laconicus, a, um*.

100 *Tam cito]* Quia pari celeritate te deseret, aliumque amabit.

101 *Atrides]* Menelaus Atrei filius, Agamemnone fratre natu minor.

*Temerati]* A sua conjugè Helena vitati.

102 *Clamat]* Graviter conqueritur. *Externo]* Amore quo sua uxor erga te externo flagravit.

103 *Clamabis]* Si Helenam reti-

neas, cum ejus levitatem expertus fueris.

104 *Semel]* Innuit Helenam semper fore impudicam. Certe vero meditari dignum est quod dicit Cænone.

105 *Ardet]* Occurrit Paridis cogitationibus; ne ille sibi blandiatur, quod Helena jam ipsum amet.

*Sic et]* Responsio est Cænonis: quasi dicat, Perpetuum credis forte Helenæ amorem futurum, quia ardet tui amore. Falleris; nam sic etiam Menelaum antea amavit; quem tamen deseruit.

106 *Viduo]* Quem Helena destituit.

*Credulus]* Qui Helenæ amorem perpetuum fore credidit.

107 *Andromache]* Eetionis filia, Hectoris uxor. Confunduntur vero ab Cænone argumenta, hoc in loco ad Paridem retrahendum: exemplum enim fratris Hectoris exhibetur, qui, ut fortissimus, fuit etiam uxori fidissimus. Felicitas deinde ex fido amore

Felix Andromache, certo bene nupta marito !

Uxor ad exemplum fratris habenda fui.

Tu levior foliis, tunc cum, sine pondere succi,

Mobilibus ventis arida facta, volant: 110

Et minus est in te, quam summa pondus arista,

Quæ levis assiduis solibus usta riget.

Hoc tua (nam recolo) quondam germana canebat,

Sic mihi diffusis vaticinata comis :

Quid facis, CEnone ? quid arenæ semina mandas ? 115

Non profecturis littora bubus aras.

Graia juvenca venit, quæ te, patriamque, domumque

Perdat : io prohibe ; Graia juvenca venit.

*cut in lecto viduo. Beata Andromache, feliciter nupta fideli viro ! Fui uxor retinenda ad exemplum fratris tui. Tu es mobilior foliis, tunc cum sicca decidunt sine pondere humoris, a ventis fluidis. Et pondus levius est in te, quam in extrema arista, quæ levis riget, usta continuis caloribus. Soror tua (nam recorder) vaticinabatur hoc quondam, sic mihi canens capillis sparsis : Quid agis, CEnone ? Quamobrem semina spargis in sabulum ? Proscindis littora bubus non processuris. Græca junix accedit, quæ subvertat te, et patriam, et domum. Io depelle ; Græca ju-*

miliores, et Guelferbytani quoque. Al. *cadunt*.—111 *Levius est in te* L. contra metrum, nisi legeris *Est in te levius*. Gu. 2. et editt. antiquæ *in summa*.—113 Gu. 2. *Hæc tua. Recolo* Guelferbytani cum optimis ; et editt. priscae. Nonnulli *refero*. Alii *memini*. Regius *memoro*.—116 Quidam codd. *Nil profecturis*. Douza conj. *Nec profuturis*. *Bubus* libri nonnulli, in his Gu. 1. Vulgo *bobus*.—118 *Perdat* septem codd. bonæ notæ, teste Burm. et Guelferbytani.

#### NOTÆ

proponitur. Laus est in voce *bene*. Affectus insuper maximus in figuris, exclamatione, prosopopeia, &c.

108 *Uxor*] Paridem alloquitur, cui fratris exemplum imitandum fuisse dicit.

110 *Volant*] Sic meliores Codices, teste Heinsio : quomodo et locutus est Virgilius.

111 *Minus*] Quia ille in amore suo non steterat, sed levitate et inconstantia ad Helenam animum adjeceerat, istud objicit CEnone.

112 *Levis assiduis*] Vide, quomodo singula verba levissimæ aristæ ponderi, si quod fuerit, detrahant.

*Riget*] Hinc vides quam male vul-

go generatim hanc vocem per frigus explicent. Primo significat stare erectum, siccum et inflexibile esse.

113 *Hoc*] Calamitatem, quacum nunc conflictor.

*Tua*] Cassandra, Paridis soror, quæ vaticinandi artem ab Apolline, cui se obsecuram pollicita erat, accepit : quique ab ea irrisus, cum munus datum eripere non posset, effecit ut ejus vaticiniis nulla fides haberetur.

114 *Diffusis*] Sparsis, vaticinantium more.

115 *Quid facis*] Verba sunt Cassandra, CEnonen, quod Alexandrum fratrem amaret, increpantis.

*Arcnæ*] Quæ sterilis est. Indicat

Dum licet, obscenam ponto, Di, mergite puppim :

Heu quantum Phrygii sanguinis illa vehit! 120

Dixerat: in cursu famulae rapuere furentem ;

At mihi flaventes dirigere comae.

Ah nimium vates miseræ mihi vera fuisti!

Possidet en saltus illa juvenca meos!

Sit facie quamvis insignis, adultera certe est: 125

Deseruit patrios, hospite capta, Deos.

Illam de patria Theseus, (nisi nomine fallor)

Nescio quis Theseus, abstulit ante sua.

*nix venit. Dii, submerge mari turpem navim, dum datur. Heu, quantum illa trahit sanguinis Trojani! Finierat. In fluxu verborum ancillae abduxerunt eam Deo attonitam: at flavi mei capilli steterunt. Ah fuisti vates nimis certa mihi miseræ! En illa juvenix habet meos saltus. Quamvis sit vultu præsignis, certe est adultera. Incensa hospitis amore destituit Deos nuptiales. Antea Theseus (nisi nomen imponit) nescio quis Theseus rapuit eam ex patria sua. Putetur restituta virgo ab*

Al. *perdet.*—119 *Di mergite* meliores. Al. *demergite.*—121 *Alii incursu* h. e. *accursu* et *interventu*. Heins. conj. *Vox erat in cursu: famulae r. fur.*—123 Gu. 2. 3. et 4. *Ha nimium.*—124 Gu. 1. *Graia juvenca.*—125 A. *quamvis præsignis*, quod probat Heins.—126 *Deseruit socios* codd. *exarati omnes*, idque præfert Heins.—128 Guelf. *omnes et Helmst. abstulit arte*: primus tamen

#### NOTÆ

Ænonen frustra amare.

116 *Non profecturis*] Quorum labor est inutilis.

117 *Juvenca*] Helena.

118 *Io*] Furentis et dolentis vatis exclamatio est.

*Prohibe*] Divinitatem compellat, qua correpta vaticinatur, ut quæ ipsa videt mala avertat.

*Graia*] Quam bene Sibyllam, seu vatem, redolet hic stylus!

119 *Obscenam*] Quæ turpem meretricem vehit.

120 *Vehit*] Obscuro et prophetico stylo utitur. *Vehit*, id est, Sanguinem Helenam vehit, cujus causa multus sanguis Trojans profundetur.

121 *In cursu*] Hoc est, antequam vaticinationem suam absolvisset; dum adhuc loqueretur. *Cursum* vero dixit, ut vim spiritus abripiantis exprimeret.

*Rapuere*] Ne, scilicet, nimium, cum

maximo corporis periculo, commoveretur et agigaretur. Nam quod de Priami jussu scribunt, non placet.

*Furentem*] Vaticinantem. Furere enim videntur, qui spiritu alieno abripiuntur; aut certe furunt.

122 *Dirigere*] Ex horrore et metu futurorum steterunt.

124 *Saltus*] Vide, quæso, quam lepide alludit, et vaticinationem explicat (Ænone. 'Saltus,' id est, Paridem.

125 *Insignis*] Alii *præsignis*, quomodo et alibi loquitur ipse Ovidius. Conatur novis rationibus (Ænone Paridem ab Helenæ amore retrahere.

126 *Patrios*] Alii *socios*, i. e. conjugales, seu nuptiales, Jupiter adultus, Juno perfecta, Venus, Suada, Diana, aliique.

*Hospite*] Paride.

127 *Nisi*] Ex personæ decoro ti-

A juvene et cupido credatur reddita virgo.

Unde hoc compererim tam bene, quæris? amo. 130

Vim licet appelles, et culpam nomine veles;

Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi.

At manet Cœnone fallenti casta marito:

Et poteris falli legibus ipse tuis.

Me Satyri celeres (sylvis ego tecta latebam) 135

Quæsierunt rapido, turba proterva, pede:

Cornigerunque caput pinu præcinctus acuta

Faunus, in immensis qua tumet Ida jugis.

*adolescente et desiderio flagrante. Petis unde tam bene istud cognoverim? Amo. Poteris vocare violentiam, et tegere crimen nomine; ipsa dedit locum raptui, quæ toties rapta est. At Cœnone perstat proba marito fraudanti: et poteris ipse decipi tuis sanctionibus. Citi Satyri, grex luxuriosus, pede velocissimo quæsiverunt me (ego delitescebam sylvis occultata), et Faunus vincetus caput pinu acuta me quæsivit per vasta cacumina, quacumque Ida assurgit et porrigitur. Trojæ ædi-*

~~~~~  
 Guelferb. a correctore ante.—130 Unde ea conj. Heins. atque ita Vossianus. —131 Heins. mavult hoc culpam n. v. vel et culpam hoc n. veles. Multi codd. nom. celes.—133 Pro casta, Heins. mallet fidu. Fallaci casta cod. Douzæ.—136 Quæsierunt est a chartaceo L. Reliqui quæsierant.—138 Plurimi scripti et immensis: quare forte legendum: Me Satyri celeres silvis (ego tecta latebam) Quæsierunt, rapido turba proterva pede, Cornigerunque caput pinu præcinctus acuta Faunus, et immensis qua tumet Ida jugis. Quæsierunt me Satyri et Fau-

## NOTE

tubantem facit et incertam Cœnonem Poëta. Quanquam non fallitur tamen; nam Theseus, Apollodoro et Hygino testibus, Helenam virginunculam adhuc rapuit; utrumque Castori et Polluci fratribus integram restituerit, si fabulis credimus.

129 Credatur] Vitiatam a Theseo fuisse innuit, et invictis prope rationibus evincit.

130 Hoc] Quod de Helena dico.

Amo] Nullus itaque Nasoni litem moveat, quasi non potuerit Cœnone omnia quæ dicit rescivisse; nam ut habet Virgilius, 'Quis fallere possit amantem?'

131 Vim] Quod a Theseo per vim rapta fuerit, licet dicere, et culpam verbis tegere. Ipsa voluit rapi, quan-

doquidem toties rapta fuit. Ceterum de fano Dianæ a Theseo sublata est Helena, cum sacrum faceret.

132 Toties] Invidiose, siquidem bis tantum rapta dicatur Helena, a Theseo primum, deinde Alexandro.

134 Legibus tuis] Quibus uteris; qui non modo conjugium nostrum violas, sed alteri conjugem rapis.

135 Sylvis] Quam venuste, statim post nominatos Satyros, ne scrupulus incidere, hanc parenthesis subjicit!

136 Proterva] Quia maxime libidinosi finguntur.

138 Immensis] Ergo maxima pudicitiae cura fugitaverat et latitaverat Cœnone, quam undiquaque frustra quæsivit velocissimum et salacissimum genus.

- Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit :  
 Ille meæ spoliū virginitatis habet. 140  
 Id quoque luctando : rupi tamen ungue capillos,  
 Oraque sunt digitis aspera facta meis.  
 Nec pretium stupri gemmas aurumve poposci :  
 Turpiter ingenuum munera corpus emunt.  
 Ipse, ratus dignam, medicas mihi tradidit artes ; 145  
 Admisitque meas ad sua dona manus.  
 Quæcumque herba potens ad opem, radixque medenti  
 Utilis in toto nascitur orbe, mea est.  
 Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis !  
 Deficior prudens artis ab arte mea. 150  
 Ipse repertor opis vaccas pavisse Pheræas  
 Fertur, et a nostro saucius igne fuit.

*ficator cithara insignis amavit me ; ille habet spoliū meæ virginitatis. Id quoque pugnando. Scidi tamen ante ejus comam ; et facies ejus facta est scabra meis digitis. Nec petivi gemmas vel aurum in pretium vitii. Dona emunt sordide corpus ingenuum. Ipse, existimans me dignam esse, dedit mihi artes medicas ; et admisit meas manus ad sua munera. Quæcumque herba vim habet ad auxilium ferendum, et radix apta ad medendum crescit in toto mundo, illa est mihi cognita. Me infelicem, quod amor non est sanabilis gramminibus ! Perita artis, destituor ab arte mea. Ipse medicinæ inventor dicitur pavisse vaccas Pheræas, et fuit vulneratus*

nus in sylvis, et montis Idæ jugis. *Burm.*—141 *Ungue scripti.* Al. *ante.*—146 *In sua dona* Gu. 2. et 3.—147 *Medenti* ex emendat. Heiusii : codd. *medendi.*—149 *Est sanabilis herb.* plurimi scripti.—150 *Deficior scripti* potiores ; alii *destituor*, ut Gu. 4.—151 *Pheræas* meliores libri : Gu. 1. *feræus* : 2. et 3. *phuræas.* Al. *per æstus* aut *per herbas*, ut Gu. 4.—152 *Fertur et a nostro* cod. L.

## NOTE

- 139 *Fide*] Cithara. Qua quidem tuit.  
 valuisse illum præsertim dicere nihil attinet. Hic vero Synecdoche est.  
*Munitor*] Apollo ; quem cum Neptuno Trojæ ædificatorem antea vidimus.  
 141 *Luctando*] Non voluntate mea.  
*Capillos*] Phæbi, scilicet.  
 142 *Aspera*] Quia ipsum unguibus dilaniavit : siquidem tamen illi credendum esse videtur.  
 144 *Turpiter*] Adeoque, si Diis placet, non erit meretrix, quæ non quæstus causa corpus suum prosti-  
 145 *Ratus dignam*] Sese Apollinis judicio commendat.  
*Tradidit*] Nam ille etiam medicus, et medicæ artis Deus.  
 146 *Dona*] Artis medicæ peritiam, quam ille cuiusque vult, infundit.  
*Manus*] Adeoque, quod pauci medici sciunt, usum etiam didici. Gall. *J'ay la science et la pratique.*  
 148 *Mea*] Mihi cognita ; ut ad sananda corpora uti possim.  
 151 *Opis*] Medicinæ. Exemplo ostendit nulla arte amorem medicabi-

Quod neque graminibus tellus fœcunda creandis,  
 Nec Deus, auxilium tu mihi ferre potes.  
 Et potes, et merui: dignæ miserere puellæ. 155  
 Non ego cum Danais arma cruenta fero.  
 Sed tua sum, tecumque fui puerilibus annis:  
 Et tua, quod superest temporis, esse precor.

*nostro amore. Tu potes mihi opem præstare, quam neque terra fertilis herbis producendis, nec Deus potest afferre. Et potes, et digna sum: misereat te puellæ meritæ. Ego non infero arma sanguinolenta cum Græcis: sed sum tua, et tecum vixi annis juvenilibus: et precor esse tua, quod reliquum est vitæ.*

et antiquiores editt. Gu. 3. et ex nostro, 1. 2. et 4. cum al. e nostro. Panci codd. et recentiores quædam editt. Dicitur, et nostro.—153 Gu. 2. 3. et 4. fœcunda creatis.—158 Gu. 2. Et quod nunc superest.

## NOTE

lem esse; cum ipse artis inventor, Apollo, nequidem sibi opem afferre potuerit.

*Pheræus*] Admeti, qui Pheris in Thessalia regnavit. Ceterum ad suum scopum fabulam detorquet Ænone; non enim propter amorem, quod ea innit magis, sed propter Jovis iram, de Cœlo deturbatus, quod Cyclopas Jovis fulminum fabricatores transfixisset, Admeti vaccas aut equas pascere coactus est.

153 *Graminibus*] Quod neque herba, neque Deus ullus afferre posset, auxilium, id sibi Paridem præstare posse dicit.

156 *Non ego*] Quod facit Helena.

158 *Precor*] Exitum Calaber Poë-

ta, ut vulgo appellatur, aperit. Dicit enim Paridem a Philoctete sagitta vulneratum ad Ænonem confugisse, ab eaque auxilium rogasse: quod cum illa negasset, inter redendum in Ida monte expirasse; ubi cum a Pastoribus de more cremaretur, Ænonen eodem secutam, in eundem rogam se ipsam quoque præcipitasse. Dictys vero Cretensis, Paridis interempti cadaver ad Ænonen fuisse relatum, refert, ut sepulturæ mandaretur: illam autem pristini amoris recordatione, ad primum statim cadaveris conspectum mortuam concidisse; eodemque cum illo funere sepultam fuisse.

## EPISTOLA VI.

## HYSIPYLE JASONI.

## ARGUMENTUM.

MONITUS Oraculo Pelias Neptuni filius, mortem sibi portendi, cum quis patri sacrificanti superveniret nudo pede. Cui deinde annua sacra peragenti, Jason Æsonis filius, una cum nepote, relicto in limo Anauri fluvii calceo, occurrit. Pelias igitur, oraculi memor, Jasoni suadet, ut in Colchos proficiscatur, ad aureum illud vellus refingendum, sperans eum nunquam reversurum incolumem, quod audivisset opus illud humanis esse viribus majus. Jason magnanimus expeditionem illam lubens suscipit: ideoque compluribus Græciæ nobilibus evocatis, Argo navem ex Pegaso, Thessaliæ sinu, solvit, in Lemnon delatus: ubi, cum mulieres communi consensu viros omnes una nocte trucidassent, Hypsipyle, Thoantis filia, quæ patrem, cædis simulatione, servaverat, imperium exercebat, Jasonem et hospitio et lecto familiarissime exceptit. Verum enim duobus jam exactis annis, sociis orantibus, ut promissam expeditionem perficiat Jason, gravidam Hypsipylem relinquit, Colchosque petit; ubi Medææ artibus dracone sopito, taurisque superatis, aureum illud vellus adeptus est; ipsamque Medeam abduxit volentem. Quamobrem Hypsipyle, prælatam sibi Medeam indigne ferens, hac epistola Jasoni reditum gratulatur, per contemptum scilicet, animoque abalienato, et postremo ambos diris devovet.

LITTORA Thessaliæ reduci tetigisse carina

Diceris, auratæ vellere dives ovis.

Gratulor incolumi, quantum sinis; hoc tamen ipsum

Debueram scripto certior esse tuo.

*Tu appulisse diceris navi reduci ad littora Thessaliæ, dives ex vellere arietis aurei. Grator tibi salvo, quantum per te licet. De ea re tamen ego debueram esse*

3 *Incolumem* unus Moreti. Guelferbytani cum scriptis et editis plerisque

## NOTÆ

- |   |  |
|---|--|
| 1 <i>Thessaliæ</i> ] Patriæ tuæ.                | ris aurei fabulam postea in Metamorphosi videbimus.                          |
| <i>Tetigisse</i> ] Id est, redivisse incolomis. | 3 <i>Quantum sinis</i> ] Non poterat gaudere Hypsipyle, nec ex animo Jasoni, |
| 2 <i>Auratæ</i> ] Decantatissimam velle-        |  |



Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires, 5  
 Cum cuperes, ventos non habuisse potes.  
 Quamlibet adverso signetur epistola vento;  
 Hypsipyle missa digna salute fui.  
 Cur mihi fama prior, quam nuntia litera, venit,  
 Isse sacros Marti sub juga panda boves? 10  
 Seminibus jactis segetes adolesse virorum,  
 Inque necem dextra non eguisse tua?

*certior epistola tua. Nam potes non habuisse ventos secundos, ne redires, tametsi optares, ad mea regna tibi promissa. Quantumvis vento contrario scribatur epistola. Ego fui digna salute missa. Quamobrem fama velocior quam epistola nuntia mihi advenit, Tauros Marti dicatos, sub jugum curru missos fuisse? Seminibus sparsis segetes virorum crevisse, et non opus habuisse manu tua ad suam cadem? Draconem*

*tamen ipso. Ar. ipse, unde Heins. conj. ipsa. Leid. ipsum probante Douza. — 5 Heins. mavult propter mea regna, vel prope in mea r.—7 Quidam Nauger. Quolibet adverso. Gueff. omnes, sed l. a correctore, et Helm. Qualibet. Heins. conj. signatur.—9 Gu. l. prior de te quam litera. Helm. quam de te litera.—10 Marti unus Scr. Ceteri Martis.—15 Hoc ego, teste Heins. meliores*

## NOTÆ

quod rediisset, gratulari, quamdiu ab ipso se spretam, non sine causa, crederet.

*Hoc*] Quod redieris.

5 *Præter*] Juxta. Gall. *Après, par devant*. Vide Interpretationem: deinde perpende, an non sit sensus commodior, si intelligatur, non tam ab Hypsipyle Jasonem excusari, quod alii volunt, quam subiracunde, quod ille causari posset, concedi.

7 *Signetur*] Vide jam iratam Hypsipylem, quæ Jasonem non dignatur alloqui, sed tertia persona utitur. Ita et loquitur Sostrata apud Terentium, quæ præsentem virum sub eadem tertia persona arguit. Gall. diceres eodem caractere, *Le vent tant contraire que l'on voudra, on a bien-tot mis son nom au bas d'une lettre*.

9 *Cur*] Et iracundiam indicat hæc interrogatio: Cur prius fama quam epistola tua didici?

10 *Isse sub juga*] A te domita fuis-

se. Pharmacum a Medea, quæ ipsum Jasonem amabat, ea causa acceperat, Apollodoro autore. Quanquam alii aliter.

*Boves*] Tauros Marti sacros, æripedes, et naribus ignem efflantes; quibus indomitis vellus aureum tolli non poterat.

11 *Seminibus*] Serpentis dentes intelligit, quos seminare Jasonem Æetes imperaverat; ex quibus homines armati nati sunt.

*Segetes*] Id est, multitudinem virorum. Ita etiam dixit Virgilius, 'Segetes telorum.'

12 *Non eguisse*] Cum Medæ monitu, lapidem, aut lapides, ut alii volunt, inter eos armatos Jason projecisset, fabula est, eos in sese arma convertisse, et mutuis vulneribus concidisse: tametsi Apollodorus scribit a Jasone etiam, cum inter se dissiderent, mactatos fuisse.

Pervigilem spoliū pecudis servasse draconem,  
 Rapta tamen forti vellera fulva manu ?  
 Hæc ego si possem timide credentibus, Ista 15  
 Ipse mihi scripsit, dicere, quanta forem !  
 Quid queror officium lenti cessasse mariti ?  
 Obsequium, maneo si tua, grande tuli.  
 Barbara narratur venisse venefica tecum,  
 In mihi promissi parte recepta tori. 20  
 Credula res amor est : utinam temeraria dicar  
 Criminibus falsis insimulasse virum !  
 Nuper ab Hæmoniis hospes mihi Thessalus oris  
 Venerat ; et tactum vix bene limen erat :  
 Æsonides, dixi, quid agit meus ? Ille pudore 25  
 Hæsit, in opposita lumina fixus humo.

*insonnem custodivisse ovīs exurias, vellera tamen aurea ablata forti tua manu? O, si mihi liceret dicere iis, qui ægre ista credunt, Ipse mihi scripsit ista, quanta essem! Quamobrem queror officium segnis mariti retardatum esse? Magno fruor officio, si sum tua. Veneficam barbaram tecum serunt advectam esse, admissam in partem lecti mihi promissi. Amor est res quæ facile credit. Utinam levis dicar maritum arguisse fictis criminibus! Nuper mihi advena accesserat e regione Thessalica; et vix bene domum ingressus erat: Quid agit meus Jason? dixi. Ille habens oculos in*

scripti cum Gu. 1. et 4. Heins. conj. *O ego.*—17 Gu. 1. *Cur queror.*—20 *Parte futura* Gu. 3. et 4. cum plurimis scriptis et editis. Cod. D. *vocata*; unde ille faciebat *locata.*—24 Heins. *vult ut tactum*; Francius *venit, et ut tactum.*—25 Helm. *agat.*—26 Tres libri Heins. *in opposita*; Gu. 2. *et apposita*; Gu. 4.

## NOTÆ

13 *Pervigilem*] Præter Tauros arripedas, fuit etiam draco immensæ magnitudinis, qui vellus aureum servaret, nec unquam dormiret.

*Spolium*] Pellem arietis.

14 *Fulva*] Auri color est fulvus; adeoque vellera aurei.

15 *Hæc ego*] In melioribus scriptis *hoc ego*, legitur; in aliis *hæc*: quod placuit Heinsio.

*Timide*] Id est, Vix ea credentibus, quæ de vellere aureo a te sublato referuntur.

16 *Quanta*] Quam magna et felix!

17 *Quid queror*] Corrigit quod conquesta est de officii negligentia; cum majora habeat quibus dolendum sit.

18 *Obsequium*] Si rem ipsam spectes, Gall. diceres, *Je serai trop heur reuse, si vous me voulez encore pour votre femme.* Quasi dicat, Non eum esse maritum Jasonem, a quo multa officia sint expetenda; satis esse si in capitalibus qualemcumque præstet obsequii speciem.

19 *Venefica*] Medeam intelligit; cujus veneficia notiora sunt, quam ut iis opus sit chartam inficere.

23 *Hæmoniis*] Thessalis; ab Æmou monte, quod Servio placuit; vel potius, ut volunt illi, qui Servium refellunt, ab Æmone Rege Thessaliæ, Æmonia dicta.

25 *Æsonides*] Jason, Æsonis filius.

Protinus exsilui; tunicisque a pectore ruptis,  
Vivit? an, exclamo, me quoque fata trahunt?

Vivit, ait; timidumque mihi jurare coëgi.

Vix mihi, teste Deo, credita vita tua est.

30

Ut rediit animus, tua facta requirere coëpi.

Narrat, aënipedes Martis arasse boves:

Vipereos dentes in humum pro semine jactos,

Et subito natos arma tulisse viros:

*terram adversam defixos, pudore conticuit. Continuo me proripui, et restibus a pectore discerpitis, exclamo, Vivitne? an fata me quoque vocant? Vivit, respondit ille, et coëgi illum parentem mihi illud sacramento confirmare. Vix credidi te vivere, Deo teste. Ut rediit mihi animus, coëpi de tuis factis querere. Narrat ille Tauros Martis ahenipedes terram subvertisse: dentes Draconis in terram mis-*

*et opposita; Francius malebat in oppositam humum. Gu. 4. fixit humo.—27 Pectore raptis libri meliores, teste Heinsio; cum iisque Gu. 2. et 3. Helm. scissis.—28 Gu. 1. cum Jureti excerptis, et aliquibusdam fata vocant.—29 Plures antiqui Vivit, ait, timidum quod ait, jurare coëgi, vel timide. Alii Vivit, ait: timidum, quod amat jurare coëgi: unde Mycill. conj. quod amo. Me. alter timidumque virum. Heins. corrigit Vivit, ait timide: timidum jur. c.—31 Ut rediit animus excerpta Jureti, unus Pat. et Gu. 2. idque tuetur Heins. quia Nasoni aliisque poetis ultima in rediit et aliis conjugatis verbis passim producit. Vulgo Utque animus rediit.—32 Aënipedes emendavit Heins. Vetusta exemplaria Narrat et Aëripedes, uti Gu. 2. et 4. vel Narrat aëripedes, uti Gu. 1. et 3. Helm. Narrat aripedes. Quidam etiam Rettulit aënipedes, quod a cor-*

## NOTÆ

*Ille*] Hospes, scilicet.

*Pudore*] Quia ea mihi dicere reformidabat, quæ tu fecisti.

26 *Hæsit*] Tacuit.

27 *Ruptis*] Alii *raptis*; iidemque meliores, teste Heinsio.

28 *Vivit*] Verba sunt Hypsipyles, hospitem de Jasone interrogantis.

*Trahunt*] Perinde loquitur ac si dolenti sibi moriendum esset, extincto marito suo.

29 *Timidumque*] Cum ideo hospitem vereri crederet Hypsipyle, quod Jason mortuus esset, neque tamen id dicere vellet, ipsa eum hospitem sacramento dicta confirmare coëgit.

30 *Teste Deo*] Id est, quamvis Denm in testimonii fidem sacramento hospes citasset. Vide vero, quam eleganter et ad scopum apposite

hæc omnia a Poëta inflectantur, et in majus effingantur.

31 *Ut rediit*] Vulgati Codices, *Utque animus rediit*, quem locum quorundam librorum fide nitori suo restituit Heinsius: qui etiam plurimos locos profert, ubi ultima syllaba producit in *rediit*, sicut et in *adiit*, *abiit*, *iniit*, &c.

32 *Narrat, aënipedes*] Vetusta exemplaria, *Narrat et aëripedes*; alii, *Narrat aripedes*, pro quibus interpolasse correctores credit Heinsius *Rettulit aëripedes*. Ille vero lectionem restituit *Ahenipedes*, id est, *pedes ex ære habentes*: quomodo Horatius 'murum aheneum' dixit: Virgilius 'lucem ahenam.'

*Arasse*] Postquam a Jasone domiti essent.

Terrigenas populos, civili Marte peremptos, 35  
 Implesse ætatis fata diurna suæ.  
 Devicto serpente, iterum, si vivat Iason,  
 Quærimus; alternant spesque timorque fidem.  
 Singula dum narrat; studio cursuque loquendi,  
 Detegit ingenio vulnera facta suo. 40  
 Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura?  
 Faxque sub arsuros dignior ire rogos?  
 Non ego sum furto tibi cognita: pronuba Juno  
 Affluit, et sertis tempora viuctus Hymen.

*nos pro semine, et statim ortos viros arma gestasse: gentem terra genitam, interfectam bello intestino, perfunctam fati diurnis vitæ suæ. Quærimus denuo, num Jason vita fruatur, dracone superato. Spes et timor vicissim occupant fidem. Dum narrat hospes singula; affectu, et fluxu sermonis aperit vulnera impacta tuo animo. Heu! ubi fides promissa? ubi jura conjugalia? et fax dignior venire sub pyras flagranturas. Ego non sum tibi juncta clanculum. Juno pronuba affluit, et Hymen*

receptoribus esse videtur Heinsio.—35 Gu. 2. *terrigenos*.—37 Gu. omnes et Helm. cum aliis *Devictus serpens*. Alii *Devictum serpentem*. Gu. 2. *si vivit*.—40 Gu. 2. et 3. et alii quam plurimi *vulnera nostra suo*. Capoferreus conj. *ingenio vulnera facta toro*.—41 Gu. 1. et 4. cum aliis quibusdam *Heus ubi*. Apr. *Dic ubi*.—43 *Furto* Scr. Fr. Gu. omnes et quatuor alii. Vulgo *furtim*.—

## NOTÆ

33 *Vipereos*] Fabulantur nonnulli, partem fuisse dentium ejus draconis quem Cadmus interfecit.

35 *Terrigenas*] Natos ex serpentis satis dentibus armatos viros intelligit, qui ex terra fuerunt geniti.

*Civili*] Quia, ut ante diximus, isti in sese arma sua converterunt.

36 *Diurna*] Quia eodem quo nati, eodem sunt die intereunti.

37 *Iterum*] Refertur ad *quærimus*. Dicit Hypsipyle, se, audita Jasonis de vellere aureo historia, de novo ab hospite petivisse, num idem ille Jason viveret.

38 *Alternant*] Dicit se Jasonis causa modo bene sperasse, modo male timuisse, quamdiu hospes ejus historiam persequeretur.

39 *Studio*] Id est, Dum hospes sigillatim et suo ordine mirabilia de te studet enarrare, detegit, &c.

*Cursuque*] Quasi non data opera hospes, sed orationis æstu abreptus, Jasonis erga Medeam amorem pro palaverit.

40 *Vulnera*] Medeæ amorem.

41 *Ubi pacta fides*] Postquam apertius, quæ de Jasonis immutato amore noverat, Hypsipyle declaravit, gravior in eum invehitur.

42 *Sub arsuros*] Id est, quæ potius in funeribus adhibenda fuisset, quam in nuptiis. Mos vero fuit in illis, ut qui necessitudine proximus esset, aversus, rogo, accensa face, ignem supponeret.

43 *Furto cognita*] Honestissime, quæ turpissima sunt, explicat. Id est, Non tibi conjuncta fui per adulterium aut fornicationem, sed per justum matrimonium.

*Juno affluit*] Adeoque legitimum fuit matrimonium.

At mihi nec Juno, nec Hymen, sed tristis Erinny's      45  
 Prætulit infaustas sanguinolenta faces.  
 Quid mihi cum Minyis? quid cum Tritonide pinu?  
 Quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?  
 Non erat hic aries villo spectabilis aureo;  
 Nec senis Æetæ regia Lemnos erat.      50  
 Certa fui primo (sed me mala fata trahebant)  
 Hospita fœminea pellere castra manu.  
 Lemniadesque viros, nimium quoque, vincere norunt.  
 Milite tam forti ripa tuenda fuit.

*redimitus caput coronis. At neque Juno, neque Hymen, sed luctuosa Erinny's sanguine infecta prætulit mihi tristes tædas. Quod mihi negotium cum Argonautis? Quodnam cum Argo navi? Quid tibi cum patria mea, nauta Tiphy? Non erat hic ovis conspicua vellere aureo. Nec Lemnos erat aula senis Æetæ. Primo decevi (sed mala fata me cogebant) exturbare castra hospita manu muliebri. Lemniades sciunt, etiam optime, viros quoque superare. Vita fuit defendenda tam*

~~~~~

49 Multi codd. *fulvo sp. auro*; Gu. 4. exhibet tantum *fulvo*; deinde reliqui tantum *spect. auro*.—50 Gu. 2. *Nonsensis*.—51 *Mala fata* P. et duo alii; Heins. item Gu. 3. *Ceteri mea fata*.—52 Excerpta Voss. et cod. Jun. *castra domo*.—54 *Ripa* in uno Voss. et Fr. pro diversa lect. ascriptum. *Vulgo vita*.—55

#### NOTÆ

44 *Tempora vincit*] Phrasis Græca Horatio familiaris, pro, vincita tempora habens.

45 *At mihi*] Dixerat Junonem nuptiis suis affuisse, ut justum matrimonium suum faceret. Jam loquendi formulam corrigit; vultque matrimonium equidem legitimum fuisse, sed in eo Junonem non visam fuisse.

*Erinny's*] Furia. Tres fuerunt, quæ etiam Diræ et Enmenides dictæ.

47 *Minyis*] Argonautis. Fuerunt illi populi Thessaliæ, qui Jasonem in expeditionem Colchicam secuti sunt: quamvis aliter Hyginus.

*Tritonide*] Id est, Argo navi; a Pallade, quæ, a Tritone palude, ubi nata creditur, Tritonia dicta est. Navis vero ideo a Pallade denominata, quod ejus consilio a Jasonem, administro Argo, contexta fuerit.

48 *Tiphy*] Fuit Tiphys navis gu-

bernator. Quod vero ita animatis et inanimatis irascitur Hypsipyle, id totum in Jasonem redundat.

49 *Non erat*] Quasi dicat, Quamobrem huc venisti? Cum quo vero potissimum rixetur, nec qua de causa, nescit Hypsipyle; quod maximum indicat dolorem.

50 *Æetæ*] Fuit Æetes, sive Æeta, Solis filius, Medæ pater, Rex Colchorum.

*Lemnos*] Maris Ægæi insula, propemodum ultima ad Septentrionem, ubi Hypsipyle regnavit.

52 *Hospita*] Hospitum Argonautarum.

*Fœminea*] Viros suos interfecisse Lemniades in argumento vidimus. Quod quidem factum, quia ob factorem a Venere irata immissum, ab iis spernerentur.

53 *Nimium*] Pro valde, maxime;

Urbe virum vidi, tectoque animoque recepi : 55  
 Hic tibi bisque æstas, bisque cucurrit hyems.  
 Tertia messis erat; cum tu, dare vela coactus,  
 Implesti lacrymis talia verba tuis :  
 Abstrahor, Hypsipyle; sed (dent modo fata recursus)  
 Vir tuus hinc abeo; vir tibi semper ero. 60  
 Quod tamen e nobis gravida celatur in alvo,  
 Vivat; et ejusdem simus uterque parens.  
 Hactenus: et, lacrymis in falsa fluentibus ora,  
 Cetera te memini non potuisse loqui.

*strenuo milite. Vidi virum in urbe, et excepi in ædes et in cor: hic æstas bis tibi præterit, et bis hyems. Tertia messis venerat; cum tu coactus committere vela ventis, cumulasti talia verba lacrymis tuis: Abripior, Hypsipyle; sed, (fata concedant tantum reditum) hinc maritus tuus discedo; semper ero tibi maritus. Interim quod absconditur e nobis in utero tuo tumido tollatur; et simus uterque parens ejusdem. Hactenus: et, lacrymis fluentibus per simulatos vultus, memini te non*

Heins. conj. *Urbe virum vidua.*—56 Gu. 1. et 4. *bis æstas.*—58 Heins. *ma-*  
*vult verba suis.*—59 Helm. *facta recursus.* Gu. 2. *recursum.* Alii *si dent m.*  
*fata recursum.*—63 *Fluentibus* Go. *ceteri cadentibus.*—65 Gu. 1. 2. 4. *Argon,*

## NOTÆ

sic Terentius, in Eunuch. ‘Os tuum impudens videre nimum vellem.’

54 *Milite*] Lemmiadibus, scilicet, mulieribus.

*Ripa*] Vulg. habent *rita* pro *ripa*: et sic quies, et vitæ jucunditas intelligenda est; ut sæpe ea vox apud Terentium usurpatur. Neque enim Hypsipyles vitæ struxit insidias. Sed monet Heinsius in uno Codice Vossiano pro diversa lectione *ripa* esse; quod, tametsi non ob easdem rationes, ut quidem illi, mihi quoque placeret.

55 *Virum*] Te, scilicet.

*Vidi*] Heinsio vehementer friget vox ista, proque ea scribit *vidua*; quod certe, si paterentur membranæ, elegantissimum videretur; fuerit enim maximum beneficium, quod mœnibus receptus sit Jason, unde omnes viri deturbati fuissent.

57 *Coactus*] Ab Hercule et aliis.

58 *Implesti*] Significat sine lacrymis eum non potuisse loqui.

59 *Abstrahor*] Id est, Per vim et contra voluntatem meam abducor.

61 *Tamen*] Quamvis discedam.

62 *Vivat*] Ne interficiatur. Jam alicubi, ni fallor, de barbara pueros perdendi consuetudine, apud veteres Ethnicos recepta, admonuimus. Sed Hypsipylem opus fuit insuper hortari, ut partum tolleret, ne si masculum enixa esset, more patrio interficeretur.

*Simus*] Sitque pariter idem tuus fœtus amoris nostri pignus: nam istud est intelligendum. Videntur reip-sa uterque parens unum fieri in liberis.

63 *Hactenus*] Id est, Eousque pervenit oratio tua: Hæc locutus es: Non ultra progressus es.

*Falsa*] Pictas fuisse lacrymas, et verba, et vultum, contendit Hypsipyle.

64 *Cetera*] Quæ velle te pronuntiare gestus et conatus indicabat.

Ultimus e sociis sacram conscendis in Argo. 65

Illa volat; ventus concava vela tenet.

Cœrula propulsæ subducitur unda carinæ;

Terra tibi, nobis aspiciuntur aquæ.

In latus omne patens turris circumspicit undas:

Huc feror; et lacrymis osque sinusque madent. 70

Per lacrymas specto; cupidæque faventia menti

Longius assueto lumina nostra vident.

Addo preces castas, immixtaque vota timori,

Nunc quoque te salvo persoluenda mihi.

Vota ego persolvam? votis Medea fruatur? 75

Cor dolet; atque ira mixtus abundat amor.

*potuisse cetera proferre. Postremus ex sociis ascendis in sacram Argo. Illa velocissime fugit: ventus occupat vela concava. Cœrulei fluctus subtrahuntur agitatae navi: versus terram respicis, nos versus aquam. Turris ex omni parte conspicua imminet mari: huc eo; et facies et sinus hument lacrymis. Per lacrymas aspicio; et oculi nostri faventes animo avido prospiciunt longius quam soliti crunt. Adde preces pudicas, et vota cum metu conjuncta, quæ etiam nunc debeo exsolvere, te salvo. Ego exsolvam vota? Medea gaudebit votis? Cordi agre est; atque amor mixtus*

atque ita infra etiam XII. 9.—66 Francius conj. *vela rapit, vel vento conc. v. tument.*—68 Codd. Ser. et Mor. *prospiciuntur.* Gu. 1. *inspiciuntur;* 4. *conspiciuntur.*—69 Gu. 4. *Est latus.*—70 Codd. D. a *lacrymis.* Ora sinusque optimi, etiam Guelferbytani. Vulgo *ora sinusque.*—71 Volscus conj. *faventia amanti.*—73 Al. *Adde.* Gu. 4. *vota pudori.*—76 Quidam *iræ.*—77 Gr. *Tura feram.*

## NOTE

65 *Sacram*] Quia Palladis cura fabricata fuerat; deinde etiam propter malum, aut tabulam vocalem et fatidicam ex Dodonæa sylva, indicante Minerva, decisam.

66 *Concava*] Cum ventis inflantur.

67 *Subducitur*] Quando ventis et remis navis impellitur, et velociter currit, non modo terræ, sed maris etiam undæ, adeoque mare fugere et subtrahi videtur.

68 *Terra*] Sic solent, qui abeunt, et qui remanent in sese, mutuo ora convertere, donec extremum *vale* dicere cogantur, quando per locorum distantiam omnino separantur.

69 *In latus*] Quæ ergo editissima

erat. Locum describit, unde discedentem Jasonem spectasse dicit.

70 *Feror*] Certe istud est ex intimo amoris sinu deproptum: et quam lepidum est, tam est et tenerum.

73 *Addo*] Alii *adde;* pro *addo,* seu *addidi.* Ita et ex affectu majore, vel etiam variandi causa, loqui amamus.

*Timori*] Timebat Jasoni suo Hypsipyle, quem magnis periculis sese oblectare videbat.

75 *Persolvam*] Cum maxima indignatione istud est pronuntiandum, quia dolori maximo versibus præcedentibus causa substrata est, iraque usque ad extremum repressa. At-

Dona feram templis, vivum quod Iasona perdo ?

Hostia pro damnis concidat icta meis ?

Non equidem secura fui; semperque verebar,

Ne pater Argolica sumeret urbe nurum.

80

Argolidas timui: nocuit mihi barbara pellex.

Non expectata vulnus ab hoste tuli.

Nec facie meritisve placet; sed carmine movit,

Diraque cantata pabula falce metit.

Illa reluctantem curru deducere Lunam

85

Nititur, et tenebris abdere Solis equos.

Illa refrænât aquas, obliquaque flumina sistit;

Illa loco sylvas, vivaque saxa movet.

*ira affluit. Feram munera in templa, quia amitto Jasona vivum? Hostia percussa cadat pro damnis meis? Non equidem vixi sine cura; et semper timebam, ne pater tuus deligeret nurum ex urbe Thessalica. Reformidavi Thessalicas: offecit mihi pellex barbara. Illata est plaga ab hoste improvisa. Nec illa tibi grata est forma vel beneficiis; sed te incantamentis pellexit: et vellit herbas noxias falce incantata. Illu conatur deturbare curru Lunam resistentem, et abscondere tenebris equos Solis. Illa retinet undas, et coercet flumina sinuosa: illa deturbat*

*Perdo* Putean. Reg. et Gu. 1. a manu prima. Vulgo *perdam*, quod in omnibus Guelf. sed in 1. a correct. Gr. *Vivum quoque Ias. perdam*. Heinsius conj. *vivumque ut Ias. perdam*. Zinzerlingius promuls. crit. c. 24. legebat *vivum quo*.—78 *Concidat* Putean. Reg. Gu. 2. et 4. pro vulg. *concide*, quod etiam in Gu. 1.—81 *Argolidas* P. probante Heins. Vulgo *Argolicas*.—82 *Expectata* e P. ceteri *expectato*.—83 Gu. omnes *meritisque*. sex codd. *carmina novit*.—85 *Curru* tres codd. Heins. Vulgo *curso*. Gu. 2. *reducere Lun*.—86 Gu. 2. et 4. *ten. addere*.—87 Duo libri *obliquaque fulmina*, quod placet Heins. et Brouck-

#### NOTÆ

tente, qui volet proficere, Poëtæ artem indagabitur: nec vero pœnitabit.

*Fruetur*] Eorum utilitate et fructu gaudebit?

76 *Abundat*] Istud quoque ex natura: nam ira spiritus animales irritantur; et ad id, quod agimus, promtiores redduntur. Itaque ne irascatur qui amat, nisi ametur.

77 *Vivum perdo*] In vocibus, in re est repugnantia. Atque hæc omnia ironice et per indignationem sunt proferenda.

79 *Secura*] De matrimonio nostro, scilicet.

80 *Argolica*] Thessalica: nam etiam Thessalia Argos Pelasgicum dicta est.

81 *Barbara*] Medea.

83 *Movit*] Te ad sui amorem incantamentis perpulit.

84 *Falce*] Ex magica arte, quasdam herbas pro diverso usu velli, aut incidi oportebat. Atque istud posterius falce ænea ad Lunam factitatum esse ex Virgilio discimus.

85 *Deducere*] Id est, prorsus venefica est Medea. Sic etiam dixit Tibullus, 'Cantus et e curru Lunam deducere tentat.'

86 *Abdere*] Id est, Solem ipsum lu-



Per tumulos errat passis discincta capillis,  
 Certa que de tepidis colligit ossa rogis. 90  
 Devovet absentes; simulacra que cerea figit,  
 Et miserum tenues in jecur urget acus.  
 Et quæ nescierim melius. Male quæritur herbis,  
 Moribus et forma conciliandus, amor.  
 Hanc potes amplecti? thalamoque relictus in uno 95  
 Impavidus somno, nocte silente, frui?  
 Scilicet ut tauros, ita te juba ferre coëgit;  
 Quaque feros angues, te quoque mulcet, ope.

*sylvas et vivos rupes loco suo. Discincta ragatur per sepulcra coma sparsa, et legit quædam ossa de rogis calidis. Male precatur absentibus; et transverberat imagines cereas, et defigit in miserum jecur acus exiles: et quæ melius ignoraverim. Amor male captatur herbis, qui debet alluci moribus et pulchritudine. Hanc non metuis fovere? et in eodem lecto destitutus potesne dormire sine metu per noctis silentium? Nimirum coëgit te jugum pati, ut coëgit tauros: et mollit te quoque eadem opera, qua mollit sævos serpentes. Adjice, quod illa se gaudet auctorem*

ludio.—88 *Saxa trahit* cum codd. Voss. Scr. et Go. mavult Heins.—89 Gu. 2. et 4. *errat sparsis*, 3. *paris*. Gu. 2. et Helm. *distincta cap.*—90 Scr. et Ha. *Cunctaque de tep.* Me. alter pro diversa lect. *Duraque.* Gronovius obs. eccles. c. 5. *suspiciatur Curtaque*; Heins. *functaque*, vel *erutaque e tep.*—91 *Figit* est e P. Vulgo *figit*.—93 Quatuor Heins. et Gu. 3. *Et quoque.* Cant. *Et quas* pro diversa lect. script. plerique, in his Gu. omnes, sed 2. a correct. *mage quæritur.* Alii scribunt *Et quæ nescierim: meliusne age quæritur herbis?* per interrogationem. Heins. vult *Et, quas nesc. melius, male q. h. vel Et quæ nescierit melius maga.*—94 Pro *Moribus* Gu. 1. et 3. *Mobilis*, 2. *Nobilis.*—

## NOTÆ

mine suo privare.

87 *Obliqua*] Epitheton fluminum, quorum cursus obliquus est.

88 *Vivaque*] Id est, ibi nata, et magna, quæ terræ implantata videntur. *Des Rochers.*

89 *Tumulos*] Sepulcra.

*Discincta*] Ex disciplina magica hæc omnia transcripta sunt. Sed vide quam apposite et ad scopum convenienter, quam bene et jucunde variata oratio.

91 *Figit*] Ut, quemadmodum imago cerea hoc et illud vulnus accepit, ita et ille, quem repræsentat, hoc aut illo affectu tangatur, &c. In his luserunt etiam Virgilius et Horatius;

quos, si cum illis ridere voles, videbis.

92 *Jecur*] Quod sedem dicunt amoris; ut ita percutiatur ille cuius est illa imago.

93 *Melius*] Multa alia pessima arte dicit Medeam facere, quæ a se melius ignorentur quam cognoscantur.

96 *Silente*] Per noctis silentium; quod ad pavorem incutiendum etiam aptum est.

97 *Scilicet*] Vide mihi, quæso, quale sit Poætæ ingenium; in quas se indnat formas; et quomodo ex quolibet efficiat quidlibet. Hypsipylon versibus proxime præcedentibus, Jasonem a Medæ amore retrahentem,

Adde, quod ascribi factis procerumque tuisque

Se favet; et titulo conjugis uxor obest.

100

Atque aliquis Peliae de partibus acta venenis

Imputat, et populum, qui sibi credat, habet.

Non hæc Æsonides, sed Phasias Æetine

Aurea Phryxæ terga revellit ovis.

Non probat Alcimede mater tua; consule matrem:

105

Non pater, a gelido cui venit axe nurus:

*celebrari factorum tuorum, et Principum Argonautarum; et conjux nocet laudibus mariti. Atque aliquis ex factione Peliae ascribit facta tua venenis, et habet plebem quæ sibi fidem adhibeat. Non Jason, sed Medea abstulit pellem auream arietis Phryxæ. Alcimede mater tua non laudat; consilium pete a matre: non laudat pater, cui adrehtur nurus a polo glaciali. Illa exquirat sibi*

96 Ar. *silente premi*, quod elegantius videtur Heins.—100 *Se favet* priscae editt. cum optimo Puteaneo et aliis nonnullis. Vulgo *Se facit*.—102 Helm. *credit*.—103 Vulgo *sed filia Phasis Aetæ*, et ita Helm. Gu. 2. et 4. *phasis oëte*. Alii substituere *Phasias Aetæ*, ut *Ætam* dissyllabum facerent; et Gu. 1. habet *fasias etc*, 3. *phasis dede*. Nauger. retineri vult *Phasis Aetæ*, Mycillus *Æetæ* integre scribit; sed in scansione duas syllabas pro una sumit, ut fiat *συνεμφώνησις*, non syncope. In P. e vestigiis veteris lectionis, pæne erasæ, utcumque apparebat, scriptum primo fuisse *Phasias Æetine*, cum τὸ *φίλια* a secunda manu esset additum. Atque hanc genuinam Nasonis scripturam putat Heins.—104 *Revellit* meliores; quidam *revulsit*. Matth. Herculanus e veteri libro notarat *refixit*. Brouckhusius malebat *revertit*.—106 *Non probat*

## NOTÆ

induxit: nunc cum videtur illa rationum suarum vim infringere velle, illis pondus addit, seu potius ex iis novum argumentum ad Medeam alienandam colligit.

*Tauros*] Quos Medæ ope Jason perdomuit.

99 *Procerum*] Castoris, Pollucis, Herculis, &c.

101 *Se favet*] Venuste: alii *se facit*. Gall. *Elle prend plaisir, Elle se vante*. Hactenus vero in odium, nunc in invidiam Hypsipyle Medeam ideo conatur adducere, quod in se tot Heronum gloriam derivaret.

*Titulo*] Laudibus tuis detrahit.

101 *Peliae de partibus*] Id est, Ex iis, qui Peliae partes sequuntur, ipsi favent, tibi que sunt infensi.

102 *Imputat*] Dicit, non virtute tua, sed Medæ venenis, omnia facta fuisse, quæ in expeditione Colchica facta sunt.

103 *Non hæc*] Intellige hæc verba esse conjuspiam Peliae fautoris, quibus Jasonis gloriam minueret.

*Phasias*] Medea, a Phaside Colchorum fluvio.

*Æetine*] Æetæ filia; quemadmodum Neptunine, Nereine, Oceanine, aliaque patronymica formantur. Secutus vero sum Heinsii correctionem, quam ex veteri crasa lectione, utcumque tamen apparente, deinde etiam Salmasii approbatione confirmavit.

104 *Phryxæ*] A Phryxo, Athamantis et Nephelæ filio, qui Jovi, vel,

Illa sibi Tanai, Scythiæque paludibus udæ

Quærat, et a patria Phasidos usque, virum.

Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura,

Cur tua pollicito pondere verba carent? 110

Vir meus hinc ieras, vir non meus inde redisti:

Sim reducis conjux, sicut euntis eram.

Si te nobilitas, generosaque nomina tangunt,

En ego Minoo nata Thoante feror.

*maritum ex Tanai et paludibus Scythiæ humidæ, et usque ex patria Phasis. Inconstans Jason, et levior vento verno, quonobrem promissa tua non habent fidem? Abieras hinc maritus meus, rediisti maritus non meus. Sim uxor reducis, sicut eram proficiscentis. Si movearis nobilitate et magnificis titulis; en ego dicor genita*

Gu. 1. Francius conj. a *Getico*. Heins. mavult *quis venit*.—107 Guelferbytani cum pluribus aliis *Tanais*, unde *Tanai* vult Heins. Nangerius et Clot. ex suis a *Tanai*. P. et Guelf. omnes cum plerisque *paludibus udæ*. *Udæ* e 4. libris restituit Heins.—108 *Phasidos* sex libri Heins. et Gu. 4. pro vulg. *Phasidis*. Jan. Vlitius corr. a *patrio Phasidos amne*.—109 Gu. 1. et 3. item Helm. *Æsonides*.—110 *Pollicito* ex octo libris dedit Heins. pro *polliciti*.—111 *Hinc aberus* Gu. 4. *vir non meus* P. et novem alii Heins. et Gu. 1. 2. et 3. Reliqui *cur non*.

## NOTE

ut alii volunt, Marti, apud Colchos arietem, quo Hellespontum transfretaverat, immolavit.

*Revellit*] Bene *revellit*; nam arietis pellem, seu vellus aureum, in templo Martis Phryxus affixit.

105 *Probat*] Ea omnia, scilicet, quæ de te et Medea prædicantur; aut ab hostibus tuis in te jactantur.

106 *Gelido*] Colchide, scilicet, quæ respectu Græciæ gelida est, utpote magis ad Septentrionem inclinans. Ceterum invidiose istud auxit, quomodo Gallice diceremus, *du fonds du Septentrion*, vel, *des glaces du Pole*: nam ab axe seu Polo multum distat Colchis.

107 *Tanai*] Tanais fluvius est notissimus, Asiam ab Europa determinans.

*Scythiæque*] Scythia regio est, cuius pars una Asiæ, altera Europæ ascribitur. Iracunde vero ad barba-

ros, et magis ad Septentrionem, Medeam, quæ sibi maritum quærat, remittit Hypsipyle.

108 *A patria*] Id est, ex Colchidis, vel Armeniæ montibus; unde ortum suum ducere volunt fluvium Phasidem.

*Phasidos*] Phasis fluvius est profundissimus idemque rapidissimus, per quem Argonautæ in Colchos navigarunt. *Phasidos* vero genitivus Græcus est: Latine habet *Phasis*, vel *Phasidis*.

110 *Pollicito*] Alii habent *polliciti*: Heinsio magis arrisit *pollicito*.

*Pollicito pondere verba carent*] Nota bene hanc in loquendo rationem et solertiam. Quanti usus esse potest? Sed pauci istud intelligent, nisi aliquando operi manum admoverint.

114 *Minoo*] Thoas enim, pater Hypsipyles, filius fuit Ariadnæ; Ariadna vero Minoem patrem habuit.

Bacchus avus; Bacchi conjux redimita corona 115

Præradiat stellis signa minora suis.

Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti;

Me quoque res tales inter habere potes.

Nunc etiam peperit: gratare ambobus, Iason.

Dulce mihi gravidæ fecerat auctor onus. 120

Felix in numero quoque sum; prolemque gemellam

Pignora Lucina bina favente dedi.

Si quæris, cui sint similes; cognosceris illis.

Fallere non norunt; cetera patris habent.

*Thoante Mino.* Bacchus est mihi avus; Ariadne, Bacchi conjux, circumdata corona, præluet signis minoribus stellis suis. Dos erit tibi Lemnos, terra sæcunda cultori: potes quoque habere me inter res tam præclaras. Nunc etiam sum enixa; gratulare nobis duobus, Jason: auctor reddiderat pondus gratum mihi gravidæ. Sum quoque fortunata in numero; et emisi binos liberos, progeniem geminam, Lucina adjuvante. Si petis, cui sint similes; cognosceris per illos. Nesciunt frau-

—114 Membranæ Casp. Barthii notante Burm. *Thoante precor.*—117 Editt. Bersm. et aliis *Dos mihi.* Cod. Fr. *Dos tibi Lemnos eat,* quod arridet Burm. *Gr. erat.*—118 Alii *Me quoque quod tales,* ut Gu. 1. Alii *jam tales.* Gu. 2. *Me quoque tales,* 3. *Me qu. quid tales,* 4. *Me qu. tu tales.* Tan. Faber conj. *Me quoque jam matres.* Mezeriacus vult *Me res dotales,* Salmasius *Me quoque dotales inter,* pro *dotatas.* Heius. scribendum censet *Me quoque, quot tales, inter h. p. vel Me qu. dotatas inter,* vel denique *Hanc qu. dotales inter.*—119 Barthius ad Stat. Theb. v. 713. ita distinguit: *Gratulare duobus. Jason Dulce mihi gravidæ, &c.*—123 *Quæris meliores; vulgo quæras.* Duo libri ignosceris, h. e. agnos-

## NOTE

115 *Bacchus avus]* Omnino, siquidem ille Ariadnen uxorem habuit, ex qua Thoantem suscepit, patrem Hypsipyles.

*Redimita]* Hanc fabulam supra vidimus in Phyllidis epistola; sed nota quam apposite et ex mulierculæ ingenio Poëta Hypsipylen, gloriam ex obviis quibusque captantem, inducat.

116 *Signa]* Alia sidera minora et minus lucida. Gall. *Les étoiles de moindre grandeur: les constellations moins remarquables.*

117 *Lemnos]* Insula Lemnos, quæ dos est mea, tua erit, cum me uxorem duxeris.

*Ingeniosa]* Id est, sæcunda, fertilis: nam ingenium terræ etiam tribuitur.

119 *Nunc etiam]* Laudat se a fecunditate, quæ solet esse maritis grata.

*Ambobus]* Mihi, scilicet, et tibi.

120 *Dulce]* Minus mihi grave fuit, quod gravis essem, quia ex te eram.

*Auctor]* Jason, scilicet.

121 *Numero]* Thoantem enim et Ennæum uno partu edidit.

122 *Pignora]* Id est, liberos; quia sunt illi amoris conjugalibus vincula, et quasi pignora.

*Lucina]* Juno Lucina, quæ parturientibus aderat.

123 *Cognosceris]* Adeoque Jasoni erant simillimi. Atque et istud, ad eum in fide et amore retinendum conferebat.

124 *Fallere]* Sicut Jason eorum

- Legatis quos pæne dedi pro matre ferendos : 125  
 Sed tenuit cœptas sæva noverca vias.  
 Medeam timui ; plus est Medea noverca :  
 Medæ faciunt ad scelus omne manus.  
 Spargere quæ fratris potuit laniata per agros  
 Corpora, pignoribus parceret illa meis ? 130  
 Hanc tamen, o demens, Colchisque ablata venenis,  
 Diceris Hypsipyles præposuisse toro.  
 Turpiter illa virum cognovit adultera virgo :  
 Me tibi, teque mihi tæda pudica dedit.  
 Prodidit illa patrem : rapui de cæde Thoanta. 135  
 Deseruit Colchos : me mea Lemnos habet.  
 Quid refert, scelerata piam si vincit, et ipso  
 Crimine dotata est, emeruitque virum ?

*dare ; habent alia omnia patris. Quos fere tradidi portandos legatos pro matre : sed crudelis noverca impedivit inceptum iter. Reformidavi Medeam ; plus est Medea quam noverca. Manus Medæ aptæ sunt ad omnem nequitiam. Quæ potuit disseminare per campos membra lacerata fratris, illa ignosceret meis liberis ? Tamen, o insane, et incunctate venenis Colchicis, diceris prætulisse hanc lecto Hypsipyles. Illa juvenis adultera cognovit fæde meum maritum : fax casta dedit me tibi, et te mihi. Illa prodidit patrem : ego subtraxi Thoanta neci. Illa reliquit Colchos : Lemnos mea tenet me. Quid interest, si scelestâ superat piam, et dolent*

ceris. Capoferrens conj. cognoscor in illis.—125 Legatis Scr. et nms Regius. Vulgo Legatos. Gu. 2. legandos.—126 Gu. 1. tenuit captas.—129 Alii lacerata per a. et sic Gu. et Helm.—131 Unus Regius Hanc o tu demens. Multi quoque Colchis ablata, ut Gu. 2. alii oblata et oblite.—133 Multi codd. adultera certe ; in quibusdam certe est, quod placet Burn. qui et periodum post cognovit velit.—135 Gu. 1. de clade.—136 Alii Colchon.—137 P. Quid referat.

## NOTÆ

pater, qui matrem fefellit.

125 *Pro matre*] Id est, Ut te mihi conciliarent.

126 *Noverca*] Medea, scilicet.

127 *Plus est*] Id est, Major est adhuc in Medea sævitia, quam in noverca. Gall. *Qui dit Médée, dit bien plus que marâtre.*

129 *Spargere*] Fabula est, Medeam, ut insequentem patrem moraretur, cum Jasonis fugam comitata esset, Absyrti, fratris sui, membra dilacerasse, iisque viam stravisse.

131 *Ablate*] Jasonem innuit per Delph. et Var. Clas.

veneficia mente alienatum a Medea fuisse.

133 *Virum*] Te, scilicet, qui meus es.

134 *Tæda pudica*] Legitimum conjugium ; ad cujus celebrationem tædas adhibitas fuisse supra vidimus. Metonym. est.

135 *Illâ*] Medea, cujus ope vellus aureum a Jasono sublatum.

*De cæde*] Sola enim ex omnibus Lemniadibus patrem suum servavit, cum aliæ viros omnes trucidassent.

136 *Deseruit*] Ut impudicæ solent.

Ovid.

I

Lemniadum facinus culpo, non miror, Iason:

Quamlibet iratis ipse dat arma dolor. 140

Dic age, si ventis (ut oportuit) actus iniquis

Intrasses portus, tuque comesque, meos;

Obviaque exissem, foetu comitata gemello:

(Hiscere nempe tibi terra roganda foret:)

Quo vultu natos, quo me, scelerate, videres? 145

Perfidiae pretio, qua nece, dignus eras?

Ipse quidem per me tutus sospesque fuisses;

Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.

Pellicis ipsa meos impressem sanguine vultus,

Quosque beneficiis abstulit illa suis. 150

Medeae Medea forem. Quod si quid ab alto

Justus ades votis, Jupiter, ipse meis;

*habet crimen ipsum, et eo sibi conciliavit maritum? Damno flagitium Lemniadum puellarum, non miror, Jason. Dolor ipse ingerit qualibet arma infeasus. Dic, quaeso, si pulsus ventis adversis (ut decuit) tu et comes introisses meos portus; et processissem obviam cum duobus liberis: (scilicet tibi opus fuisset precari terram, ut hiaret:) quo ore potuisses intueri filios, quo me, scelesti? Qua morte dignus eras pro mercede perfidiae tuae? Tu equidem fuisses tutus et incolumis per me: non quia tu es dignus, sed quia ego sum lenis. Ego cooperuissem meos oculos sanguine pellicis, et tuos, quos illa abripuit beneficiis suis. Essem Medea Medeae. Quod si Jupiter ipse adest aequus aliqua parte ex caelo meis precibus; pellex mei*

Gu. 1. et 4. cum al. referam. Gu. 1. vincet, 2. et 4. vincat. Gu. 4. et ipsa.—138 Sa. cum quatuor aliis demeruitque.—140 Quamlibet iratis est e P. Alii libri cum Gu. 2. et 4. Quelibet ir. Alii quodlibet ad facinus, uti Gu. 2. et 4. Heusing. suspicatur vocem iratis e glossa irrepsisse, et dedisse Ovidium Quamlibet invalidis, aut Quamlibet infirmis. Francinus conj. justu dat.—143 P. et Gu. 1. comitante.—144 Quidam nonne tibi, ut Gu. 1. Idem roganda fuit.—146 Perfidiae pretio Putean. et excerpta Scalig. Vulgo Perfide quo pr.—Gu. 2. Perfice quo.—147 P. per te. Al. pro me.—150 Li. illa tuos.—151-152 Quod si

#### NOTÆ

138 *Crimine dotata*] Medeam Jason abduxit, quod sui causa patrem prodidisset. Quam lepide vero et apposite istud arguit Hypsipyle!

139 *Non miror*] Quod viros suos Lemniades interfecerint, se equidem dicit non approbare. Veruntamen in eo nihil esse quod dolor contemptae uxori facile non suggerat.

140 *Quamlibet*] Sic clarissimus Heinsius malebat pro *qualibet*: sed

non ita videtur ad scopum spectare.

141 *Oportuit*] Dignus fuisti, cui istud evenerit.

142 *Comesque*] Medea, quam praedolore et ira non nominat.

144 *Hiscere*] Id est, Tanti sceleris pudore usque adeo suffusus fuisses et perturbatus, ut terrae hiatu absorptum quam in meum conspectum datum te praepotasses.

Quod gemit Hypsipyle, lecti quoque subnuba nostri  
 Mœreat, et leges sanciat ipsa suas :  
 Utque ego destituor conjux, materque duorum ; 155  
 A totidem natis orba sit, aque viro.  
 Nec male parta diu teneat ; pejusque relinquat :  
 Exulet, et toto quærat in orbe fugam.  
 Quam fratri germana fuit, miseroque parenti  
 Filia, tam natis, tam sit acerba viro. 160  
 Cum mare, cum terras consumserit, aëra tentet :  
 Erret inops, exspes, cæde cruenta sua.

*lecti flet, quod Hypsipyle queritur, et ipsa firmet leges suas. Et quemadmodum ego uxor, et mater duorum relinquo, illa sit privata totidem liberis, atque marito. Nec diu possideat, quæ male acquisivit ; et graviore modo deserat. Exul vivat ; et quærat fugam in toto mundo. Quam sæva fuit soror fratri, et filia sæva misero patri ; tam sit sæva liberis, tam sit sæva marito. Cum peragraverit mare et terras, experiatur aëra. Vagetur egena, sine spe, sanguinolenta sua nece. Ego,*

*quid adest scripti plerique cum editt. priscis, ut r̄d quid eleganter redundet. Gu. 1. et 4. sed ille post rasuram, et Helm. cum al. si quis. Justus ades pro adest repositus Heins. atque ita Helm. Ades precibus editt. Colin. et Bersm. Adest precibus ed. Gryph. Lugd. 1554. Francius corr. si quid ab aliu Justus ades v. Jup. arce meis.—153 Subnuba P. et Gu. 1. cum melioribus. Al. succuba.—154 Sanciat Voss. et Me. alter. Vulgo sentiat. Gu. 1. nunciat, a correctore senciat.—156 P. Gu. omnes et reliqui plerique illa viro. Heins. conj. Da totidem n. o. s. orba viro.—157 Pejusque relinquat unus A. Pat. unus pænisque relinquat ; unde Heins. conj. pænisque relicta Exulet.—158 Unus V. in orbe fidem. Unus Str. in orbe viam.—162 Multi scripti, in his Gu. 4. inops mentis. Gu. 2.*

## NOTE

149 *Pellicis*] Medææ.

150 *Quosque*] Jasonis.

*Abstulit*] A me avertit.

151 *Medeæ*] Id est, sævissima.

*Si quid*] Alii *si quis*. Optime vero et venuste *si quid* plurimi ; quod reposuit Heinsius : qui idem vere, eleganter redundare r̄d *quid* asserit. Ita et Virgilius. ‘ Si quid pietas antiqua labores Respiciat humanos.’

153 *Subnuba*] Medea concubina. Alii habent *succuba* : quam vocem vix Latinam dicit Heinsius.

154 *Sanciat*] Firmet, et ratas efficiat. Id est, Cum ipsa sibi licitum crediderit uxores de conjugali toro deturbare, et ea de re quasi legem exemplo in me edito posuerit, opto,

ut etiam damno suo legem istam sanciat.

156 *A totidem*] Voto suo non excidit Hypsipyle. Jason enim, cum Creusam Creontis Corinthiorum regis filiam uxorem duceret, Medeam expulit ; quæ duos, quos ex Jasone habuerat, filios crudeliter mactavit. Nota vero phrasim, *orbum esse a re aliqua* : ita et Cicero dixit in Oratione pro Flacco, ‘ orba ab Optimatibus concio.’

*Viro*] Cum Creusa conflagrasse Jasonem, incendio quod Medea in Creontis regia excitavit, scribit Hyginus. Quanquam alii aliter.

161 *Consumserit*] Frustraque in iis asylum quæsierit. Corintho vero Me-

Hæc ego conjugio fraudata Thoantias oro ;  
Vivite devoto, nuptaque, virque, toro.

*Thoantis filia, expulsa conjugio hæc imprecor. Vivite, vir et uxor, lecto diris damnato.*

et 3. *inops, expers.* In Leid. pro varia lectione, ut videtur, ascriptum erat alterum pentametrum : *Et fugiat natis ipsa cruenta suis.*

## NOTÆ

|                                                                                                           |                                                                                       |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|
| dea pulsa est, postquam Jasoni Creusa nupsisset : deinde etiam Athenis, ab Ægeo, cui nupserat, repudiata. | pius Auctor noster memorat. 163 <i>Thoantias</i> ] Hypsipyle, Thoantis filia.         |
| <i>Æra</i> ] Quomodo draconibus vecta Corintho Athenisque aufugerit Medea, passim reperies : illudque sæ- | 164 <i>Devoto</i> ] Execrationibus et infelicitatibus per meas imprecationes referto. |

## EPISTOLA VII.

## DIDO ÆNEÆ.

## ARGUMENTUM.

TROJA a Græcis eversa, Æneas, Anchisæ et Veneris filius, postquam incendio penates eripuisse, viginti navibus mare ingreditur. Tempestate autem jactatus, diuque circum multa littora errans, in Libyam est delatus : ubi tunc Dido, ut fingit Virgilius, Beli filia, et Sichæi Herculis sacerdotis uxor, Tyro profecta, fratris Pygmalionis sævitiam et avaritiam fugiens, novam urbem, Carthaginem moliebatur, a qua Æneas una cum sociis liberaliter susceptus, amatus, in ejusdem sese interiorem consuetudinem demisit. Cum autem Mercurii monitu in Italiam, fatis sibi promissam, navigare pararet, Dido (ut quæ cum maxime amans et ardens omnia momenta expenderet) animum ejus præsentens, a navigandi proposito eum revocare studet : quo non impetrato, ut saltem differat præceptis iter, orat. Multis autem frustra admotis precibus, tandem moritura ad eum scribit, ut mortis causam præbuisse intelligat.



Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis,  
 Ad vada Mæandri concinit albus olor.  
 Nec, quia te nostra sperem prece posse moveri,  
 Alloquor: adverso movimus ista Deo.  
 Sed merita et famam, corpusque animumque pudicum 5  
 Cum male perdiderim, perdere verba leve est.  
 Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido:  
 Atque îdem venti vela fidemque ferent.

*Sic candidus cygnus, jacens super herba, canit ad vada Mæandri, cum mors vocat. Neque compello te, quod credam te posse flecti precatione nostra: optavimus ista Deo averso. Sed cum male profunderim beneficia et famam, et corpus et animum castum, parum est profundere verba. Decrevisti tamen abire, et deserere infelicem Didonem: atque îdem venti rapiant vela et fidem tuam. Decrevisti, Æneæ, sol-*

Liber Regius et Excerpta P. cum cod. L. sequens distichon huic epistolæ præfigunt: *Accipe, Dardanide, morituræ carmen Elissæ: Quæ legis, a nobis ultima verba legis.*—4 Heins. vult *averso*. P. cum al. *novimus ista*. Bas. *vois*, unde Heins. scribendum censet *vorimus*.—5 Vulgo *Sed meriti famam*, et sic Gu. omnes: Go. et alter Me. *meritam*: unus Medic. *merita*: P. *merite*.

## NOTÆ

1 *Sic concinit*] Uti ego nunc cano, supple: quod, de industria, a Poëta non expressum, majoris affectus declarandi causa. Ceterum in quibusdam codicibus, hujus epistolæ initium faciunt versus duo sequentes: 'Accipe, Dardanide, morituræ carmen Elissæ. Quæ legis, a nobis ultima verba legis.' At illi, tametsi non ita male coherent, merito tamen, cum in optimis præsertim editionibus non appareant, tanquam adulterini rejecti sunt. Epistola vero fere tota est ex Virgilio desumpta.

*Fata vocant*] Id est, cum mors instat. Inde tracta phrasi quod nihil sine factorum ordine fiat.

2 *Vada*] Vadum locus est aquosus, per quem tamen pedibus licet vadere. Sumitur etiam pro aquis simpliciter.

*Mæandri*] Mæander, seu, ut alii

scribunt, Mæandrus, fluvius est minoris Asiæ, in Ægeum mare influens, adeo sinuosus, ut sæpe videatur reverti.

*Concinit*] Morti vicinum cygnum cantare voluerunt fabularum artifices Poëta.

4 *Movimus*] Cur *movimus* improba-verit Heinsius non video: (*movere* enim sæpe pro *Suscipere* ponitur) nisi quia jam ea voce, versu proxime præcedenti, usus est Poëta. *Vorimus* vero ex hac Basileensis Codicis Scriptura *vois* effecit Heinsius.

*Ista*] Ut te in mei amore retine-rem.

5 *Merita*] Æneam hospitio perbenigne acceperat, &c.

*Famam*] Quia ante visum Æneam castissima habebatur.

*Corpusque*] Ab Æneæ violatum.

7 *Certus ire*] 'Certus eundi.' Virgil.

- Certus es, Ænea, cum fœdere solvere naves;  
 Quæque ubi sint nescis, Itala regna sequi. 10  
 Nec nova Carthago, nec te crescentia tangunt  
 Mœnia; nec sceptro tradita summa tuo.  
 Facta fugis; facienda petis: quærenda per orbem  
 Altera, quæsita est altera terra tibi.  
 Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam? 15  
 Quis sua non notis arva tenenda dabit?  
 Alter habendus amor tibi restat, et altera Dido;  
 Quamque iterum fallas, altera danda fides.  
 Quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem,  
 Et videas populos altus ab arce tuos? 20

*vere naves cum pacto: et regna Itala petere, quæ ignoras ubi sint. Nec nova Carthago, nec muri surgentes te movent; nec summa rerum concessa tuo sceptro. Fugis quæ facta sunt; sequeris quæ facienda sunt. Altera tellus investiganda est tibi per orbem, altera est inventa. Quamquam solum reperias, quisnam id tibi præbebit possidendum? Quis dabit agros suos possidendos hominibus incognitis? Superest tibi alter Amor habendus, et altera Dido: et fides altera danda, quam frangas demuo. Quando eveniet, ut ædifices urbem instar Carthaginis, et sublimis prospicias*

Heins. corrigit *merita et f.*—6 P. *perdideris.*—11 L. *Nec mea.* R. *surgentia tangunt.*—12 Gu. 4. cum undecim aliis, teste Burn. *tradita regna.* Mor. *credita regna.* Heins. vult *nec sceptri tradita summa mei.*—13 Codd. plurimi it. ed. Ald. et Ven. *fugienda petis.*—15 Gu. 2. *quis enim,* probante Heusing.—16 Tres libri *regna tenenda,* unus V. *arva colenda,* et alter Me. *tuenda.*—17 Gu. 4. *Alter am. tibi rest. habendus.*—18 Al. *Quaque.*—21 *Ut eveniant* P. et

## NOTÆ

Æn. iv. Ceterum hæc omnia cum aliqua admiratione proferenda sunt.

8 *Fidemque ferent*] Id est, Perfidus eris. Proverbialis locutio, nostris etiam familiaris, dum nullius momenti rem aliquam exagitant. Dicunt enim, *Autant en emporte le vent:* et similia.

9 *Solvere*] Iterum in diversa vocum significatione ludit Poëta. Solvere fœdus, est fœdus frangere. Solvere naves, est, eas ex portu deducere. Id est, Decrevisti simul et pariter matrimonium nostrum dissolvere, et, abeundi causa, naves portu solvere.

11 *Nova*] Quam tunc temporis

Dido ædificabat.

12 *Summa*] Id est, Quicquid erat penes me divitiarum et potestatis.

13 *Facta*] Carthaginem conditam.

*Facienda*] Urbem quam, fatis admonitus, in Italia conditurum se Æneas prædicabat.

14 *Altera*] Hæc, scilicet, quam tibi dedi.

15 *Quis*] Quasi dicat, nullus.

17 *Alter*] Quem fortasse nunquam invenies.

18 *Iterum*] Sicuti datam mihi fefelisti.

*Fallas*] Fallere fidem, pro, fidem violare, etiam apud Ciceronem.

19 *Quando*] Quasi dicat, nunquam,

Omnia ut eveniant, nec te tua vota morentur;

Unde tibi, quæ te sic amet, uxor erit?

Uror, ut inducto ceratæ sulfure tædæ;

Ut pia fumosis addita thura focis.

Æneas oculis semper vigilantis inhæret:

25

Ænean animo noxque diesque refert.

Ille quidem male gratus, et ad mea munera surdus;

Et quo, si non sim stulta, carere velim.

Non tamen Ænean, quamvis male cogitat, odi:

Sed queror infidum, quæstaque pejus amo.

30

Parce Venus nurui, durumque amplectere fratrem,

Frater Amor: castris militet ille tuis.

*populos tuos ab arce? Quantumvis omnia accidant, nec tua desideria te retardent; unde conjux tibi aderit, quæ te amet, ut ego te amo? Ardeo, ut tædæ oblité sulphure; ut pia thura injecta altaribus fumosis. Semper Æneas observatur oculis mei expectatæ: nox et dies repræsentat Ænean animo meo. Ille quidem ingratus, et durus ad mea dona; et quo, si non sim insuava, cupiam carere. Non tamen odio habeo Ænean, quamvis male animo sentit: sed querimoniam habeo de perfido, et postquam habui, magis amo. Venus ignosce nurui, tuque, o Amor frater, complectere crudelem fratrem: ille sequatur castra tua. Aut ego se-*



Gu. 3. cum melioribus quibusdam. Al. *si veniant*. Gu. 2. *Omnia subveniant*. Multi codd. *tua facta*; quidam *ficta*; unde Heins. conj. *nec te tibi ficta mor*. Gu. 4. *fata*.—23 Excerpta Sa. *ut incocto*.—24 Hunc et sequentem versum, in vulgatis libris, etiam Gu. omnibus, omissos, ex optimis membranarum inseruit Heins. Helm. a manu sec. *pia submissis*. *focis* est e Gr. et Bas. In Sa. et plurimis rogis.—25 Al. *vigilantibus hæret*.—26 Al. *Æneanque*, vel *Æneanque*.—27 *Munera tardus* Mor. Ha. et Leid.—29 Al. *cogitet*; sed *cogitat* meliores.

## NOTÆ

aut tardissime.

21 *Morentur*] Id est, Quanquam nulla sit mora, quin omnia, quæ optaveris, eveniant.

22 *Sic*] Ut ego te amo.

23 *Tædæ*] Tæda, arbor est ex resinosis, flammis luminibusque sacrorum grata, auctore Plinio.

24 *Pia*] Quibus erga Deos pietatem testamur.

27 *Surdus*] Quia illis neque movebatur, neque ab instituto itinere deturbabatur.

28 *Stulta*] Stultus vero est, qui eo

carere non vult, quem neque beneficiis neque amore retinere potest.

31 *Nurui*] Id est, mihi. Æneas matrem habuit Venerem: adeoque Veneris nurus fuerit, quæ illum maritum vocitaverit.

*Amplectere*] Et ad mei amorem perduce.

32 *Frater*] Æneæ frater fuerit Amor, siquidem uterque Venere genitus.

*Militet*] Amet, et amet me: militia enim Amoris amor est.

- Aut ego, quem cœpi (neque enim dedignor) amare ;  
 Materiam curæ præbeat ille meæ.  
 Fallor, et ista mihi falso jactatur imago. 35  
 Matris ab ingenio dissidet ille suæ.  
 Te lapis, et montes, innataque rupibus altis  
 Robora, te sævæ progenuere feræ :  
 Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis ;  
 Quod tamen adversis fluctibus ire paras. 40  
 Quo fugis ? obstat hyems : hyemis mihi gratia prosit.  
 Aspice, ut eversas concitet Euris aquas.

quar, quæ capi amare, (neque enim abmo); ille det materiam amori meo. Decipior; et ista cogitatio ostentatur mihi falso. Ille non vicit ex indole matris suæ. Saxum et montes, et robora ingenuita rupibus altis, feræ crudeliter produxerunt te: aut mare, quale cernis commoveri nunc quoque ventis; quo tamen ire cupis undis contrariis. Quo fugis? tempestus impedit: tempestatis gratia mihi serviat. Vide,

—31 Helm. *dirumque*.—33 *Quem capi* meliores cum Gu. 2. et 4. Alii *quæ cæpi*. P. et duo alii, *Et ego*, alius *Ait*; quinque teste Burm. et Helm. *En ego quæ*. Ar. *haud ego*. Burm. conj. *Cust. mil. ille tuis; Atque ego, quæ cæpi: nec enim d. a.*—35 *Et ipsa mihi falso jactatur imago*] *Ista imago* P. et alii ex castigatio-ribus: *falsa* quoque idem P. Forte, *mihî falsæ*. Heins.—40 *Quod tamen* cod.

## NOTE

33 *Quem*] Sic ex melioribus codicibus correxerat Heinsius. *Quæ* vero, quod in aliis reperitur, reponendum videtur, quia clariorem sensum et meliorem efficit: nam et idem ille Heinsius hanc, ut videtur, sibi legem in correctionibus suis posuit.

34 *Materiam*] Nutrimentum et causam amet. Quam acute istud inflexerit, vide. Dicit Amori, se sponte ejus militiæ nomen dedisse, et ejus castra sequi: tantummodo ille materia vota sua non destituat. Quæ magis honesta esse potest Oratio ad Imperatorem? At Dido tamen, quod maxime cupit, conficit; nam Amoris materia Æneæ amor est reciprocus.

*Curæ*] *Amori*. Sic Virgil. de hac ipsa Dido loquens: 'At Regina gravi jamdudum sancita cura.'

35 *Fallor*] Quæ Ænean ad mei amorem perducere posse cogito.

*Ista*] Quæ, dies, noctes, mentem

obambulat; cum Ænean facilem et amore victum mihi fingo.

36 *Dissidet*] Quia ille durus; Venus mollis, &c.

37 *Te*] Ænean tanquam præsentem alloquitur. Quod quidem convenientissime fecit, quo tempore eum phantasiæ oberrantem induxit.

38 *Robora*] Robur, arbor est glandifera, durissima.

40 *Quod*] Vulgo legitur *Quo*. Alii habent *qua*: quod Heinsius propter ejusdem *quo*, versu proxime sequenti, concursum, placuit.

*Fugis*] Invidiose.

*Hyems*] Tempestat. Ita et Horatius.

*Hyemis gratia*] Cujus vix ulla est. Ovidium vide, ut ubique ingeniosus est.

42 *Eversas*] Pro, evertat et concitet.

*Eurus*] Ventus ab ortu spirans,

Quod tibi maluerim, sine me debere procellis.

Justior est animo ventus et unda tuo.

Non ego sum tanti, (quamvis merearis, inique,) 45

Ut percas, dum me per freta longa fugis.

Exerces pretiosa odia, et constantia magno;

Si, dum me careas, est tibi vile mori.

Jam venti ponent; strataque æqualiter unda,

Cœruleis Triton per mare curret equis. 50

Tu quoque cum ventis utinam mutabilis esses!

Et, nisi durtia roboram vincis, eris.

Quid? si nescieris, insana quid æquora possint?

Expertæ toties quam male credis aquæ?

*ut Euris eruat aquas concitas. Fac ut debeam procellis, quod maluerim debere tibi. Ventus et fluctus est æquior tuo ingenio. Ego non sum tanti, ut pereas, (quamvis dignus sis, injuste,) dum fugis me per vasta maria. Odiis carissimis indulges, et magno venientibus; si modo me careas, tece est tibi mori. Venti brevi quiescent, et fluctibus æqualiter diffasis, Triton feretur per mare equis glaucis. Utinam tu esses quoque mobilis cum ventis! Et eris, nisi durior es roboribus. Quid? si ignorasses, quid procellosa maria possent? Confidis mari, quod toties tam*



Str. Gu. omnes cum vulgo Quo. Scr. Qu.—43 Maluerim Ar. et quinque alii Heins. et Helm. Al. Quod te (Gu. 2. tibi) malueram. Gu. 4. Quæ tibi m. Gu. 1. Quod tibi debueram; nude Heusing. reponendum censet debueram.—44 Et aura quidam.—45 P. quid (emenda quod, vel quo) non terreat. Octo Heins. cum Gu. 1. quod non censeris. Tres quo (Gu. 3. quod) non cessaris. Octo quod non mediteris; septem Heins. cum Helm. meditaris. Quatuor Heins. cum Gu. 4. quamvis mediteris. Scr. quamvis dimittis, vel miraris. Alius quod tu non credis. Ha. quantus censeris. Heins. conj. quamvis censeris inique i. e. quamvis iniquum mihi pretium addis. Barm. mavult quamvis censebis in.—48 Alii me fugias, uti Gu. 1. et 4. Octo codd. sit tibi velle mori: Gu. 1. est t. velle m.—50 Gu. 4. Cœruleus.—53 Nescieris tres libri. Reliqui nescires. excerpta Voss. resana quid: meliores possint pro possent.—54 Quam male V. et L. Gu. 2. jam

#### NOTÆ

procellosus, et in Italiam ex Africa navigaturis maxime contrarius.

44 *Justior*] Quia mihi bene merenti gratiam refert, cum te apud me retinet, quam tu, qui beneficium accepisti, non vis reddere.

45 *Quamvis merearis*] Perire, scilicet. Sed multum hic variant codices. Quidam habent *quod non meditaris*, quod quidem non improbandum.

47 *Pretiosa*] Quandoquidem, ob ea,

tu ipse in periculum venis.

49 *Strata*] Cum nullis ventis agitur aqua, inter ripas suas æquabilis continetur.

50 *Cœruleis*] Propter aquæ præsertim, in qua vivunt, colorem.

*Triton*] Deus marinus, Neptuni filius, ejusdemque tubicen.

*Curret*] Id est, placabitur æstus maris. Lubentius enim quiescente unda super aquas Dii maris exeunt.

53 *Nescieris*] Sic habent nonnulli

- Ut pelago suadente etiam retinacula solvas, 55  
 Multa tamen latus tristia pontus habet.  
 Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest.  
 Perfidiaæ pœnas exigit ille locus.  
 Præcipue cum læsus Amor; quia mater Amoris  
 Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. 60  
 Perdita ne perdam timeo, noceamve nocenti;  
 Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.  
 Vive, precor: sic te melius, quam funere, perdam.  
 Tu potius leti causa ferare mei.  
 Finge, age, te rapido (nullum sit in omine pondus) 65  
 Turbine deprendi; quid tibi mentis erit?  
 Protinus occurrent falsæ perjuria linguæ,  
 Et Phrygia Dido fraude coacta mori.

*male sensisti? Tametsi etiam mari consulente moveas anchoram, tamen vastum mare habet multa luctuosa. Neque juvat eos, qui se mari committunt, læsisse fidem. Ille locus repetit pœnas perfidiaæ. Præsertim cum Amor violatus; quia mater Amoris dicitur genita nuda aquis Cytheriacis. Ego quæ occidi, metuo ne sim exitio, vel obsim nocenti; neve hostis naufragium passus sorbeat aquas marinas. Vix, quæso: libentius amittam te sic, quam morte. Tu potius dicaris causa mortis meæ. Age, pone te corripitur turbine furente, (nulla sit vis in omine;) quid erit tibi animi? Statim mentem subibunt perjuria perfida linguæ, et Elissu ad mortem impulsa fraude*



*male, 1. 3. et 4. cum plurimis al. tam male. Francius conj. Exp. tot. te m. cr. a. vel, quam bene cr. aquæ?—59 Amoris quatuor libri Heins. et Helm. Reliqui Amorum.—60 Gu. 4. Cythereis.—63 Helm. te potius.—64 Ferare cod. J. et D. Vulgo ferere.—65 Ar. unus, Pat. et Gu. 2. trepido.—67 Al.*

## NOTE

Codices, referente Heinsio. Nec te movere debet ultima syllaba producta; nam plurima alia exempla idem Heinsius congerit, ubi itidem producitur.

54 *Expertæ*] Passive: Nota.

*Male*] *Expertæ male*; id est, Cum tuo periculo: vel *Credis male*.

55 *Suadente*] Tranquillo; quod ad navigationem invitare videtur.

*Retinacula solvas*] Solvas anchoram: Discedas.

57 *Violasse*] Navigationem pergit dissuadere Dido.

60 *Cytheriacis*] Cythere insula est

in sinu Laconico, quo, cum primum nata esset, concha Venus delecta dicitur.

61 *Perdam*] Eum naufragio timeo perdere, quem sua voluntas perdidit, quique adeo me perdidit.

63 *Melius*] Minori cum dolore.

64 *Ferare*] Quam ego tui, supple, si me dum fugeres, perires.

65 *Rapido*] Quam artificiose quasi in periculo ipso conscientiam Æneæ sollicitat.

68 *Phrygia*] Æneæ Phrygiæ: Tui.

*Coacta*] Quæcumque de Didonis et Æneæ dicuntur amoribus, fabulam

Conjugis ante oculos deceptæ stabit imago  
 Tristis, et effusis sanguinolenta comis. 70  
 Quicquid id est, totum merui, concedite, dicas:  
 Quæque cadent, in te fulmina missa putes.  
 Da breve sævitæ spatium pelagique tuæque;  
 Grande moræ pretium tuta futura via est.  
 Nec mihi parcatur; puero parcatur Iulo: 75  
 Te satis est titulum mortis habere meæ.  
 Quid puer Ascanius, quid Di meruere Penates?  
 Ignibus creptos obruct unda Deos.

*Trojana. Species uxoris delusæ stabit ante oculos mæsta, et sanguine respersa, capillis sparsis. Quicquid id est, omne merui, dices, discedite: et credes fulmina, quæ cadent, esse intorta in te. Concede breve tempus furori maris, et tuæ: via tuta futura est magna merces cunctationis. Nec mihi ignoscatur; ignoscatur puero Iulo. Satis est te dici causam mortis meæ. Quid puer Ascanius, quid Dii Penates meruerunt? Aqua opprimet Deos subtractos ignibus. Sed neque Deos tecum por-*

~~~~~

*occurrunt.*—68 Gu. 1, et Helm. *Et Tyria.*—71 P. Gu. 1. et septem alii *Quid tanti est? totum.* Excerpta J. *Quid tamen est totum.* Gu. 2. *Quicquid erit totum.* dicas. P. et quatuor Heins. et Gu. 3. *Vulgo dices.*—75 Alii *Nec mihi tu parcas;* quomodo Gu. 2. 4. et Helm. At P. et Gu. 1. cum aliis ex potioribus,

#### NOTE

esse meram, a Virgilio artificiose in-  
 textam constat ex eo præsertim,  
 quod Carthago 132 anno tantum  
 ante Romam a Didone sit condita;  
 Roma vero 432 post Trojæ excidium,  
 quo excidii tempore Æneas vixit: ut  
 sic 300 annos circiter Æneæ munifice  
 Poëta condonaverit.

70 *Sanguinolenta*] Quæ tui causa  
 sibi violentas manus injecerit.

71 *Id*] Quod patieris mali. Quan-  
 tacumque fuerint mala quæ patieris.

*Concedite*] Conscientiæ stimulis et  
 periculi magnitudinæ conturbatum  
 Ænean fingit Dido sui sanguinolen-  
 tam imaginem spectraque alloqui, et  
 a se depellere.

*Dicas*] Plurimi codices habent *di-  
 ces:* quod quidem non improbave-  
 rim; quænam illud alterum requi-  
 rere versum sequentem Heinsius cre-

diderit.

72 *In te*] Ita vero noxios solet ti-  
 mida conscientia agitare. Hinc Ju-  
 venalis: 'Hi sunt qui trepidant, et  
 ad omnia fulgura pallent, Cum ton-  
 nat, exanimis primo quoque mur-  
 mure Cæli: Non quasi fortuitus, nec  
 ventorum rabie, sed Iratus cadat in  
 terras, et vindicet ignis.'

73 *Du breve*] Id est, Discessum  
 tuum differ.

76 *Te satis*] Id est, Satis est, quod  
 meæ mortis auctorem te facias: nec  
 ei filium tuum debes obijcere, &c.

77 *Ascanius*] Æneæ filius; qui et  
 Iulus dictus est.

*Meruere*] Quamobrem eos tempe-  
 sati objicias.

*Penates*] Quos dicitur Æneas Troja  
 in Italiam portasse.

78 *Ignibus*] Trojæ deflagrantis.

Sed neque fers tecum; nec, quæ mihi, perfide, jactas,

Presserunt humeros sacra Paterque tuos. 80

Omnia mentiris: nec enim tua fallere lingua

Incipit a nobis; primaque plector ego.

Si quæras, ubi sit formosi mater Iuli;

Occidit, a duro sola relicta viro.

Hæc mihi narraras; nec me movere: merentem 85

Ure; minor culpa pœna futura mea est.

*tas; neque, perfide, pater et sacra, quæ mihi prædicas, tetigerunt humeros tuos. Profers omnia falsa; neque vero lingua tua me primam decipit; neque ego prima crucior. Si quis petat, ubi sit mater pulchri Iuli: periit deserta sola a crudeli marito. Hæc mihi retuleras: sed tetigerunt me fletum. Inde pœna tua futura est*



*Nec mihi tu curæ.*—80 Gu. 1. et 4. *sacra paterna.*—83 Gu. 2. et Helm. *si quæris.*—84 Gu. 2. *a duro.*—85 *Narraras meliores pro narrabas: alii nec me movere: Gu. 1. et 4. at me movere: 2. at socii me movere: 3. ad me movere: Helm. a manu sec. at te movere. Scr. nec eram corruptior inde, pro varia lectione, unde Burm. facit, nec eram quoque cautior inde, vel, nec eram prudentior. Crispinus legit at me movere merentem, Inde minor. Francius conj. hæc me movere gementem, At minor hæc culpa culpa futura m. e. Heusing. scribit an me movere?—86 Ure est e P. Vulgo Illa. Septem libri Heins. cum Gu. 1. Inde minor: duo Unde: unus Atque: alius Ipsa: alter Me. pro diversa lect. Vire, vel Inde. Fr.*

#### NOTÆ

80 *Presserunt*] Pius ideo a Virgilio Æneas cognominatur, quod patrem et Deos Penates flammis eripuerit, et humeris bajulaverit. Quomodo cum pictores etiam ex Virgilio celebraverunt.

83 *Quæras*] Aliquis quærat. Ænean dicit Creusam uxorem, Priami filiam, matrem Ascanii ante reliquisse et decepisse. Quæ quidem est quorundam sententia. Immo ab ipso interfectam nonnulli tradunt.

85 *Hæc*] Quomodo Creusam amisisses. Istud vero n. Æneidos, sub finem, Didoni Æneas narrat.

*Nec me movere*] Alii *movere*: unde sensum extorquere conatus est Hubertinus. Sed frustra, meo quidem iudicio. Quid vero dicam vix reperio: nisi forte hæc fuerit mens Didonis, et ita Ænean alloqui voluerit: Narraveras mihi equidem, quomodo Creusam

uxorem tuam reliquisses, unde perfidum tuum ingenium cognoscere debuissem, teque adeo longe a me propellere: at secus evenit; nam, cum in animo meo id unum insedisset, qua ratione tibi possem prodesse et placere, etiam me movit, et ad misericordiam perduxit ille, ut referas, tuus et uxoris casus. Si quis accersitam explicationem credat, pergratum fecerit meliorem proponere. Ceterum, sine manuscriptorum fide, nisi summa cautione, nolim quicquam mutare.

86 *Ure*] *Inde minor culp.* habent septem libri, Auctore Heinsio; quam lectionem arripui, eo præsertim inductus, quod alii *unde*, alii *atque*, eodem prope sensu habeant. Heinsius vulgatam *illa* non mutavit; testatur *ipsu* in uno codice legi: neque aliud nisi quod aliquid latere dicit. Hunc ve-



Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina damnent.

Per mare, per terras septima jactat hyems.

Fluctibus ejectum tuta statione recepi,

Vixque bene audito nomine, regna dedi.

90

His tamen officiis utinam contenta fuisset;

Et mihi concubitus fama sepulta foret!

Illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum

Cœruleus subitis compulit imber aquis.

Audieram vocem; Nymphas ululasse putavi;

95

Eumenides fatis signa dedere meis.

*levior culpa mea. Nec dubito, quin tui Dii te exagitent. Septima tempestas jactat illum per mare, per terras. Recepi tuto portu illum expulsus undis; et regna tradidi, vix bene cognito ejus nomine. Utinam tamen satis mihi fuisset his beneficiis; et nulla esset mihi fama concubitus! Illa dies me perdidit, qua imber cœruleus detrusit nos sub speluncam curvam repentinis aquis. Exceperum sonos; credidi Nymphas clamasse. Furiae indicium fecerunt fatis meis. Pudor offense, vio-*

~~~~~

*Jure.*—87 Gu. 2. *mea numina*: multi scripti *tua munera*: R. et Fr. *mea munera*: Mor. *tua crimina*, quod probat Burm.—89 Moreti et duo alii *Fluctibus*

## NOTE

ro locum sic expono; *Inde*, id est, Ex eo, quod vices tuas dolui, te deinde hospitio et lecto meo recepi, oratione tua decepta, ex eo, inquam, culpa mea evenit, ut minorem perfidiæ pœnam lueris.

87 *Nec mihi*] Confirmatio est, seu ejus, quod dixit, ulterior declaratio, Ænean perfidiæ erga uxorem, pœnam luere.

88 *Septima*] Cum Virgilio facit. Dionysius vero, anno ab incensa Troja altero, Ænean in Italiam venisse scribit.

*Jactat*] Ænean, scilicet. Hæ vero Ellipticæ locutiones, fere cum indignatione, aut aliquo majore affectu, sunt conjunctæ.

*Hyems*] Pro anno.

89 *Statione*] Portu, scilicet, Carthaginensi.

92 *Sepulta*] Nullus sciret. De hac vero fama multa Virgil. Æn. iv.

93 *Nocuit*] Quia eo, Junonis, Venerisque artificio, subire speluncam

Æneas et Dido, imbris immissis, coacti, tum primum concubuerunt; ut scribit Virgil. Æn. iv. Is vero quam nunc exponimus vocem, sic reddit: 'Ille dies primus leti, primusque malorum Causa fuit.'

94 *Cœruleus*] Pro nigricante. Utroque epitheto promiscue utitur Virgilius.

95 *Vocem*] Pluralem numerum ex vulgata editione mallem, quamvis singularem habere meliores codices Heinsius testetur. Ratio est, quod sicut apud Virgilium plures etiam hic Nymphas Dido ipsa memorat.

*Ululasse*] Vox est mediæ significationis, quam, in bonam partem accipi dubitare non sinit Lucanus, cum dicit, 'Lætis ululare triumphis.'

96 *Eumenides*] Furiae; eo nomine per antiphrasim Græcæ dictæ; id est, Malevolæ.

*Signa*] Quæ ab illis non possunt esse nisi atra; et mortis præsagia.

Exige, læse pudor, pœnas, violate Sichæo ;  
 Ad quem (me miseram !) plena pudoris eo.  
 Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus ;  
 Appositæ frondes velleraque alba tegunt. 100  
 Hinc ego me sensi noto quater ore citari :  
 Ipse sono tenui dixit, Elissa, veni.  
 Nulla mora est ; venio ; venio tibi debita conjux :  
 Sed tamen admissi tarda pudore mei.  
 Da veniam culpæ ; deceptit idoneus auctor : 105  
 Invidiam noxæ detrahit ille meæ.  
 Diva parens, seniorque pater, pia sarcina nati,  
 Spem mihi mansuri rite dedere viri.

*late Sichæo, repete pœnas ; ad quas, (me infelicem !) me dedo suffusa pudore. Est mihi Sichæus sacratus in templo marmoreo ; rami admoti, et luna candida operiunt. Ego audivi me hinc vocari quater voce cognita ; Ipse Sichæus dixit voce gracili, Adesto Elissa. Non moror ; adsum : eo uxor tibi debita ; sed tamen lenta pudore criminis mei. Concede veniam delicto meo ; dignus auctor me fraudavit : ille minuit invidiam culpæ meæ. Mater Dea, et pater senior, pium onus filii, fecerunt*

*ereptum. Li. relicta pro sepulta.—95 Vocem meliores. Alii voces.—97 Teste Heins. vett. omnes Sichæu. At Gu. 1. et Helm. Sychei. Gu. 3. Sichey.—98 Scripti omnes Heins. etiam Guelferbytani et Helm. Ad quas. Heins. vult plena ruboris.—100 Appositæ quatuor libri Heins. Vulgo oppositæ.—103 Quidam venio dixi tibi : Gu. 4. venio, quondam. P. cum novem al. Heins. et Gu. 3. dedita conjux.—104 Guelferbyt. omnes et Helm. Sum tamen. Deinde Gu. 1. 3. 4. et Helm. amisso. Gu. 4. admissio. Tum Helm. et Gu. 1. 2. et 3. tarda pudore meo ; sed 3. a correct. pro mei, quod etiam in 4. restat.—106 Helm. de-*

## NOTE

97 *Violate*] Quoniam Sichæi cineribus castitatem promiserat.

99 *Sichæus*] Didonis maritus, Hercules Tyri sacerdos ; quem Pygmalion, ob divitiarum famam, interfecit. Hic vero per Sichæum, ejus statua, quam, summa veneratione, Dido colebat, intelligenda est.

101 *Noto*] Sichæi, scilicet.

102 *Ipse*] Sichæus.

*Elissa*] Nomen fuit alterum Didus. Eo vero illam convenientissime Sichæus appellat, siquidem, ea *Dido*, seu virago, lingua Punica, per gloriosam mortem dicta tantum fuerit ; quanquam aliter alii.

103 *Nulla mora*] Sese dicit mori paratam esse, ut sit cum Sichæo.

104 *Admissi*] Impudicitia criminis.

*Tarda*] Tarde dicit se venire, quandoquidem non id ante violatam pudicitiam præstiterit.

105 *Da veniam*] Sichæum alloquitur.

*Idoneus*] Cuique nullus non confidendum esse dixisset.

107 *Diva*] Ea obiter enumerat, quæ facti sui invidiam possint minuire : primo quidem Æneæ matrem, Venerem scilicet, Divam esse.

*Pater*] Anchises, scilicet : quem

|                                                   |     |
|---------------------------------------------------|-----|
| Si fuit errandum, causas habet error honestas :   |     |
| Adde fidem ; nulla parte pigendus erit.           | 110 |
| Durat in extremum, vitæque novissima nostræ       |     |
| Persequitur fati, qui fuit ante, tenor.           |     |
| Occidit internas conjux mactatus ad aras ;        |     |
| Et sceleris tanti præmia frater habet.            |     |
| Exul agor, cineresque viri, patriamque relinquo ; | 115 |
| Et feror in duras, hoste sequente, vias.          |     |
| Applicor ignotis ; fratrique elapsa fretoque,     |     |
| Quod tibi donavi, perfide, littus emo.            |     |
| Urbem constitui ; lateque patentia fixi           |     |
| Mœnia, finitimis invidiosa locis.                 | 120 |

*mihî spem mariti firmi, ut par est. Si fuit peccandum, error præbet causas honestas : adjice illi fidem ; nullo modo erit pigendus. Fati ratio, quæ fuit antea, manet usque ad finem, et comitatur extrema ritæ nostræ. Maritus mens mortem obiit jugulatus ut secreta altaria ; et frater meus habet mercedem tanti facinoris. Pellor profuga, et desero cineres mariti mei et patriam : et premo vias asperas, hoste insequente. Appello ad littora ignota ; et, elapsa fratri et mari, comparo littus, quod tibi dedi, perfide. Posui urbem ; et statui muros late patentem invidiosos vicinis*

*trahat.*—108 Hensing. e Gu. 1. reponit *dedere tori.*—110 Quatuor scripti *pigendus amor.*—112 *Persequitur* quatuor Mss. teste Burm. et Helm. Vulgo *Prosequitur.*—113 *Internas* e conject. Nangerii. Scripti plerique, in his Gu. omnes et Helm. *in terras.* Helm. a manu sec. *infelix* : quinque *ad terras* : quatuor *in terris* : duo *in terra* : totidem *externas* : Mycillus reponit *Herculeas* : Dan. Heins. conj. *infernas* : Nic. Heins. *Herceas*, h. e. Herceo Jovi dedicatas.—116 Bas. *in dubias.*—117 Cod. Mor. *Applicor ignaris* : Heins. conj. *Appl. his oris.*—118 Gu. omnes, *emi.*—119 Unus Reg. *lat. potentia.* Deinde P. et decem alii Heins. et Gu. 3. ante correctorem, et 4. *pat. finxi.* Helm. cum novem Heins. *feci* Heins. conj. *jeci.* Burm. præfert *feci.*—

## NOTE

humeris suis gestasse pius ille Æneas prædicabat. Unde eum probum esse Dido conjiciebat.

108 *Dedere*] Non hoc dicit Dido, ut se omnino expurget ; sed tantum ut minorem culpam fuisse ostendat.

110 *Fidem*] Quam mihi dederat Æneas.

*Pigendus*] Æneas, an error ? Posteriori malim.

111 *Durat*] Dicit Dido, infelicitates suas ab initio vitæ usque ad finem durare.

112 *Tenor*] *Le même train.*

113 *Occidit*] Incipit enumerare infortunia sua.

*Internas*] Plerique habent *in terras* : Alii *ad terras*, &c. Coram Diis Penatibus interfectus est.

114 *Frater*] Pygmalion, qui Sichæi avunculi divitiis inhians, cum mactare non dubitavit.

115 *Agor*] Fugam vero suavitatis Sichæi imago, quæ Didoni noctu apparuit, totumque Pygmalionis facinus enarravit.

116 *Hoste sequente*] Fratrem, scilicet. Durissimum autem fugere, nec

Bella tument: bellis peregrina et foemina tentor:

Vixque rudes portas urbis, et arma, paro.

Mille procis placui; qui me coiere, querentes,

Nescio quem thalamis praeposuisse suis.

Quid dubitas vinctam Gaetulo tradere Iarbae? 125

Praebuerim sceleri brachia nostra tuo.

Est etiam frater, ejus manus impia possit

Respergi nostro, sparsa cruore viri.

Pone Deos, et quae tangendo sacra profanas;

Non bene caelestes impia dextra colit. 130

Si tu cultor eras elapsis igne futurus,

Poenitet elapsos ignibus esse Deos.

Forsitan et gravidam Dido, scelerate, relinques;

Parsque tui lateat corpore clausa meo.

*locis. Bella parantur; ego foemina et extranea impetor bellis: vixque pono crassas valvas, urbis et arma expedio. Grata fui mille procis; qui contra me conjuraverunt, querentes me anteposuisse nescio quem suis commubiis. Quid vereris me dedere ligatum Iarbae Gaetulo? Commodaverim lacertos nostros flagitio tuo. Habeo etiam fratrem; ejus manus scelesti tincta sanguine mariti mei, possit tingi nostro. Omitte Deos et sacra, quae polluis tangendo: manus impia male colit Deos. Si tu eras futurus cultor Diis igne ereptis, poenitet eos esse ereptos ignibus. Forte et deserat Didonem pragnantem, sceleste; et pars tui celetur comprehensa corpore*

121 Lugd. et Scr. *bella timent*: unde D. Heins. conj. *timens*, vel *tonant*. Vulg. defendit Burm.—122 Excerpt. P. *Virque rudis*. Deinde Leid. et Gu. 2. *ad arma*. Hinc Burm. legit, *Vixque rudis portas urbis ad arma paro*.—123 Unus V. *qui me coluere*. Alii *me cupiere*, vel *petiere*.—126 Douza legebat *Praebueram*: atque ita Gu. 3. a man. pr. et 4. etiam Helm.—127 Heins. conj. *impia poscat*: et *poscit* est in Gu. 2. 3. et Helm.—133 Multi codd. *Didon*, uti Gu. omnes. Gu. 1. et 4. *relinques*; 2. et 3. *relinquis*.—134 Editt. Colin. et

#### NOTE

locum certum ad receptum cognoscere; hostem insequentem, cumque fratrem habere.

120 *Invidiosa*] Quae sua magnitudine finitimis invidiam moverunt.

121 *Tument*] Ab *Iarba Gaetulo* Rege, ob spretum conjugium, Didoni bellum intentatum.

123 *Coiere*] Id est, Adversus me conjuraverunt.

121 *Nescio quem*] Invidiose.

125 *Vinctam*] Acris est exprobra-

tio, quasi Aeneae causa periculis obiectam, non tantum ipse non eripiat, sed magis in ea ingratus et infidus possit injicere.

*Gaetulo*] Gaetulia regio est in media prope Africa.

132 *Poenitet*] Quia mallent esse combusti, quam talem habere cultorem.

134 *Parsque*] Sic vocat puerulum, aut foetum in utero latentem.

Accedet fatis matris miserabilis infans, 145  
 Et nondum nato funeris auctor eris :  
 Cumque parente sua frater morietur Iuli,  
 Pœnaque connexos auferet una duos.  
 Sed jubet ire Deus. Vellem vetuisset adire,  
 Punica nec Teucris pressa fuisset humus. 140  
 Hoc duce (nempe Deo) ventis agitaris iniquis,  
 Et teris in rapido tempora longa freto :  
 Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore,  
 Hectore si vivo, quanta fuere, forent.  
 Non patrium Simoënta petis, sed Thybridas undas : 145  
 Nempe, ut pervenias quo cupis, hospes eris.  
 Utque latet, vitatque tuas abstrusa carinas,  
 Vix tibi continget terra petita seni.

*meo. Infans miserandus addetur fatis ; et causa eris mortis nondum nato. Et frater Ascanii morietur cum sua matre ; et unus dolor tollet duos conjunctos. At Deus te jubet proficisci. Vellem prohibuisset me convenire ; nec terra Punica fuisset calcata a Trojanis. Hoc duce (nempe Deo) ageris ventis adversis, et perdis multa tempora in mari procelloso. Vix Troja erat tibi denuo videnda tanto labore, quanquam esset tanta, quanta fuit Hectore superstite. Non is ad patrium Simoënta ; sed ad aquas Tybridis. Scilicet, quamvis applices quo optas, advena eris. Et ut latet terra quæsita, et abscondita fugit tuas naves, vix tibi seni eveniet. Sume*

Bersm. et priores aliquot tui latitat.—135 Burm. mavult matris fato, ne tres voces in is exeant.—136 Nato de conjectura Slichtenhorst. et Heins. Scripti nati.—138 Bersm. Ms. connixos.—139 Gu. 1. et 2. Si jubet.—140 Helm. ne Teucris.—143 Gu. 4. tibi fuerant.—145 Ar. Gr. pro diversa lect. et Gu. 1. Sim. bibis ; unde Heins. legit vives. Tibridas P.—147 Helm. Usque latet.

## NOTE

- 135 *Accedet fatis*] Cum illa miser erit. Continuatio est Ironiæ.  
*Miserabilis*] Non ille est, quem vocamus *miserable*, sed *digne de compassion*.  
 138 *Pœna*] Mors.  
 139 *Sed jubet*] Objectio est, quam posset facere Æneas. Ironice vero a Didone proponitur.  
*Deus*] Apollo, cujus jussu petebat Italiam Æneas ; vel Jupiter, aut nuntius Mercurius.  
*Vellem vetuisset*] Quasi dicat : Quandoquidem tam religiose Deorum mandata perficis, utinam adire me vetuisset.  
*Delph. et Var. Clas.*  
 140 *Punica*] Carthaginiensis ; a Pœnis seu Phœnicibus, qui illuc cum Didone migraverunt, ita dicta.  
*Teucris*] Trojanis ; a Teucro rege sic nominatis.  
 141 *Nempe Deo*] Ironiam absolvit.  
*Agitaris*] Quod Didoni ineptum videtur.  
 143 *Pergama*] Ita appellatæ Trojanæ arcis : quauquam per illas Troja ipsa sæpissime intelligitur.  
*Tanto*] Quanto condendam urbem petis.  
 145 *Simoënta*] Simois Trojæ rivu.  
*Orid.*  
 K

Hos potius populos in dotem, ambage remissa,  
 Accipe, et advectas Pygmalionis opes. 150  
 Ilion in Tyriam transfer feliciter urbem ;  
 Hancque, locum regni, sceptraque sacra tene.  
 Si tibi mens avida est belli, si quærit Iulus  
 Unde suo partus Marte triumphus eat ;  
 Quem superet, ne quid desit, præbebimus hostem : 155  
 Hic pacis leges ; hic locus arma capit.  
 Tu modo, per matrem, fraternaque tela, sagittas,  
 Perque fugæ comites, Dardana sacra, Deos ;  
 (Sic superent, quoscumque tua de gente reportas,  
 Mars ferus et damnis sit modus ille tuis, 160

*potius hos populos meos in dotem, dilatione sublata, et allatas divitias Pygmalionis. Transporta feliciter Trojam in urbem Tyriam: et tracta, tanquam rex, sceptrâ sacra. Si animus est tibi belli cupidus, si Ascanius quærit, unde triumphus ducatur acquisitus virtute sua; ne quid absit, dabimus hostem, quem vincat. Hic locus convenit pacis legibus, convenit armis. Tu tantum, precor per matrem, et sagittas, quæ tela sunt fratris Cupidinis, et per sacra Trojana, per Deos comites fugæ (sic vivant omnes, quoscumque refers de tua gente, et illud bellum sit finis*

*Vitatque P. Gu. 1. et 3. et Helm. cum al. quibusdam. Vulgo refugitque. Mox abstrusa meliores. Gu. 1. 2. 3. obstrusa. Multi codd. aliter hunc vers. exhibent. R. Jun. et sex alii: Utque juvet ventusque tuas remusque carinas: Leid. et Gu. 4. Utque juvet velumque tuas ventusque carinas: Scr. Ut moreas remoque tuas ventoque car. alius: Utque volet remusque tuis ventusque car.—149 Remissa meliores pro remota.—150 Plurimi adductus opes: Ed. pr. aductas: Heins. conj. avectas.—152 Vnlg. Inque loco regis (sic et Gu. 1. 2. 4.) sceptrâ sacra tene. Barb. Voss. Helm. et Gu. 3. Inque locum regis. Gu. 1. regia sceptrâ tene, probante Hensing. P. Nomine coregis sceptraque sacra tene; unde Salmas. faciebat Nomine cum regis: Heins. Nomine et hanc regis: Leid. Hancque loco regis: Burm. ex vestigiis Barb. Voss. et Leid. recepit Hancque, locum regni, sceptraque sacra tene.—155 P. et alii melior. Quod superest: unde Heins. conj. Quos superet...hostes.—157 Matrem Heins. ex scriptis decem. Nonnulli patrem.*

## NOTÆ

lus. Difficultates Æneæ ingerit Dido. Dido.  
 Thybridas] Tiberis fluvius est, qui agrum Romanum Romamque alluit. 151 Tyriam] Carthaginem, quam sic a conditoribus denominat.  
 148 Vix tibi] Vix senex in Italiam pervenies. Felicitus] Quam possis in Italiam transferre.  
 149 Ambage] Quiescendo ab omnibus maris erroribus, laboribus, &c. 157 Fraterna que tela] Cupidinis, scilicet.  
 150 Pygmalionis] Non enim tantum Sichæi thesauros; sed et Pygmalionis opes plurimas cum magna nobilitatis parte secum in Africam avexit. 158 Dardana] Deos Penates. Dardana vero dicuntur a Dardano Trojano rege.  
 159 Sic] Adjurantis est, quomodo

Ascaniusque suos feliciter impleat annos,  
 Et senis Anchisæ molliter ossa cubent)  
 Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendam.  
 Quod crimen dicis, præter amasse, meum?  
 Non ego sum Phthias, magnisve oriunda Mycenis; 165  
 Nec steterunt in te virque paterque meus.  
 Si pudet uxoris, non nupta, sed hospita dicar:  
 Dum tua sit Dido, quodlibet esse feret.  
 Nota mihi freta sunt Afrum frangentia littus;  
 Temporibus certis dantque negantque viam. 170

*tui detrimenti, et Ascanius feliciter suos annos exigit, et ossa senis Anchisæ suaviter quiescant) parce domui, quæ dedit se tibi possidendam. Quod crimen dicis esse meum, præter amasse? Ego non sum Phthias, et orta magnis Mycenis: nec maritus et pater meus adversus te bella moverunt. Si pudet te me habere uxorem; non vocabor conjux, sed hospita. Modo Dido sit tua, patietur esse quidlibet. Maria alluentia littus Afrum sunt mihi cognita: dant et recusant iter certis temporibus.*

—160 *Damnus tuis* E. et alter L. Reliqui *damni tui*.—164 *Amasse* V. Gu. omnes, et Helm. Alii *amare*.—165 *Phthias* P. cum aliis emendationibus. Vulgo *Phthia*: Guelferbytani *pythia, pithya, pythia*. 4. *Non ego de pithia*. Gu. 1. 3. 4. *magnisque*. Multi vitiose *magnis*.—166 *Steterunt* P. et Leid. Vulgo *steterant*. Gu. 2. *Non steterant*.—168 *Quodlibet* P. et al. mel. Alii *quidlibet*. Gu. 2. *qualibet*: 1. et 4. *qualibet*; quod mavult Heusing.—169 *Frangentia meliores* cum Guelf. Alii *tangentia*. Heins. conj. *plangentia*. Scaliger *mutantia*.—170 Heins.

## NOTE

jam antea vidimus. Id est, Sic vivant omnes, qui Trojæ incendio elapsi, tuam fortunam sequuntur, ut tu meæ domui peperceris.

160 *Mars ille*] Illud bellum, quod in Trojam exarsit.

*Sit modus*] Post illud bellum, nullum amplius damnum patiaris.

162 *Molliter*] Sic Juvenalis: 'Dii majorum umbris tenuem et sine pondere terram.'

165 *Phthias*] Ex Phthia, urbe Thesaliæ, Achillis hostis patria, oriunda: adeoque nec Græca, nec inimica.

*Mycenis*] Mycenæ, urbs Peloponnesi, Agamemnonis et Menelai patria.

166 *Steterunt*] Alii habent *steterant*: sed illud maluit Heinsius, ex fide optimatorum Codicum: plurimaque ex-

empla congerit, ubi pariter syllaba præteriti, plerumque longa, corripitur. Sic etiam Virgil. dixit, 'Obstupui, steteruntque comæ.' *Nec steterunt*; id est, Non sum hostibus tuis genita, ut me fugias.

168 *Feret*] Nunc quandam memini, qui in Nasonis versibus ordinem reprehendere satageret, quasi non omnia suo loco dixisset. Mirum quod, ut cæperat, ita non perrexerit. Hic vero reprehendendi amplam segetem habuisset. Quid enim? postquam contumeliis et opprobriis Ænean Dido oneravit, ejusdem illam ad pedes supplicem inducit! Ridiculum. Immo, nihil melius. Muliercularum non potuit verius exprimere leve et mobile ingenium.

169 *Nota*] Iterum Ænean a propo-

Cum dabit aura viam, præbebis carbasa ventis :

Nunc levis ejectam continet alga ratem.

Tempus ut observem, manda mihi ; certius ibis :

Nec te, si cupies ipse, manere sinam.

Et socii requiem poscunt, laniataque classis

175

Postulat exiguas semirefecta moras.

Pro meritis, et siqua tibi præbebimus ultra,

Pro spe conjugii tempora parva peto :

Dum freta mitescunt, et Amor ; dum tempore et usu

Fortiter edisco tristia posse pati.

180

Sin minus, est animus nobis effundere vitam ;

In me crudelis non potes esse diu.

*Cum ventus concedet viam, committes vela ventis. Nunc inutilis alga habet navem expulsam fluctibus. Impera mihi, ut observem tempus ; navigabis tutius : nec ego concedam te cuncturi, si optaveris. Et comites petunt quietem, et classis quassata semirefecta deposcit exiguas moras. Peto parvam moram pro spe connubii, ob beneficia mea, et si qua debemus tibi ultro. Dum maria sedantur, et Amor : dum perdisco mora et usu posse ferre fortiter gravia. Sin minus ; decrevimus vita exce-*

conj. fugam pro viam.—172 Gu. 3. Sed levis.—173 Gu. 1. et 4. et Helm. cum al. serius ibis. Fr. pro varia lect. tutius.—174 Gu. 1. 2. 4. cupias.—175 Forte en socii. Heins.—177 Præbebimus cod. Douzæ pro vulg. debemus. P. Ar. et Gu. 3. ultro, quod cum Heins. præfert Heusing.—179 Vulgo et amor dum temperat (P. cum Gu. 2. et 4. aliisque temperet) usum, vel usus. Me. alter temperet usu E. P. Salmasius emendavit mitescunt et amor : dum tempore et usu, &c. probante Heinsio.—181 Heusing. ex omnibus Gu. resti-

## NOTÆ

sita navigatione Dido studet revocare. Nota vero sunt, quæ de Syrtibus et Afro littore a Scriptoribus memorantur.

171 *Dabit aura*] Cum per ventos propitios licebit.

172 *Levis*] Nullius valoris. Quamquam ea nonnulli ad stercorandos agros utuntur : propter sal, scilicet.

*Continet*] Id est, Naves undiquaque ejectamentis maris obsessæ, quæ adversos ventos et coucitatum pelagus indicant, eas portu continendas esse admonent, et ab itinere retrahunt. Ut nihil necesse sit hic nescio, quæ de alga super undas sese efferente, et naves morante, fabulari.

*Alga*] Herba est mari innascens.

173 *Tempus*] Quomodo se habeat ; quando erit navigationi opportunum.

177 *Siqua tibi præb.*] Vulg. *debemus* : id est, Si beneficium, quod a te peto tanti est, ut etiam merita mea omnia superet, atque ego insuper, ut illud consequar, tibi multum debere agnoscere tenear, ea vero lege illud idem expeto.

178 *Pro spe conjugii*] Ejus loco.

179 *Et Amor*] Salmasii hæc est emendatio. Vulgata lectio sic habet, *et amor dum temperat usum.*

*Usu edisco*] Consuesco.

181 *Vitam*] Cum sanguine.

182 *Non potes*] Quia seipsam interficere animo insederat.



Aspicias utinam, quæ sit scribentis imago!  
 Scribimus; et gremio Troicus ensis adest:  
 Perque genas lacrymæ strictum labuntur in ensem, 185  
 Qui jam pro lacrymis sanguine tinctus erit.  
 Quam bene conveniunt fato tua munera nostro!  
 Instruis impensa nostra sepulcra brevi.  
 Nec mea nunc primo feriuntur pectora telo;  
 Ille locus sævi vulnus Amoris habet. 190  
 Anna soror, soror Anna, meæ male conscia culpæ,  
 Jam dabis in cineres ultima dona meos.  
 Nec, consumpta rogis, inscribar, Elissa Sichæi;  
 Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:

*dere. Non potes esse diu sævus in me. Utinam videas, quæ sit species mei scribentis! Scribimus; et gladius Trojanus est in sinu: et lacrymæ defluunt per malus in gladium evaginatam; qui modo loco lacrymarum madidus erit sanguine. Quam bene cohærent dona tua cum fati nostris! Ornas sepulcra nostra modico sumtu. Nec pectus meum percutitur nunc primo telo: ille locus retinet plagam crudelis Amoris. Anna soror, soror Anna, male conscia mei criminis, jam mitte novissima munera in cineres meos. Nec, absumpta ignibus, insculpar Elissa Sichæi; hoc ta-*

tuit si minus.—184 Tres scripti in grem.—189 Primo alter R. E. et Gu. 1. Vulg. primum.—191 Gu. 4. vale male consc.—194 Cod. chartac. Str. in tituli.

## NOTÆ

184 *Troicus*] Æneæ, quem festinans omiserat.

187 *Quam bene*] Exprobratio est cum Ironia. Hoc vult Dido: Egredie convenire, ut causam mortis qui præberet, idem ad eam instrumentum suppeditaret.

188 *Instruis*] In rogam, aurum, vestes, arma, aliaque injici, sepulcra ornari, &c. moris fuisse, omnes norunt. Vult vero Dido eundem Æneæ gladium, et sibi viventi mortis esse instrumentum, et jacenti ornamentum. Quanquam istud totum cum amara exprobratione est conjunctum.

189 *Telo*] Ambigua voce usus est Poëta, ad Amoris sagittas, et Æneæ gladium respiciens.

190 *Ille locus*] Pectus.

*Vulnus habet*] Amat. Ita et Virgi-

lius, in hoc negotio, de ipsa Didone loquens, 'Vulnus alit venis.'

191 *Anna*] Soror Elissæ. Absentem vero alloquitur; namque eam, cum sibi manus inferre vellet Dido, dimisit; ut liquet ex Virgil. Æn. iv.

*Male*] Non sine exitio: cum mihi prodesse nequiveris.

*Culpæ*] De amore, quo Sichæo datam fidem violaverat, loquitur.

192 *Dona*] Lacrymas, si voles, intellige. Id est, Ossa mea compones. Hubertinus *exequias*; Antonius *urnam* exponit. Quæ omnia eodem recidunt.

193 *Nec inscribar*] Quia Sichæo fida non fuerat. Mos vero erat, in mulierum epitaphiis maritorum nomen inscribere.

Præbuit Æneas et causam mortis et ensem.

195

Ipsa sua Dido concidit usa manu.

*men carmen erit in marmore sepulcri: Æneas obtulit et causam necis et gladium.  
Ipsa Dido occidit usa manu sua.*

—195 Gu. 2. *causas*.—196 Mss. plurimi, teste Heinsio, *icta manu*.

## NOTÆ

196 *Concidit*] Fabulam secutus est Ovidius. At Trogus aliter. Dicit enim Didonem, cum ab Iarba in matrimonium peteretur, atque ad id a civibus, belli metu, cogeretur, tem-  
pus ad mariti placandos Manes petiisse; quo exacto, in urbis eminentiore parte pyra instructa, eodemque populo convocato, cum ad virum ire se dixisset, in ignem se præcipitasse.

---

## EPISTOLA VIII.

### HERMIONE ORESTÆ.

#### ARGUMENTUM.

HERMIONE, Menelai et Helenæ filia, a Tyndaro avo materno, cui domus suæ curam commendarat Menelaus, dum ad Trojam iret, Oresti, Agamemnonis et Clytæmestræ filio, desponsata est; eandemque Menelaus, inscius hujus rei, Pyrrho, Achillis filio, quoque promisit, qui ab excidio Trojæ tandem reversus Hermionen rapuit. Cum autem Pyrrhi connubium adversus animum suum servaret, Orestisque amorem anteferet, per internuntium clam cum monct, facile sese posse vinculis Pyrrhi exsolvi. Quod etiam consecuta est. Orestes enim, Ægysthi et Matris peracta cæde, furore liberatus et expiatus, Pyrrhum in templo Apollinis interfecit, et Hermionen suam recepit.

[ALLOQUOR Hermione nuper fratremque virumque,  
 Nunc fratrem; nomen conjugis alter habet.]  
 Pyrrhus Achillides, animosus imagine patris,  
 Inclusam contra jusque piumque tenet.  
 Quod potui, renui; ne non invita tenerer; 5  
 Cetera foemineæ non valuere manus.  
 Quid facis, Æacide? non sum sine vindice, dixi:  
 Hæc tibi sub domino, Pyrrhe, puella suo est.  
 Surdior ille freto clamantem nomen Orestæ  
 Traxit inornatis in sua tecta comis. 10

Ego Hermione compello Patruelem et maritum nuper, nunc patruelem; alius habet nomen mariti. Pyrrhus filius Achillis, cordatus exemplo patris sui, tenet me clausam contra jus et fas. Restitit quantum licuit, ne tenerer contra voluntatem; manus muliebres non potuerunt reliqua. Quid agis, Æacide? dixi: Non sum sine ultore: Pyrrhe, hæc est tibi puella sub suo domino. Ille surdior mari rapuit in suam domum me vociferantem nomen Orestæ, capillis scissis. Quid durius passu

1 Hoc distichon ab omnibus Mss. quos vidit Heins. abest, nec non a Gu. omnibus et Helm. Hinc spurium judicat Heins. quamvis legatur in Ald. et in uno cod. margini adjectum sit manu recentiori.—3 Quidam legendum censent *Achilleides*.—5 Alter Me. *Quam potui*. Go. *qua*.—7 Heins. mavult *Æucidu*, et ad Epist. III. 87.—9 Quidam *Orestis*: P. *Orestes*.—10 Bas. *Traxit*

## NOTE

1 *Alloquor*] Cum ab omnibus manuscriptis absit primum hoc distichon, merito a quibusdam rejicitur: nec ideo epistola ἀκέφαλος, ut Mycillus voluit, relinquetur.

2 *Fratrem*] Patruelem; *Cousin*. Quomodo loqui amabant veteres.

*Alter*] Pyrrhus, scilicet.

3 *Imagine patris*] Id est, Prout pater Achilles fuerat. Unde Virgil. 'Instat vi patria Pyrrhus.'

4 *Contra jusque*] Non enim uxores carcere sunt concludendæ.

5 *Ne*] Pro ut.

6 *Cetera*] Abire, puta; manu libertatem vindicare, &c.

7 *Æacide*] Pyrrhus est; ab Æaco Jovis filio, proavo suo, ita dictus. Fuit enim Pyrrhus Achillis, Achilles Pe-

lei, Pcleus Æaci filius.

*Non sum*] Id est, Habeo, qui me ex hac servitute possit liberare, et injuriam ulcisci.

*Vindice*] Vindex est, qui aliquem ex servitute vindicat in libertatem.

8 *Hæc tibi*] Ego quam injuste detines.

*Domino*] Oreste, cui desponsata fui.

9 *Ille*] Pyrrhus.

*Freto*] Quod precibus nullis movetur.

*Nomen Orestæ*] Multum est hic artificium ad commovendum Orestem; quod se eum, quem Pyrrhus contemserit, in auxilium vocasse Hermione profiteatur.

10 *Inornatis*] Immo, laceratis.

Quid gravius, capta Lacedæmone, serva tulissem,

Si raperet Graias barbara turba nurus ?

Parcius Andromachen vexavit Achaia victrix,

Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.

At tu, cura mei si te pia tangit, Oreste,

15

Injice non timidus in tua jura manus.

An, si quis rapiat stabulis armenta reclusis,

Arma feras ? rapta conjuge lentus eris ?

Sit socer exemplo, nuptæ repetitor ademtæ,

Cui pia militiæ causa puella fuit.

20

Si socer ignavus vidua sedisset in aula,

Nupta foret Paridi mater, ut ante fuit.

Nec tu mille rates sinuosaque vela pararis,

Nec numeros Danai militis ; ipse veni.

*essem serva, Lacedæmone subacta, si turba barbara auferret puellas Græcas ? Græcia victrix minus afflixit Andromachen, cum ignis Græcus absumeret opes Trojanas. At tu, Oreste, si pium desiderium mei te movet, admove manus audaces in tua jura. An, si quis abducat armenta præsepibus clausis, arma sumes ? uxore ablata segnus eris ? Socer, repetitor uxoris sublata, sit tibi exemplo ; cui puella fuit causa pia belli. Si socer mansisset socors in aula derelicta, mater mea esset nupta Paridi, ut ante fuit. Nec tu adornaveris mille nares, et vela concava ; nec cohortes Græci*

*dit inorn. unde Heins. facit Trudit. Gr. in sua castra.—15 Alii si te jam tangit : al. si te nunc : Cod. Ball. At te causa mei si te pia t.—17 Burm. conj. armenta revulsis, vel refractis.—18 Gu. 2. et 4. feres.—20-21 Hi versus in plerisque codd. etiam Guelferbytanis et Helm. male omittuntur. Vidua aula tres libri pro vacua. Sedisset margo Mycilli et Bersm. Vulgo stertisset, vel stetisset, utrumque vitiose. Unus Regius et Heins. vidua plorasset.—23 Vulgo non tu. Pararis P. Barb. et Gu. 1. 2. et 4. Vulgo parabis.—24 Numeros P.*

## NOTE

11 *Lacedæmone*] Patria mea.

12 *Nurus*] Pro quibnslibet puellis.

13 *Andromachen*] Fuit Andromache Hectoris uxor ; quam cum Pyrrhus sorte accepisset, Heleno Priami filio cum regni parte in uxorem dedit. Vere itaque dixit Hermione 'Parcius,' &c.

*Achaia*] Pro Græcis. Per eam enim Peloponnesus quandoque, deinde ejus regiuncula, Græcia etiam intelligitur.

*Victria*] Cui tamen belli jure multum licuisset.

14 *Danaus*] A Danais, seu Græcis immissus.

*Phrygias*] Trojanas : sita enim fuit Troja in Phrygia minore.

16 *Injice*] Verbum est juris : dicitur enim *manus injicere*, qui nulla juris expectata auctoritate, quod suum est vindicat.

*Tua jura*] Jura, quæ habes in me uxorem tuam.

19 *Socer*] Menelaus, pater meus.

*Exemplo*] Qui Helenam uxorem suam manu a Paride recepit.

*Ademtæ*] A Paride raptæ.

Sic quoque eram repetenda tamen: nec turpe marito 25

Aspera pro caro bella tulisse toro.

Quid? quod avus nobis idem Pelopeius Atreus;

Et si non esses vir mihi, frater eras.

Vir, precor, uxori, frater succurre sorori:

Instant officio nomina bina tuo. 30

Me tibi Tyndareos, vita gravis auctor et annis,

Tradidit; arbitrium neptis habebat avus.

At pater Æacidæ promiserit inscius acti;

Plus quoque, qui prior est ordine, possit avus.

*militis: veni tu ipse. Tamen sic quoque eram repetenda: nec inhonestum est marito gessisse gravia bella pro dilecto lecto. Quid, quod nobis est idem avus Atreus filius Pelopis? Et si non esses mihi maritus, eras patruelis? Marite, opem fer, quæso, conjugi; frater, sororem adjuva: duo nomina sollicitant beneficium tuum. Tyndarus, auctor gravis moribus et senectute, dedit me tibi; avus habebat potestatem in neptim. Sed pater meus nescius facti pactus erat me Pyrrho; plus etiam*

Go. et A. pro vulg. numerum.—31 Tyndareos cod. Leid. ut Androgeos Ep. x. 99. Vulgo Tyndareus.—33-34 Promiserit P. pro promiserat. Gu. 4. Me pa. Æ. promiserat. Deinde in P. deest qui. Idem cum aliis nonnullis etiam Gu. posset avus. Heins. conj. Plus quo, qui (vel quod) prior est ordine, posset avus. Heusing. vult: Ut pa. Æ. promiserit insc. acti; Plus quoque, qui p. e. o. posset

## NOTE

20 Militiæ] Nemo nescit Menelaum Græciam totam ad Helenam obtinendam armasse.

22 Mater] Mea, Helena.

23 Nec paravis] Sicuti factum oportuit, cum ad repetendam Helenam Græci ad Trojam navigaverunt.

24 Numeros] Cohortes; Milites. Gall. *Il n'est point nécessaire de mettre des armées en campagne.*

25 Sic] Navibus et militibus; si me aliter recipere non potuisses.

27 Idem] Atreus enim pater fuit Agamemnonis, ex quo Agamemnone Orestes, et Menelai, ex quo Hermione.

Pelopeius] Pelopis filius.

28 Frater eras] Qui adeo me liberare deberes. Vides vero quamobrem fratrem vocet Orestem.

31 Tyndareos] Qui fuit pater Helenæ.

Gravis] Eum laudat Hermione, ne forte temere fecisse videatur, cum neptim in matrimonium collocavit.

32 Arbitrium] Quidvis de ea poterat statuere. Gall. *Il en avoit la disposition.*

33 Acti] Me, scil. tibi desponsatam.

34 Plus quoque] Heinsius reposuerat, Plus quo, deinde posset. Potior vero visa est vulgata lectio: ut vox quoque addita sit post primam ab Hermione allatam rationem, quod, ab inscio patre Pyrrho promissa fuisset: et istud, quod ab avo, ordine priori, collocata esset, altera sit ratio. Quasi dicat, per modum objectionis, Sed pater promiserat me Pyr-

- Cum tibi nubebam, nulli mea tæda nocebat : 35  
 Si jungar Pyrrho, tu mihi læsus eris.  
 Et pater ignoscet nostro Menelaus amori :  
 Succubuit telis præpetis ipse Dei.  
 Quem sibi permisit, genero permittet amorem ;  
 Proderit exemplo mater amata suo. 40  
 Tu mihi, quod matri pater, es : quas egerat olim  
 Dardanius partes advena, Pyrrhus agit.  
 Ille licet patriis sine fine superbiat actis ;  
 Et tu, quæ referas, acta parentis habes.  
 Tantalides omnes, ipsumque regebat Achillen : 45  
 Hic pars militiæ ; dux erat ille ducum.  
 Tu quoque habes proavum Pelopem, Pelopisque parentem ;  
 Si melius numeres, a Jove quintus eris.

*possit avus, qui potior est ordine. Cum tibi nubebam, mea fax nulli oberat : si cum Pyrrho copuler, tu eris mihi offensus. Et pater meus Menelaus veniam dabit nostro amori : ipse victus est sagittis Dei velocis. Ille permittet amorem genero, quem sibi permisit : mater mea dilecta jurabit nos exemplo suo. Tu es mihi, quod pater meus matri : Pyrrhus tuetur partes quas peregrinus Trojanus sustinuerat olim. Quamvis ille sese efferat sine fine factis patriis ; tu etiam habes facta patris, quæ possis prædicare. Ille imperabat omnibus filiis Tantalii, et ipsi Achilli. Hic erat pars militiæ ; ille, rex regum. Tu etiam habes proavum Pelopem, et patrem Pelopem.*

*avus.—39 Gu. 1. et 3. cum V. concedit amorem, 1. a correct. 2. et 3. cum plerisque aliis concedat.—41 Egerat optimus P. cum al. ex melioribus. Vulgo gesserat.—43 Gu. 3. patris.—44 Gu. 2. fata parentis, tres facta cum Helm.—48 Cod. D. altius enumeres. Heins. præfert ab Jove.—50 Pater P. Reliqui*

## NOTE

rho. Deinde respondet, Verum equidem promiserat me ; at inscius acti promiserat : deinde ratio postulat, ut plus possit avus, qui prior est, cuique commissa a patre fueram.

35 *Tæda*] Pro matrimonio, ad quod adhibebantur.

36 *Tu mihi*] Quia, scilicet, illi promissa fuerat : maximaque est injuria desponsatam uxorem alicui tollere.

37 *Et pater*] Pergit in proferendis ad persuadendum rationibus.

38 *Succubuit*] Amore Helenæ victus.

*Præpetis*] Velocis, et ad volandum

expediti celerisque.

*Dei*] Cupidinis.

39 *Genero*] Tibi.

41 *Tu mihi*] Maritus, scilicet, qui eadem matrimonii jura, ut ille, possis vindicare.

42 *Dardanius*] Paris. Id est, Pyrrhus est adulter profigandus.

43 *Ille*] Pyrrhus.

45 *Tantalides*] Agamemnon ; ita dictus a Tantalos proavo : fuit enim ille Pelopis pater ; qui Pelops Atreum, Agamemnonis patrem, genuit.

*Regebat*] In bello Trojano.

46 *Hic*] Achilles.

Nec virtute cares; arma invidiosa tulisti:  
 Sed tu quid faceres? induit illa pater, 50  
 Materia vellem fortis meliore fuisses:  
 (Non lecta est, operi sed data causa tuo.)  
 Hanc tamen implesti; juguloque Ægysthus aperto  
 Tecta cruentavit, quæ pater ante tuus.  
 Increpat Æacides, laudemque in crimina vertit; 55  
 Et tamen aspectus sustinet ille meos.  
 Rumpor, et ora mihi pariter cum mente tumescunt;  
 Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.

*pis: si bene numeres, eris quintus a Jove. Nec es expers virtutis: gestavisti arma invidiosa: sed quid tu ageres? pater dedit illa. Optarem fuisses strenuus causa potiore: causa non lecta est, sed præscripta tuo labori. Hanc tamen exhaustisti; et Ægysthus sanguine infecit domum jugulo perfosso, quam pater tuus ante cruentaverat. Pyrrhus arguit, et detorquet laudem tuam in opprobria; et tamen ille sustinet meos vultus. Crucior, et genæ turgescunt mihi pariter cum animo: et cor*

*patrem.—52 Cod. Mor. Hanc causam.—56 Scr. et Bas. tamen amplexus.—*

## NOTÆ

*Dux erat]* Dux ducum, Rex regum, Rex maximus vulgo Agamemnon dicitur est.

48 *A Jove]* Patet ex iis, quæ modo annotavimus: Jupiter enim pater fuit Tantalii.

49 *Arma invid.]* Quasi dicat, Tametsi laudes tuæ non prædicentur, non ideo tamen virtute cares; sed infelicitate arma tulisti invidiosa. Hoc dicit propter matris cædem, quam in patris, a Clytæmnestra occisi, vindictam Orestes peregit. Sed studio factum atrocissimum dissimulat Hermione; et de solo Ægystho, Clytæmnestræ adultero, loquitur.

50 *Induit]* Id est, causam præbuit interfectus pater, ut indueret. Multa de ea re Tragici.

51 *Materia]* Id est, Vellem, ut in re alia fortitudinem tuam manifestasses.

52 *Non lecta est]* Excusatio est ejus, quod tacite accusavit, cum dixit 'Vellem,' &c. Quasi dicat, Culpa tua

istud non evenit; non enim lecta, sed data est causa facto tuo.

*Data]* Cum pater tuus ab Ægystho adultero et Clytæmnestra matre tua mactatus est.

*Causa]* Ægysthum mactandum intellige, una cum Clytæmnestra matre.

53 *Implesti]* Egregie perfecisti, quod tibi demandatum est, et oraculo consultum.

55 *Laudem]* Id est, Factum ex quo laudem merearis, Ægysthi, scilicet, et Clytæmnestræ cædem: quanquam de Clytæmnestræ matre reticet.

56 *Et tamen]* Arbitror istud indignam dicere Hermionen; quasi non deberet Pyrrhus de Oreste, quem ipsa amabat, coram male dicere; aut indignum esset, quod ei silentium ipse Orestes non imponeret.

57 *Rumpor]* Dolore, scilicet, quod simul tuam et meam injuriam nequeam vindicare. Atque confirmat istud nostram priorem notam.

*Tumescunt]* Propter spiritus per

Hermione coram quicquamne objectet Orestæ ?

Nec mihi sunt vires ; nec ferus ensis adest. 60

Flere licet certe : flendo diffundimus iram ;

Perque sinum lacrymæ, fluminis instar, eunt.

Has solas habeo semper, semperque profundo :

Hument incultæ fonte perenne genæ.

Hoc generis fato, quod nostros errat in annos, 65

Tantalides matres apta rapina sumus.

Non ego fluminei referam mendacia cygni :

Nec querar in plumis delituisse Jovem.

*incensum ignibus inclusis mæret. Exprobravitne aliquid Oresti coram Hermione? Nec polleo viribus; nec sævus gladius adest. Certe licet mihi lugere: lugendo dissipamus iram: et lacrymæ fluunt per sinum tanquam flumen. Habeo has solas semper, et semper prodigo: maxillæ neglectæ madidæ sunt fonte jugi. Hoc fato nostræ gentis, quod pervadit in nostram ætatem, nos matres Tantalides sumus præda idonea. Ego non commemorabo fraudem cygni fluminei; nec querar Jovem luitasse*

59 *Quicquamne objectet Orestæ* ex emend. Heins. Vulgo *quisquamne objecit Oresti*, quomodo Gu. omnes et Helm. Tres quatuorve *quicquamne*. Me. alter si *quicquam objecit*. Leid *quisquamne objecit*. Ar. si *quisquam objecit Orestem*.—61 P. *defundimus iram*. Gu. 1. *dispargimus iras*.—63 *Membræ Barth*. *Has semper lacrymas habeo*. Gu. 1. *solutusque profundo*.—65 *Fato* Gu. 1. cum al. melioribus. Vulgo *fatum*. P. Nam *generis fato*. Alter Me. *rcgnat in ann*. Heins. conj. *durat*, vel *hæret*, vel *perstat*.—66 Al. *Tantalides omnes*.—69 *Quidam codd. fretu detinet*, ut

#### NOTÆ

iram irritatos.

58 *Ignibus*] Iræ, scil.

59 *Quicquamne*] Alii habent *quisquamne*. Eodem vero sensus redit. Indignans queritur Hermione, quod in præsentia sua ausus fuerit Pyrrhus de Oreste male dicere.

60 *Nec mihi*] Est quasi excusatio, quod non ulta sit Orestis injuriam; quasi dicat, Libentissime fecissem, sed defuerunt vires, &c.

61 *Diffundimus*] Illud est quod Gall. dicimus, *décharger sa colère*. In Puteaneo est *defundimus*: quod optimum videtur.

63 *Has solas*] Gall. optime dicimus, *C'est là tout mon recours*. Lacrymas habent mulieres impotentiae suæ refugium, ubi iræ et vindictæ suæ dolis nequeunt consulere. Ex imbecil-

litate enim et ignorantia, ut neque plurimi effeminati homines, injuriam non valent coquere.

64 *Incultæ*] Alludit ad terras incultas, quibus, cum ob duritiem aquam non imbibunt, nihil est magis horridum: unde Horat. Carminum lib. 11. Ode 9. 'Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros.' Atque optime exprimit istud puellæ statum, quæ in mærore est, et omnem sui cultum negligit.

*Fonte*] Oculis, scilicet, unde manant lacrymæ.

65 *Fato*] Alii habent *fatum*; quod eodem redit. Fato imputat, quod ex genere Tantalii puellæ rapiautur.

*Errat*] Ad meam usque ætatem durat.

67 *Non ego*] Rhetorico artificio,



Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos,  
 Vecta peregrinis Hippodamia rotis. 70  
 Castori Amyclæo et Amyclæo Polluci  
 Reddita Mopsopia Tænaris urbe soror.  
 Tænaris, Idæo trans æquor ab hospite rapta,  
 Argolicas pro se vertit in arma manus.

*in plumis.* Hippodamia fuit abducta curru externo ea parte qua Isthmus extensus disjungit longe duo maria. Soror Tænaris restituta est urbe Mopsopia Castori Amyclæo et Polluci Amyclæo. Tænaris, trans mare avecta ab hospite Idæo, im-

Gu. tres, separat, et similia. Gu. 1. cum aliis vetustior, destinat.—72 Tænaris P. hoc et sequ. versu. Reliqui Tyndaris.—73 Æquor scribit Heins. Codd. æquora.

## NOTÆ

quod nolle se dicit, id facit. Tangit vero fabulam Ledæ, Hermiones aviæ maternæ, quam Jupiter in Cycnum conversus vitiavit; ex cujus Ledæ ovis Pollux et Helena, Castor et Clytemnestra nati sunt. Vix vero inter Tantalidas recensetur Leda: adeoque dixit Hermione, 'Non ego fluminei,' &c. Sed Tantalidis mater tamen, quia mater Helenæ, Tantalidis matris, quæ Helena Menelaum Tantalio ortum virum habuit.

*Mendacia*] Cum se cycnum esse simulaverit.

68 *Plumis*] Cycni, scilicet.

69 *Qua duo*] Peloponnesum, aut Peloponnesi potius partem describit, ubi per vim et dolum alia rapta est Tantalidis, Hippodamia scilicet.

*Isthmos*] Isthmus dicitur terra inter duo maria coarctata. Hic vero de Corinthiaco sermo est. Cœnomaus enim Hippodamiæ pater, non longe ab eo in Elide regnabat: atque ad Isthmum de Hippodamia certamen finitum est.

70 *Peregrinis*] Pelopis Phrygii, qui corrupto Cœnomai auriga Myrtilo, illum curuli certamine superavit; ex quo Hippodamiam, victoriæ præmium ab ipso Cœnomao positum, reportavit. Notissimam vero fabulam nihil

opus est totam referre.

*Hippodamia*] Cœnomai filiam hanc Tantalidem esse negat Antonius. At vero ille, quod modo in Leda admonimus, non advertit. Tantalidis mater dicitur Hippodamia, quæ Pelopem Tantalii filium habuit maritum; per quam Tantalii proles propagata.

71 *Castori*] Fuit Castor Jovis, vel potius Tyndari filius, Pollucis et Helenæ frater.

*Amyclæo*] Ab urbe Amyclis in Peloponneso, quæ Castoris et Pollucis fuit patria. Nota vero syllabam ultimam in vocalem desinentem ante aliam vocalem non elidi: deinde quintum hujus versus pedem spondæum esse, non dactylum.

72 *Reddita*] Adeoque rapta fuerat: in eo vero est Hermione, ut Tantalidis matres fato rapinæ aptas exemplis probet.

*Mopsopia*] Attica, eo nomine a Mopso, vel Mopsopo rege, ut alibi scribit Strabo, dicta est. Urbs vero Mopsopia intelligitur Aphidna; quo Helenam raptam Theseus abduxerat.

*Tænaris soror*] Helena, a Tænaro Peloponnesi promontorio ita dicta; quam alibi vocat Tænariam. Mavult enim Heinsius hanc ex Puteaneo codice retinere lectionem, ut fiat op-

Vix equidem memini: memini tamen. Omnia luctus, 75  
 Omnia solliciti plena timoris erant.  
 Flebat avus, Phœbeque soror, fratresque gemelli:  
 Orabat Superos Leda, suumque Jovem:  
 Ipsa ego, non longos etiam nunc scissa capillos,  
 Clamabam, Sine me, me sine, mater, abis? 80  
 Nam conjux aberat. Ne non Pelopeia credar,  
 Ecce Neoptolemo præda parata fui.  
 Pelides utinam vitasset Apollinis arcus!  
 Damnaret nati facta proterva pater.

*pulit pro se ad arma manus Græcas. Equidem vix recorder, recorder tamen: omnia erant plena mœroris et metus anxii. Avus lugebat, et soror Phœbe, et fratres gemini: Leda precabatur Deos, et suum Jovem. Ego ipsa sparsam habens comam adhuc non longam clamabam, Sine me, mater, discedis sine me? Nam maritus ejus aberat. Ne non credar Pelopeia, ecce fui rapina adornata Pyrrho. Utinam Achilles effugisset arcus Apollinis! Pater argueret acta petulantia filii. Nec*

—77 *Phœbeque soror* pro vulg. *flebatque sor.* reposuit Heins. e P. Fr. et Jun. qui habent *Phœbique soror.* Etiam Gu. 3. *Phebūti.*—79 Gu. 1. *F. etiam tum.* 2. et 4. *etiam tunc.*—81 Gu. 2. *Jam conjunx.*—82 Mor. cod. *petita fui.*—

## NOTE

positio cum terra Mopsopia; quam, ut in aliis legitur, *Tyndaris*; quo nomine Helena, a Tyndaro matris Ledæ marito, dicta fuerit.

73 *Idæo*] Paride, ab Ida Phrygiæ monte in quo educatus fuit, sic appellato.

75 *Memini*] Matris raptus.

76 *Plena*] Cum mater mea Helena a Paride rapta fuit.

77 *Avus*] Tyndarus.

*Phœbeque soror*] Helenæ, scil. Hanc vero lectionem optime ex Euripide restituit clarissimus Heinsius; eo ducente Puteaneo codice, itemque Juniano, ubi *Phœbique* legebatur: cum in aliis mendum irrepisset *flebatque*.

*Fratres*] Castor et Pollux.

78 *Suum*] A quo amata fuerat.

79 *Etiam nunc*] Heinsius legi vult *etiamnum*: sed perinde est *etiamnum*, *etiam nunc*, aut *etiam tum*, quod in uno

Farnesiano invenitur, legeris.

81 *Conjux*] Matris; scil. Menelaus; qui, ut volunt, in Cretam iverat.

*Ne non*] Nunc sese Hermione recensitis ex Pelopis gente matribus quæ raptæ fuerant annumerat.

82 *Neoptolemo*] Pyrrhus intelligitur, cui cognomen istud in bello Trojano, ad cujus reliquias juvenis admodum ivit, datum est. In fatis enim erat, Trojam, sine Æacidarum aliquo capi non posse.

83 *Pelides*] Achilles, Pelei filius, Pyrrhi pater.

*Apollinis*] In ejus templo, ipsius etiam ope, Achillem Paris, in calcem (qua parte tantum ille vulnus poterat accipere) adacta sagitta, confecit.

84 *Damnaret*] Quia ille gravissima ira in Agamemnonem, qui sibi Briseidem rapuerat, exarsit.

- Nec quondam placuit, nec jam placuisset Achilli, 85  
 Abducta viduum conjuge flere virum.  
 Quæ mea cœlestes injuria fecit iniquos ?  
 Quod mihi (væ miseræ) sidus obesse querar ?  
 Parva mea sine matre fui ; pater arma ferebat :  
 Et, duo cum vivant, orba duobus eram. 90  
 Non tibi blanditias primis, mea mater, in annis  
 Incerto dictas ore puella tuli.  
 Non ego captavi brevibus tua colla lacertis :  
 Nec gremio sedi sarcina grata tuo.  
 Non cultus tibi cura mei ; nec pacta marito 95  
 Intravi thalamos, matre parante, novos.  
 Obvia prodieram reduci tibi (vera fatebor) ;  
 Nec facies nobis nota parentis erat.  
 Te tamen esse Helenen, quod eras pulcherrima, sensi :  
 Ipsa requirebas, quæ tibi nata foret. 100

*placuit olim, nec placuisset nunc Achilli, maritum destitutum lugere, uxore rapta. Quodnam meum crimen reddidit Deos mihi adversos? Væ miseræ! quam stellem querar mihi nocere? Ego parva fui sine matre mea; pater gerebat bellum: et, cum essent duo superstites, eram destituta duobus. Mater mea, ego puella non tibi paravi blanditias in primis annis prolatas ore titubante. Ego non sum amplexa tuum collum parvis brachiis: nec quievi onus gratum sinui tuo. Non cogitasti de meo cultu; nec desponsata marito ingressa sum thalamos novos, matre mea adornante. Obviam processeram tibi revertenti; confitebor verum; neque vultus matris erat nobis cognitus. Cognovi tamen te esse Helenen, quia eras formosissima:*

85 Gu. 1. et 4. *nec nunc plac.* 3. *nec non.*—87 Tres scripti *Quæ mihi, elegantius.*—88 *Quod mihi væ miseræ* meliores, cum Gu. tribus et Helm. Al. *Quodve mihi miseræ.* Gu. 4. *Quodque.*—89 *Ferebat* Gu. 1. et 3. cum melior. Al. *gerebat.*—99 Al. *Et tamen.* Sed *Te tamen* scripti.—100 *Tibi* Leid. Voss. et

## NOTÆ

86 *Flere*] Vidimus antea de ea re in Briscide. At observa, quæso, quam argute orationem detorquet Hermione, ut, Achillis exemplo, Oresten officii admoneat.

89 *Sine matre*] Quia illa a Paride rapta.

*Ferebat*] Adversus Trojanos.

92 *Incerto*] Titubante et balbutiente. Se iis dicit caruisse voluptatibus, quibus puellæ solent gaudere;

quæ inter parentum amplexus, eos quoque oblectant.

95 *Non cultus*] Forte antem non magis vera puellis contingit voluptas, quam matrum sentire sollicitum amorem.

98 *Matre parante*] Moris vero erat, ut matres, vel quæ sanguine essent conjunctissimæ, nuptas in thalamum collocarent.

Pars hæc una mihi conjux bene cessit Orestes :  
 Is quoque, ni pro se pugnet, ademptus erit.  
 Pyrrhus habet raptam, reduce et victore parente :  
 Munus et hoc nobis diruta Troja dedit.  
 Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat, 105  
 Perfruor infelix liberiore malo.  
 Nox ubi me thalamis, ululantem et acerba gementem,  
 Condidit, in mœsto procubuique toro ;  
 Pro somno lacrymis oculi funguntur obortis :  
 Quaque licet fugio, sicut ab hoste, virum. 110  
 Sæpe malis stupeo : rerumque oblita locique  
 Ignara tetigi Scyria membra manu.

*tu ipsu petebas, quænam esset tibi filia. Hæc una pars mihi pulchre evenit Orestes maritus : is quoque erit sublatus, nisi certet pro se. Pyrrhus habet me abductam, patre meo reduce et victore : et Troja eversa exhibuit nobis hoc donum. Cum tamen Sol sublimis urget equos splendidos, ego misera minus sentio malum. Postquam nox conclusit me vociferantem, et acerbe querentem, et recubui in tristi lecto ; oculi indulgent lacrymis profluentibus pro somno : et quantum possum maritum cito, tanquam hostem. Sæpe torpeo calamitate ; et oblita rerum et loci, tetigi*

excerpta I. Vulgo *tua*.—103 *Raptam* P. Vulgo *captam*.—104 Ita hic versus in priscais editt. excerptis I. et multis Heins. item Helm. legitur. P. *Et minus a nobis* : sex Heins. *Hoc munus nobis*. Al. *Ah non hoc nobis dir*. Tr. *fuit*. Al. *Et minus hoc nobis* (vel *minus a nobis*, vel *munus nobis*) *dir*. Tr. *fuit*. Heins. legit *Muneris hoc nobis dir*. Tr. *fuit*. Gu. 1. *Hoc munus nobis dir*. Tr. *tulit*, quod

## NOTÆ

101 *Pars hæc*] Enumeratis multis infelicitatibus suis, nunc dicit Hermione, qua in re felix fuerit ; quod, scilicet, Oresten maritum habuerit.

*Una*] Fere pro Sola posita vox.

102 *Pro se*] Ne adimatur mihi.

103 *Parente*] Meo, scil. Menelao.

104 *Munus et*] Hic multum variant codices ; sed quæ probari poterunt proferam tantum. Quidam habent *Et minus, ah, nobis diruta Troja fuit*. Qui sensus optimus videtur : nam et eandem prope vidimus supra, in Penelope querimoniam. Et hæc erit maxima infelicitas, quod Hermionæ stent etiam quæ aliis sunt diruta.

Alii habent quam reposuimus lectionem (nam Heinsianam, quanquam

bona est etiam, non retinimus, sine librorum auctoritate) : atque ita ad Trojam stantem Hermione alluserit, unde Paris Helenæ raptor prodierit : cum sibi eadem eversa Troja alium, Pyrrhum scilicet, immiserit.

105 *Cum tamen*] Id est, postquam dies rediit.

*Equis*] Nota est de Solis equis fabula, quam etiam in Metam. videbimus.

*Titan*] Sol, ex Titanibus ortus.

106 *Liberiore*] Mitiore.

107 *Acerba*] Pro Acerbe.

109 *Lacrymis*] Lacrymantur, cum dormire deberent.

110 *Virum*] Pyrrhum.

112 *Scyria*] Pyrrhi Scyrii. Scyros

Utque nefas sensi, male corpora tacta relinquo ;  
 Et mihi pollutas credor habere manus.  
 Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Orestæ 115  
 Exit: et errorem vocis, ut omen, amo.  
 Per genus infelix juro generisque parentem,  
 Qui freta, qui terras, qui sua regna quatit ;  
 Per patris ossa tui, patru mihi ; quæ tibi debent,  
 Quod se sub tumulo fortiter ultra jacent : 120  
 Aut ego præmoriar, primoque extinguar in ævo ;  
 Aut ego Tantalidæ Tantalidis uxor ero.

*artus Scyrios manu inscia. Et ut cognovi nefas, desero membra male tacta : et mihi videor habere manus commaculatas. Sæpe nomen Orestæ profertur pro nomine Pyrrhi : et amo aberrationem vocis, ut præsagium. Juro per genus miserum, et per patrem generis, qui temperat maria, qui terras, qui sua regna ; per ossa patris tui, patru mihi, quæ tibi debent, quod, ultra se strenue, quiescunt in sepulcro ; aut ego ante tempus moriar, et spiritus præcludetur in prima ætate ; aut ego Tantalidis ero conjux Tantalidæ.*

placet Heusing.—110 *Virum* quinque scripti Heins. pro *viro*.—115 *Orestis* nuns F. Etiam hic *Orestæ* reponendum.—117 Gu. 2. et 4. cum P. Helm. et aliis multis, *infelix oro*.—120 Gu. *Quod sic*, uti vult Burm. Gu. 4. *Quæ se*. L. *Quod sic sub titulo*.

## NOTÆ

vero insula est maris Mediterranei, in qua regnavit Lycomedes Deidamiæ pater, ex qua Achilles Pyrrhum suscepit.

116 *Omen*] Quia inde illa Orestæ se aliquando conjunctam fore bene ominabatur. Nomen faciebat omen.

117 *Infelix*] Non tantum propter Tantalidum matrum raptus, ut voluit ; verum quia ex illa domo satis habuerunt materiæ ad sua Poëmata Tragici, ubi omnia cædis et sanguinis fuerunt plena.

*Parentem*] Jovem, Tantalidis patrem.

119 *Patru mihi*] Omnino, siquidem Agamemnon, pater Orestæ, frater fuit Menelai, patris Hermiones.

*Tibi debent*] Orestes enim Ægystium, matris adulterum, ipsamque Clytæmnestram matrem, Agamemnonis patris interfectores, morte multavit.

121 *Præmoriar*] Id est, ante tempus, et immaturo funere.

*Primoque*] Id est, adolescentula.

123 *Tantalidæ*] Tui, scil. Orestis. Voto potita est Hermione ; eam enim Orestes, interfecto Pyrrho, recepit.

## EPISTOLA IX.

## DEIANIRA HERCULI,

## ARGUMENTUM.

HERCULEM Jupiter ex Alcmenæ compressu, pro Amphitryone se gerens, suscepit: quem Eurystheus, rex Mycenarum, Junonis instructus dolis, ut sic periret, ad labores arduos incitavit. Qui tamen semper victor evasit. Verum enim, ceteris monstribus fortiter superatis, amoris mulierosus succubuit. Deianira, Cenei regis Calydonis filia, uxor ejus, tam illaudato Ioles amore offensa, redigit illi ad animum ante partas honestates præclaraque facinora, ut ad exemplum illorum suos jam mores æstimet. Hæc autem scribenti nuntiatur extrema Herculis calamitas, quam veste Nessi Centauri, virulento sanguine tincta, ipsique a se missa, conciliaverat, cui inesse vim revocandi eum ab alienis amoribus credebat; gravissimo igitur dolore oppressa, facinus suum purgare studet: denique suspendio finire cogitat.

GRATULOR Æchaliæ titulis accedere nostris:

Victorem victæ succubuisse queror.

Fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes

Decolor, et factis inficienda tuis;

*Grator Æchaliæ annumerari vestris elogiis: queror victorem a victa victum esse. Turpis fama, et neganda factis tuis, repente advolavit ad urbes Græcas;*

//////////

3 Ad urbes Codex D.—4 Discolor Gr. duo Voss. cum altero Me.—9 Velit

## NOTÆ

1 Æchaliæ] Tres eo nomine urbes auctores meminerunt, in Thessalia, Arcadia, et Eubœa. Quanquam vero inter veteres, utra Euryti fuerit, de qua nunc, ambigatur, plerique postremam intelligunt. Illam vero Hercules expugnavit, quod sibi Iolen Eurytus pater, Æchaliæ rex, ejusque filii uxorem promissam negarent. Ex quo satis patet quamobrem Deianira, Herculis uxor, de eodem gratuletur et queratur.

Nostris] Alii habent *vestris*.

2 Victorem] Id est, te Ioles amore victum fuisse.

3 Pelasgiadas] Græcas. Quanquam enim Pelasgi vetustissimi Græciæ populi, a Pelasgo Jovis filio appellati, Thessaliæ parti primo, deinde Peloponneso nomen dederunt, tamen ipsi pro omnibus Græcis sæpissime veniunt.

4 Decolor] Turpis: metaphora ab infecto panno.

Quem nunquam Juno, seriesque immensa laborum 5  
 Fregerit; huic Iolen imposuisse jugum.  
 Hoc velit Eurystheus, velit hoc germana Tonantis;  
 Lætaque sit vitæ labe noverca tuæ.  
 At non ille velit, cui nox (si creditur) una  
 Non tanti, ut tantus conciperere, fuit. 10  
 Plus tibi, quam Juno, nocuit Venus. Illa premento  
 Sustulit: hæc humili sub pede colla tenet.  
 Respice vindicibus pacatum viribus orbem,  
 Qua latam Nereus cœrulus ambit humum.  
 Se tibi pax terræ, tibi se tota æquora debent : 15  
 Implesti meritis Solis utramque domum.

*Iolen inmisisse jugum illi, quem nunquam Juno, et numerus infinitus laborum prostraverit. Istud cupiverit Eurystheus, istud cupiverit soror Tonantis; et noverca gavisa fuerit crimine vitæ tuæ. At non ille cupiverit, cui (si fides habetur) nox una non satis fuit, ut generareris tantus. Venus obsuit tibi, plus quam Juno. Illa evexit te urgendo; hæc tenet collum sub vili pede. Respice orbem terrarum pacatum viribus tuis ultricibus, qua mare glaucum circum vastam terram. Terræ pacata, maria tuta debent se tibi: cumulasti beneficiis utramque domum Solis.*

decem Heins. Vulgo venit.—10 Quidam codd. Non satis. Me. alter Non tanta.  
 —12 Gu. 1. 2. et 3. cum Helm. humilis.—13 Sa. solenni aberratione judi-

## NOTÆ

*Inficienda]* Neganda; quod prioribus non respondeat.

5 *Juno]* Cujus in Jovis omnes nothos incensæ suasu, infinitos labores Herculi Eurystheus quotidie imponebat.

*Seriesque]* Decantatissimos Herculis labores, nihil est opus, credo, hic commemorare; cum plurimos hac ipsa epistola visuri simus.

7 *Hoc velit]* Ut tandem a virtute descendas, victusque discedas.

*Eurystheus]* Rex fuit Mycenarum, cujus mandatis, variis de causis, Herculem obnoxium faciunt Auctores.

*Germana]* Juno, Jovis soror.

8 *Noverca]* Juno eadem; quæ Herculis noverca, cum sit Jovis conjux.

9 *Ille]* Jupiter; qui, tribus in unam congestis noctibus, cum Alcmena Amphitryonis uxore et Herculis ma-

tre consuevit.

12 *Sustulit]* Omnino, siquidem per labores et præclara facta in tantam celebritatem Hercules pervenit.

*Humili]* Qni ad deprimentum non satis potens videbatur.

13 *Vindicibus]* Hoc dicit, quia plurimos nefarios homines Hercules sustulerat.

14 *Qua latam]* Totum orbem pergrasse sum Hercules volunt Græci, qui illi quicquid ab omnibus (nam plures fuerunt) factum est, attribuerunt.

*Nereus]* Deus marinus, pro mari ipso positus.

15 *Pax terræ]* Terra a te pacata.

*Tota]* Alii legunt *tuta*; i. e. monstris et in mari insidiantibus latronibus interfectis.

16 *Solis]* Orientem et occidentem.

- Quod te laturum est, cœlum prior ipse tulisti :  
 Hercule supposito sidera fulcit Atlas.  
 Quid nisi notitia est misero quæsita pudori,  
 Si macula stupri facta priora notas ? 20  
 Tene ferunt geminos pressisse tenaciter angues,  
 Cum tener in cunis jam Jove dignus eras ?  
 Cœpisti melius, quam desinis : ultima primis  
 Cedunt : dissimiles, hic vir, et ille puer.  
 Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis, 25  
 Non potuit Juno vincere, vincit Amor.  
 At bene nupta feror, quia nominer Herculis uxor ;  
 Sitque socer, rapidis qui tonat altus equis.  
 Quam male inæquales veniant ad aratra juvenci,  
 Tam premitur magno conjuge nupta minor. 30

*Tu prior cœlum fulsisti, quod te feret : Atlas tulit sidera Hercule submisso. Quid partum est, nisi cognitio infelici dedecori, si deonestas facta priora labe sordida ? Tene aiunt strenue suffocasse geminos serpentes, cum tenellus in cunis, jam eras dignus Jove ? Melius incepisti, quam finis ; ultima non respondent primis : hic vir et ille infans sunt absimiles. Amor superat, quem mille feræ, quem hostis Stheneleius non potuit vincere. At dicor nupta feliciter, quia appeller uxor Herculis ; et socer sis mihi, qui tonat altus equis fervidis. Nupta impar tam læditur magno marito, quam tauri impares male junguntur ad aratra. Non honor est, sed*

*cibus. Heins.—15 Alii Codd. parsterræ. Heins. conj. tuta æquora.—17 Vulg. prius.—18 Gu. 1. a manu prima 2. et 3. cum Helm. et plerisque aliis fulsit.—19 Est abest a multis. Forte quid nisi notities. Malebat etiam Slichtenhorst. pudorque : non probo. Heins.—20 Gu. 1. 2. 3. et Helm. cum vulg. Sicumulas st. f. pr. nota. Reg. cum Gu. 4. Si maculus stupri (Heins. conj. turpi) f. p. nota. Leid. Si cumulo st. f. pr. notes.—27 Nominer Ar. Vulgo nominor.—29 Veniant P. pro vulg. veniunt.—31 Ferentem meliores cum Gu. 4. Al. fe-*

## NOTÆ

17 *Laturum*] Vult Deianira Herculem virtute in cœlum ascensurum.

18 *Hercule*] Id est, Atlas Herculis ope cœlum sustinuit. Fictum vero istud ideo volunt, quod Atlanti Hercules in Astrologia, quam ab ipso dicit, successerit.

19 *Notitia*] Id est, Quid tibi per præclara tua facta comparasti, nisi ut nunc magis cognoscatur dedecus tui ? Huic affine est quod dicit Marius in Jugurtha Sallustii : ‘Ma-

jorum gloria posteris lumen est, neque mala eorum in occulto patitur.’

20 *Notas*] Maculas, vitia.

21 *Tene*] Quasi dicat, Fierine potuit, ut tam mollis tamque turpis evaseris ?

*Geminos*] Ab irata Junone immisos.

25 *Stheneleius*] Eurystheus, Stheneli filius.

27 *At bene*] Objectio, cum ironia proferenda.



Non honor est, sed onus; species læsura ferentem.

Si qua voles apte nubere, nube pari.

Vir mihi semper abest; et conjuge notior hospes

Monstraque, terribiles persequiturque feras.

Ipsa domo vidua, votis operata pudicis,

35

Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.

Inter serpentes, aprosque, avidosque leones

Jactor, et esuros terna per ora canes.

Me pecudum fibræ, simulacraque inania somni,

Ominaque arcana nocte petita movent.

40

*onus, species quæ premet gerentem: si qua cupies bene nubere, nube æquali. Maritus semper mihi desideratur: et hospes notior est marito: persequitur monstra, et truces feras. Postquam ego dedi operum votis castis in domo deserta, crucior metu, ne maritus intreat ab hoste sævo. Versor inter unguis et apros et leones rapaces, et canes manducaturus per ternos rictus. Fibræ victimarum, imagines vanæ somni, et præsgia secreta nocte quæsita me perturbant. Misera capto rumores dubiæ fa-*

//////////

*rentes.—32 D. si qua velis.—35 Ar. studiis operata. Ha. thalamis op. Gu. 2. et 4. cum Helm. operosa pud.—38 Esuros multi codd. Gu. omnes cum P. et al. hæsuos. Gu. 1. cerno per ora canes. 2. et 4. cerno per ossa. P. terna per ossa. unns V. esuros cerno per ora; unde Heins. effinxit esuros terna per ora.—*

#### NOTÆ

28 *Socer*] Jupiter.

29 *Quam male*] Responsio est ad objectionem.

31 *Non honor*] Sententia est, cum exornatione rhetorica per Adnominationem figuram. Dicit magis onus quam honorem esse, nubere majori.

*Species*] Dicit, quod nupsisse majori sit species, honor, aut dignitas illi uxori molesta, quæ illa videtur gaudere. Hic vero quidam graviter hallucinatus est.

32 *Qua*] Pnella, scil.

33 *Notior*] Quia sæpius hospes domum, quam maritus petit.

34 *Monstraque*] Quale fuit Hydra Lernæa, septem, novem, aut etiam amplius, secundum aliquos, capitibus horribilem; itemque Cerberus, Cacus, &c.

*Terribiles*] Puta Leonem Nemæum, Aprum Erymanthium, alias, quæ in

Herculis fuerunt duodecim laboribus.

35 *Operata*] Operari significat, inter alia, Rem divinam facere, Sacrificare. Hic fuerit, sacrificiis, votorum, pro viri salute conceptorum, impletionem a Diis petere.

36 *Torqueor*] Metu crucior.

38 *Jactor*] Ex eo maximum declarat amorem Deianira, quod omnia, cogitatione, pericula subeat, quæ Hercules obivit.

*Canes*] Qualis fuit Cerberus, quem, Eurysthei jussu, Hercules, frustra oblatrantem, ad superos perduxit.

39 *Fibræ*] Exta, quæ, ut quid de te futurum sit cognoscam, inspicio. Deorum enim voluntatem per niactatas hostias exquirebant.

*Simulacraque*] Somnia.

40 *Ominaque arcana*] Auguria, interpretatur Hubertinus; Mycillus,

Aucupor infelix incertæ murmura famæ :  
 Speque timor dubia, spesque timore cadit.  
 Mater abest; queriturque Deo placuisse potenti :  
 Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.  
 Arbiter Eurystheus iræ Junonis iniquæ 45  
 Sentitur nobis, iraque longa Deæ.  
 Hæc mihi ferre parum est: peregrinos addis amores ;  
 Et mater de te quælibet esse potest.  
 Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen,  
 Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos : 50

*mæ: et metus recedit spe incerta, et spes metu. Mater abest; et dolet se gratam fuisse Deo potenti: nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus hic est. Premor Eurystheo vindice furoris Junonis infensæ, et furore permanente Deæ. Leve est mihi tolerare hæc: adjicis amores extraneos: et quævis potest esse parens de te. Ego non commemorabo Augen vitiatam in vallibus Partheniis, nec partus tuos, nympha Or-*

~~~~~

40 Heins. conj. *petita monent*; et sic Gu. 2.—42 *Cadunt unus V.*—43 Unns Str. et Gu. 3. *placuisse tonanti.* Cod. D. *petenti.*—44 *Ilos alter L. Hyllus* Heins.—46 *Quidam lenta pro longa.*—47 *Meliores, teste Heins. omittunt est.*

#### NOTÆ

Responsa ac vaticinia. Neutrum probo. Per *omina* nihil aliud intelligo, quam inanes, ex quibuslibet rebus, per noctem conceptas cogitationes; quomodo vel ex abaci crepitu, et ejusmodi multis, portenta sibi fingere solent etiam nostræ mulierculæ.

*Petita*] Excogitata.

41 *Aucupor*] Id est, Diligenter, nec sine religione, scrutor.

42 *Speque*] Id est, Timorem inter et spem conflictor. Sed spem dubiam dicit; cujus itaque potiores non fuerunt vices.

43 *Mater*] Alcmena.

*Abest*] Trachynen enim in exilium, ubi Deianiram uxorem reliquit Hercules, post interfectum in convivio Cenei pincernam, concesserat. Sed de tota hac fabula omnino opus est adire Apollodorum.

*Queritur*] Quandoquidem dilectissimum ex eo filium nunquam potest videre.

44 *Pater*] Herculis, scilicet, vulgò creditur; cum Alcmenæ matris maritus esset.

*Hyllus*] Herculis ex Deianira filius, ab Eurystheo etiam in exilium missus.

45 *Arbiter Eurystheus*] Cujus mandatis obnoxium Herculem jam antea monuimus. Junonis vero iræ dicitur arbiter, quia pro arbitrio, quæ Junonis iram explerent, Herculi imperabat, illumque maximis laboribus damnabat.

46 *Sentitur*] Viri enim absentia, ejus omnia in se redundabant incommoda.

47 *Parum*] Ironice credo intelligendum; ut conjuncta sit aliqua exprobratio.

49 *Partheniis*] Arcadicis, a monte Parthenio sic appellatis.

*Temeratam*] Vitiatam.

*Augen*] Fuit Auge Alei Arcadiæ regis filia, ex qua Telephum Hercu-

Non tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores ;

Quarum de populo nulla relicta tibi.

Una, recens crimen, præfertur adultera nobis ;

Unde ego sum Lydo facta noverca Lamo.

Mæandros, toties qui terris errat in isdem,

55

Qui lassas in se sæpe retorquet aquas,

Vidit in Herculeo suspensa monilia collo ;

Illo, cui cœlum sarcina parva fuit.

*meni. Sorores, turba Teuthrantia, de quarum numero nulli tibi ommissa, non erunt tibi flagitium. Una pellex, novum probrum, nobis anteponitur; ex qua ego sum facta noverca Lamo Lydo. Mæander, qui toties vagatur in terris iisdem, qui sæpe in se reflectit aquas emissas, intuitus est armillas pendentes collo Herculeo; illo,*

~~~~~

—51 *Vulg. Nec tibi.*—53 *Præfertur* sex codd. Heins. Fr. et Gu. 4. vulgo *refertur*. Gu. 1. *referretur*. 2. *fertur*. Egnatius conj. *defertur*.—55 *Mæandros* potiores pro vulg. *Mæander*. Vetus ed. *qui ripis*. Unus V. *terris toties qui volvitur isdem*. L. 1. *versat in isdem*. 2. *regnat i. i.* Quatuor alii, *qui se toties concludit in orbem*: R. *toties qui se includit in orbem*; unde Burmann. conj. *Mæandros, toties qui secum ludit in orbem*.—56 *Lassas* Gu. 1. et 4. cum P. et aliis

## NOTE

les suscepit.

50 *Ormeni*] *Astydamiam* intelligit, *Ormeni* regis filiam; quam cum *Hercules* dari sibi in conjugem petivisset, pater reunit, sciens eum habere *Deianiram*. Qua re indignatus *Hercules* regi bellum intulit, captaque urbe et rege interfecto, *Astydamiam* captam vitiauit, atque ex ea *Ctesippum* genuit. *Diodor. lib. v.*

51 *Teuthrantia*] De quinquaginta *Thespii*, *Erechthei* Atheniensis regis filii, natabus, quas, ut nonnullis placet, una nocte *Hercules* vitiauit, intelligi volunt. Quamobrem vero *Teuthrantia* turba dicantur, *Antonius* a *Teuthranto*, Atticæ oppido, ubi pictura visebatur admiranda, quomodo hæc ab *Hercule* gesta essent, testatur.

52 *Relicta*] Intacta, scilicet: quam unam excipit *Pausanias* in *Bæoticis*.

53 *Una*] De *Omphale* Lydorum

regina intelligendum; cui quam serviliter sese *Hercules* subjecerit, neque *Terentianum Thrasonem* latuit.

*Præfertur*] *Anteponitur*.

54 *Lamo*] Fuit hic *Lamus* *Herculis* ex *Omphale* filius; cui quidem *Deianira* noverca fuerit.

55 *Mæandros*] *Vulgati* habent *Mæander*. Fluvius est, *Lydiam* a *Caria* determinans.

*Toties*] Hoc dicit, quia, sicut jam antea, ni fallor, annotavimus, ita flexuosus est, ut in se videatur recurrere. Ex quo factum, ut omnes obliquitates, et vafra consilia, *Mæandros* veteres appellaverint.

57 *Vidit*] *Fluvio*, quod ejus accollis, tribuit.

*Monilia*] Non tantum muliebrem cultum quandoque *Hercules* apud *Omphalen* sumpsit, sed insuper nevit, &c.

58 *Illo*] Alii habent *Collo*.

Non puduit fortes auro cohibere lacertos,  
 Et solidis gemmas apposuisse toris. 60  
 Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis  
 Edidit; unde humerus tegmina lævus habet.  
 Ausus es hirsutos mitra redimire capillos:  
 Aptior Herculeæ populus alba comæ.  
 Nec te Mæonia, lascivæ more puellæ, 65  
 Incingi zona dedecuisse putas?  
 Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,  
 Efferus humana qui dape pavit equas?

*cui cælum exiguum fuit onus. Non puduit implicare strenua brachia auro, et adiunxisse gemmas firmis nervis. Scilicet pernicies Nemeæa, ex qua tuus humerus sinister habet tegumentum, efflavit animam sub his brachiis. Potuisti coercere comam hispida mitra: populus alba magis idonea capillis Herculeis. Nec credis tibi turpè fuisse cingi cingulo, more puellæ luxuriantis? Non tibi obversata est species feri Diomedis, qui crudelis aluit aquas cibus humanis?*

nonnullis. Vulg. *lupsas*.—58 Unus Heins. pro var. lect. *Collo, cui*.—60 P. et multi alii *opposuisse*: alii *imposuisse*.—62 Cod. Mor. *Perdidit*: Leid. *Credidit*.—63 Ha. *myrto redimire*.—64 P. *alma* pro *alba*.—66 Gu. omnes et Helm. cum al. *dedecuisse pudet*. Leid. *putes*.—68 *Equus* P. et Gu. 1. Vulgo, *equos*.

## NOTÆ

60 *Solidis*] Id est, fortibus et nervosis musculis et lacertis. Herenlis mollitiem arguit.

61 *Sub his*] Ita ornatis. Herenlem irridet, qui turpissime molli et lascivo habitu brachia sua ornaverit, aut potius oneraverit.

*Pestis Nem.*] Leo, quem in Nemeæa sylva Hercules interfecit.

62 *Unde*] Illius Leonis pellem postea Hercules pro scuto et thorace gestavit.

*Lævus*] Nam dexterum exertum et detectum habere oportuit, ut esset ad pugnam et ictus expeditior.

63 *Ausus es*] Hoc dicit præsertim, quia maxime ridiculum erat, hirsutis et impexis capillis muliebri ornamentum apponere.

*Mitra*] Servio teste, nomen est barbarum, quo capitis quoddam or-

namentum, aut pileus incurvus, de quo philyræ dependerent, intelligitur; cuius, apud Lydiæ et Phrygiæ mulieres, aut quosdam etiam effæminatos viros, usus erat.

64 *Alba*] Ex qua sibi coronam fecisse fertur Hercules, cum ad inferos Cerberum petiturus descenderet: unde illi sacra arbor fuit. Alia est autem arbor populus nigra.

65 *Mæonia*] Omphales Mæoniæ, seu Lydiæ.

66 *Putas*] Sic Heinsius malebat pro *putat*: quod etiam in quibusdam codicibus reperitur.

67 *Crudi*] Feri et inhumani.

*Diomedis*] Hunc crudelissimum fabulantur Thraciæ tyrannum, qui equos suos hospitem pascebat carnibus; quem victum iisdem equis Hercules in pabulum dedit.

Si te vidisset cultu Busiris in isto;  
 Huic victor victo nempe pudendus eras. 70  
 Detrahat Antæus duro redimicula collo;  
 Ne pigeat molli succubuisse viro.  
 Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas  
 Diceris; et dominæ pertimuisse minas.  
 Non fugis, Alcide, victricem mille laborum 75  
 Rasilibus calathis imposuisse manum?  
 Crassaque robusto deducis pollice fila,  
 Æquaque famosæ pensa rependis heræ?

*Si Busiris te aspexisset in isto ornatu; nimirum victor cras erubescendus huic victo. Antæus deripiat armillas forti collo; doleat victum fuisse a viro effæminato. Perhiberis tractasse quasillum inter puellas Ioniacas, et reformidasse minas dominæ. Non pænitet, Alcide, admovisse manum victricem mille laborum quasillis expolitit? Et trahis fila rudia forti pollice, et reddis pensu æqua pulchræ dominæ?*

//////////

—70 Sa. et Gu. 3. *Sic victor.*—71 Gu. 2. *diro redim.*—72 Gu. 1. *Et pigeat:* 4. *Nec pigeat.*—73 *Inter Ioniacas* uterque V. Gu. omnes et Helm. cum al. Vulgo *Mæonias inter.* Heins. conj. *Inter Coiadas, vel Ioniudas.*—75 *Non fugis* melior. Al. *Non pudet.*—76 Cod. Douzæ *implicuisse man.*—77 Excerpta P. *Crassaque fam.* multi *Crassaque:* R. *plenaque:* tres Heins. et Gu. 1. *Tu quoque;* dno. *Et quoque.*—78 Excerpta I. cod. Voss. et Barb. *Et data fam.*

#### NOTÆ

69 *Busiris]* Hunc etiam, Ægypti tyrannum, hospites immolare solitum, Hercules mactavit.

70 *Pudendus]* Id est, illum a te vinci puduisset.

71 *Detrahat]* Id est, Detrahere cupiat. Nota hanc figuram; alibi usum suum habere poterit. De præterito, tanquam de futuro loquitur; utque Herculem arguat Deianira, Antæum ex mortuis excitat.

*Antæus]* Gigas fuit, Terræ, vel, ut alii dicunt, Neptuni filius, qui hospites secum luctari cogeat, et occidebat. Hunc etiam Hercules sublimem, et a terra, ex qua semper novas vires habebat, abstractum, necavit.

73 *Ioniacas]* Omphales, scil. Nam Ionia Lydiæ adeo conjuncta, ut vix limitibus disjungatur. Quanquam

plurimi codices habent *Mæonias*: sed jam præcessit.

*Calathum]* Calathus vasculum est vimineum, lanis, floribus, et ejusmodi reponendis aptum.

*Tenuisse]* Id est, Cum puellis, peristromatibus conficiendis incubnisse. Gall. *D'acoir eu vos corbeilles et vos petits paniers: De vous etre amusé à faire de la tapisserie.*

75 *Fugis]* Pudet; quod in aliis legitur.

*Alcide]* Cognomen est Herculis, ab Alcæo avo; vel, ut alii volunt, ab ἀλκή, robor.

*Mille]* Duodecim præcipue ab Eurystheo imperati memorantur: quam alii plurimi fuerunt.

76 *Rasilibus]* Politis.

77 *Crassaque]* Quod fili est vitium;

Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,  
 Prævalidæ fusos comminuere manus. 80  
 Crederis, infelix, scuticæ tremefactus habenis,  
 Ante pedes dominæ procubuisse tuæ.  
 Eximias pompas, præconia summa triumphi,  
 Factaque narrabas dissimulanda tibi. 85  
 Scilicet immanes elisis faucibus hydros  
 Infantem cunis involuisse manum?  
 Ut Tegeeus aper cupressifero Erymantho  
 Incubet, et vasto pondere lædat humum?

*Ah quoties, dum premis stamina firmis digitis, manus æquo fortiores fregerunt fusos. Miser, diceris, exterritus loris flagri, extimuisse minas ante pedes dominæ. Commemorabas maximas tuas laudes præclaris pompis triumphi, et facinora tibi tacenda. Nempe manum puerilem in cunabulis pressisse serpentes ingentes gulis attritis? Quomodo aper Tegeeus incubat Erymantho cupressifero, et premat ter-*

\*\*\*\*\*

Gu. 4. *Hæc quoque*. L. et Helm. *famosæ*: vulgo *formosæ*.—81 Gu. 4. *Diceris infel.*—82 *Procubuisse tuæ* cod. R. Vulgo *pertimuisse minas*, quod huc perperam traductum e v. 74.—83 Gu. 1. 2. 4. et Helm. *Eximiis pompis*. P. *Eximiis pompis immania semina laudum*. Scr. *Eximias pompas, immania semina laudum*, quod probat Barm. nisi malis. *Eximias pompas, et præmia summa, triumphos*. Bersm. margo et excerpta D. *Exuviis positus meriturum semina laudum*.—84 Heusing. e Gu. 1. emendat, *Factaque narrabis diss. tibi?*—85 *Elisis* Gu. 3. cum melioribus. Vulgo *elisos*.—86 P. cum ceteris plerisque præstantior. *Inf. caudis*; et ita Gu. omnes, et Helm. Nonnulli *Inf. cunis*. Quidam *Inf. nuda dilacerasse manu*. Alter Me. *Inf. viduum dilacerasse manu*. Alii aliter. Heius. insistens vestigiis P. scribit *Inf. nodis involuisse manum*.—88 *Incubet et lædat* P.

#### NOTÆ

nam tenne laudatur. Herculi exprobrat Deianira, quod fila trahat; quæ etiam trahere nesciat.

78 *Æquaque*] Id est, Quod tibi pensum tali pondere datum est, eodem cum Omphalæ ancillis, dominæ, postquam vetum est, reddis.

*Famosæ*] Sic Heinsius, pro vulg. *formosæ*, mallet: quia verisimile non sit Deianiræ laudatam esse a forma pellicem.

80 *Prævalidæ*] Herculem irridet, quod fusos fregerit.

81 *Crederis*] Hoc distichon adulterinum esse opinatur Heinsius; quia neque in Puteaneo codice, nisi in margine, apparet; atque eadem fere

supra habentur. Nolim tamen eradere.

*Habenis*] Loris.

83 *Eximias*] Heinsio et hoc distichon, quod neque in Puteaneo codice legitur, suspectum est. Alludit vero Poëta ad pompam triumphorum; ut, eo quo erat habitu ad pedes dominæ projectus, ridiculus magis Hercules videatur.

84 *Dissimulanda*] Quia quo illis major erat Hercules, eo ineptior videbatur.

85 *Scilicet*] Ea refert Deianira, quæ Herculem apud Omphalen prædicasse fingit.

86 *Cunis*] Alii habent *caudis*. Alii,

Non tibi Threiciis affixa penatibus ora,  
 Non hominum pingues cæde tacentur equæ? 90  
 Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi,  
 Geryones; quamvis in tribus unus erat?  
 Inque canes totidem trunco digestus ab uno  
 Cerberos, implicitis angue minante comis?  
 Quæque redundabat fœcundo vulnere serpens 95  
 Fertilis, et damnis dives ab ipsa suis?  
 Quique inter lævumque latus, lævumque lacertum,  
 Prægrave compressa fauce pendit onus?

*ram ingenti onere? Non a te prætermittuntur capita appensa postibus Thraciis, non equæ optimæ sanguine hominum? Nec portentum triplex, Geryon abundans armentis Iberis; quamvis unus erat in tribus? Nec Cerberus dirisus in totidem canes ab uno corpore, pilis involutis serpentibus, minus intentantibus? Nec hydra fœcunda, quæ renascebatur plaga fertili, ipsa opulenta etiam ex suis dispendiis? Nec qui inter sinistrum latus et sinistrum brachium fuit onus ponderosissimum*

Vulgo *incubat, lædit*. Gu. 3. cum cod. D. *Incubuit vasto*. Scr. *Incumbens vasto pond. lædat humum?* Gr. *pulset humum*.—94 *Cerberos* P.—95 Helm. *Quæque fecundabat*. P. a man. pr. *elulabat*; forte pro *resultabat*. Heins.—96 *Dives ab ipsa* Gu. 2. 3. 4. cum P. et aliis melior. Vulgo *dilior ipsa*.—97 Gu. 2. et 4. cum Helm. *Quodque inter*. Deinde iidem *dextrumque lacertum*. *Herculeaneus*

## NOTÆ

*Infantem nuda dilacerasse manu.*

87 *Tegeus*] Arcadicus, a Tegea, vel, ut Poëtæ scribunt, Tegeæa, Arcadiæ urbe. Hunc vero aprum vivum ad Euristheum pertraxit Hercules.

*Erymantho*] Erymanthus, mons Arcadiæ.

88 *Lædat*] Alii *pulset*.

89 *Threiciis*] Diomedis, quem Hercules mactavit.

*Affixa*] Eorum hospitem, quos equis devorandos Diomedes apponebat, ora et capita postibus affigebat.

91 *Triplex*] De Geryone, Hispaniæ, vel potius insularum Gadum, rege, agitur: quem, ob triplicem exercitum, tresque filios, insulas etiam ternas, triplicem, tergeminum, triplicem Poëtæ fabulati sunt. Quan-

quam alia etiam alii. Hoc vero devicto, boves, quibus ille erat ditissimus, Hercules in Italiam egit.

92 *In tribus unus*] Justinus tres fratres concordēs interpretatus est.

93 *Trunco*] Cerberi, scil. corpore.

94 *Angue*] Immo *anguibus*; centum enim habuisse dicitur.

95 *Quæque*] Hydram Lernæam significat, septem, novem, quinquaginta, centum etiam, ut nonnullis placet, capitibus terribilem; quorum uno amputato, duo alia renascebantur. Quam Iolai, ignem ad cæsa capita apponentis, opera, Hercules sustulit.

97 *Quique*] Antæus est, quem, ne Terræ matris auxilium sentiret, Hercules, sinistro brachio sublato, dextra suffocavit.

- Et male confisum pedibus formaque bimembri  
 Pulsum Thessalicis agmen equestre jugis ? 100  
 Hæc tu Sidonio potes insignitus amictu  
 Dicere? non cultu lingua retenta silet?  
 Se quoque Nympha tuis ornavit Iardanis armis,  
 Et tulit e capto nota tropæa viro.  
 I nunc, tolle animos, et fortia facta recense : 105  
 Quod tu non esses jure, vir illa fuit.  
 Qua tanto minor es, quanto te, maxime rerum,  
 Quam quos vicisti, vincere majus erat.  
 Illi procedit rerum mensura tuarum.  
 Cede bonis : hæres laudis amica tuæ. 110  
 Pro pudor! hirsuti costas exuta leonis  
 Aspera texerunt vellera molle latus.

*guttur eliso? Nec turma equestris male nixa pedibus et figura bifor-  
 mi, profligata ex montibus Thessalicis? Tu potes hæc referre decoratus vestitu Sidonio? Lingua non  
 tacet repressa ornatu? Puella etiam Iardanis se instruxit tuis armis, et reportavit  
 nota tropæa ex viro victo. Ito jam, effere animos, et facta nobilia commemora. Illa  
 fuit vir, quia tu non eras merito. Qua tanto es inferior, summe, quanto præstan-  
 tius erat superare te, quam quos superasti. Illi prodest mensura factorum tuorum.  
 Cede bonis: amica est hæres gloriæ tuæ. Pro pudor! pellis hirsuta derepta late-  
 ribus leonis horridi relaxit latus effæminatam. Erras et ignoras; ista exuvia*

//////////

*dextrumque latus dextrumque lacertum.—101 Pro Sidonio Heins. corrigebat  
 Mygdonio.—102 Vulg. num cultus.—103 Vett. Codd. oneravit.—104 Quidam  
 codd. bina tropæa.—105 fortia gesta P. et quinque alii.—106 P. quem: forte  
 quam: vel, ut alter Me. Quo tu non esses jure vir, illa foret. Heins.—109 Unus  
 V. procedat. P. a manu sec. proh cedit.—111 Pro pudor sex libri Heins. Vul-*

#### NOTÆ

99 *Et male*] De Centauris agitur, ideo a Poëtis superna parte viris, inferna equis fictis, quod primi equo Thessali illi pugnare cæperint. Illos vero partim cecidit, partim fugavit Hercules, quod ad mirabilem vini, quod Pholus Centaurus exhibebat, odorem accurrentes, impetum fecissent.

101 *Sidonio*] Purpureo. Laudatissima vero erat Sidonia purpura.

103 *Iardanis*] Omphale a patre eo nomine appellata; quæ vicissim et

clava et cetero Herculis cultu ornari voluit.

104 *Nota*] Alii habent *bina*; ut de amore Herculis et de ejus spoliis tropæa posuerit Omphale.

105 *I nunc*] Increpatio est per irisionem.

109 *Procedit*] Illi omniam a te gestarum rerum laudi gloriæque vertitur magnitudo.

110 *Bonis*] Laude omni; quandoquidem te majorem invenisti.

112 *Molle*] Omphales.



Falleris, et nescis; non sunt spolia ista leonis,  
 Sed tua: tuque feri victor es; illa tui.  
 Fœmina tela tulit Lernæis atra venenis, 115  
 Ferre gravem lana vix satis apta colum;  
 Instruxitque manum clava domitrice ferarum,  
 Vidit et in speculo conjugis arma sui.  
 Hæc tamen audieram: licuit non credere famæ.  
 En venit ad sensus mollis ab aure dolor. 120  
 Ante meos oculos adducitur advena pellex:  
 Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.  
 Non sinis averti; mediam captiva per urbem  
 Invitis oculis aspicienda venit:  
 Nec venit incultis, captarum more, capillis, 125  
 Fortunam vultus fassa tegendo suos.  
 Ingreditur late lato spectabilis auro;  
 Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.

*non sunt leonis, sed tuæ: et tu es victor feræ; illa tui. Mulier, vix satis idonea ad gerendum colum lanam plenam gestavit sagittas infectas toxicis Lernæis; et armavit dextram clara victrice ferarum; et intuitu est arma sponsi sui in speculo. Hæc tamen acceperam: potui non habere fidem famæ. Ecce levis dolor ad sensus penetrat ab aure. Adultera peregrina perducitur ante meos oculos: nec possum occultare, quæ suffero. Non poteris me secedere? Captiva adducitur spectanda oculis renuentibus per urbem mediam. Nec accedit coma inornata, more captivarum, agnoscens fortunam, velando suam faciem. Intrat late insignis auro multo:*

\*\*\*\*\*

go O pudor. Costus P. Fr. et Me. alter pro vulg. costis.—114 Feri P. et Gr. pro diversa lect. Vulgo feræ.—115 In Leid. usta venen. duo alii tincta.—119 Gu. 3. cum al. Hæc tantum.—121 Leid. deducitur.—123 P. a man. sec. Num sinis.—124 In Scr. erat conspicienda. D. habet inspicienda.—126 Ita vulgati. Quidam pro fassa habent falsa aut fessa. Major pars codd. Fortunam vultu fassa tegendo suam, vel tegente. Unus A. Fortunam cultu dissimulante suam. Cod. D. Fortunam vultu fassa tegente manu. Alii aliter: vide Ciofan. et Heins. qui conj. Fortunam vultu fassa rigente suam: Burm. pudente suam, vel tremente: Heusing. Fortunam cultu fassa decente suam.—127 Al. late multo.

#### NOTÆ

- 114 *Feri*] Leonis.  
 115 *Tela*] Herculis; quæ ille Lernææ hydræ sanguine seu veneno infect; unde pestifera fuerunt.  
 118 *Conjugis*] Herculis.  
 119 *Hæc tamen*] Innuit se non ita iis omnibus, quæ tantum per famam cognoverat, male affectam fuisse; quia forte vera non essent.  
 120 *Mollis*] Minor: quia non ita certa sunt quæ auribus percipiuntur.  
 121 *Ante meos*] Istud vero dicit gravissimum: nam postea oculis creditur.  
 122 *Pellex*] Iole, Euryti Cæchaliæ regis filia; quam ultimam Hercules amavit.  
 123 *Averti*] A me amoveri.  
 128 *In Phrygia*] Apud Omphalen.

Dat vultum populo sublime sub Hercule victo:

Æchaliā vivo stare parente putes.

130

Forsitan et, pulsa Ætolide Deianira,

Nomine deposito pellicis, uxor erit:

Eurytidosque Ioles, atque insani Alcidiæ

Turpia famosus corpora junget Hymen.

Mens fugit admonitu, frigusque perambulat artus,

135

Et jacet in gremio languida facta manus.

Me quoque cum multis, sed me sine crimine, amasti:

Ne pigeat, pugnae bis tibi causa fui.

Cornua flens legit ripis Achelous in udīs,

Truncaque limosa tempora mersit aqua.

140

quomodo tu quoque eras ornatus in Phrygia. Superbe exhibet faciem populo sub Hercule superato: credideris Æchaliā manere patre superstite. Forte etiam, nomine adulteræ omisso, erit conjux, Deianira Ætolide repudiata: Hymen infamis copulabit corpora impudica Ioles Eurytidos et dementis Alcidiæ. Animus horret recordatione, et tremor discurret per membra, et manus torpens jacet in sinu. Amasti me quoque cum multis, sed amasti me sine flagitio: ne doleat, bis tibi causa fui certaminis. Achelous lacrymans sustulit cornua in ripis humidis, et condidit tempora

\*\*\*\*\*

—129 *Sublime sub constanter scripti.* Alter tamen Me. *sublimis ab.* Editum vulgo *sublimis ut.*—131 *Et pulsa P. cum Gu. 2. Vulgo expulsa.* Douza conj. *Forsan et expulsa,* et sic Gu. 1.—133 *Eurytidos vulg. omisso que.* Helm. *Ioles, Alcidiæ fortis ubique. et insani P. alique nonnulli.*—134 Gu. 2. cum-al. *formosus.* Al. *jungit.*—135 *Mendose hic P. frigidisque.*—139 *Ripis in udīs Ar. et Me. item Gu. 1. et 3. P. ripis in imis.* Vulgo *rapidis Achelous in udīs.*—

#### NOTE

129 *Sub Hercule]* Id est, Hercule victo ita volente.

130 *Æchaliā]* Id est, Quilibet crederet Iolen triumphare; non patrem mortuum, patriamque subversam esse.

131 *Ætolide]* Ætoliæ regis filia.

133 *Eurytidosque]* Ioles, Euryti filia.

134 *Famosus]* Turpi conjugio infamatus.

135 *Fugit admonitu]* Recordatione horret, et propemodum a me recedit.

137 *Sine crimine]* Quia legitima fuit uxor.

138 *Bis]* Primum cum Acheloo, deinde cum Nesso Centauro.

139 *Cornua]* Alterum tantum Hercules perfrexit.

*Achelous]* Filius fuit Oceani et Terræ, vel, ut alii volunt, Thetidis; cui concesserat mater, ut cum adversario pugnans quam vellet formam indueret. Cum Hercule itaque propter Deianiram congressus, primo serpentis, deinde sub Tauri forma latuit: victusque tandem in Acheloum flumen sese abdidit. Cujus fabulæ expositionem prolixè apud omnes Mythologos reperies: de qua etiam in *Metamorph.* aliquid postea dicemus.

140 *Truncaque]* Dextero cornu abscisso.

*Tempora]* Non tempora modo, aut

Semivir occubuit in letifero Eveno

Nessus; et infecit sanguis equinus aquas.

Sed quid ego hæc refero? scribenti nuntia venit

Fama, virum tunicæ tabe perire meæ.

Hei mihi! quid feci? quo me furor egit amantem? 145

Impia quid dubitas Deianira mori?

An tuus in media conjux lacerabitur Cæta?

Tu, sceleris tanti causa, superstes eris?

Si quid adhuc habeo facti, cur Herculis uxor

Credar; conjugii mors mihi pignus erit. 150

Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem.

Impia quid dubitas Deianira mori?

*mutilata aqua lutulenta. Nessus semivir cecidit in Eveno mortifero; et cruor equinus tinxit aquas. Sed quamobrem hæc recorder? Fama nuntia venit scribenti, maritum interire veneno tunicæ meæ. Hei mihi! quid egi? quo impetus abstulit amantem? Scelesti Deianira, quamobrem cunctaris obire? An tuus maritus discerpetur in media Cæta? Tu casu tanti flagitii vives? Si habeo adhuc aliquid admissi, cur dicar conjux Herculis, obitus erit mihi pignus connubii. Melcagre, agnosces tu etiam in me sororem. Scelesti Deianira, quid cunctaris mori? Heu*

141 Vulgo occubuit vi Lerniferoque veneno. Alter Me. in Lernæoque veneno. Scr. sub lauriferoque veneno. Nonnulli Lernæi tabe veneni; vel trajectus terga sagitta. P. a manu pr. in letifero veneno; unde Heins. corr. Semifer occubuit in letifero Eveno. Gu. 3. in lorifero eveneno. Semifer est in quatuor scriptis. —143 Gu. 1. hoc referam.—144 Tube Gu. 1. et 3. cum melior. Vulgo labe. —145 R. cod. quis me furor.—147 Gu. 1. a manu pr. jactabitur Cæta.—148 P. Gu. 1. 2. 3. et Helm. cum multis al. viva superstes.—149 Vulgo Et quid: P. Ei quid; unde Heins. corr. Si quid.—150 Gu. 2. 3. 4. et Helm. cum al. mors

## NOTE

caput, sed se totum in fluvium præcipitavit. Minutas vero ejusmodi figuras, quibus assueti sumus, nihil est opus indicare.

141 *Semivir*] Centaurus Nessus; qui Deianiræ, quam transvehebat, vim facere aggressus, ab Hercule sagitta transfixus est.

*Eveno*] Evenus, fluvius est Ætolia.

144 *Tunicæ tabe*] Cruore Lernæi serpentis et Centauri Nessi infectæ. Hæc est vero fabula: Cum se mortuum videret Nessus, ut mortem ulcisceretur Deianiram ad se vocat, dicitque, si philtrum, quo nullam præ-

ter se mulierem attingat Hercules, velit habere, ejus tunicam sanguine, qui ex vulnere, per sagittam fluebat, intingere properet. Credula mulier, clam Hercule, quod erat mandatum perficit; deinde, cum ejus amores cognovisset, tunicam illam sacrificaturo per Lycham famulum misit: quam non prius ille induit, quam tabe consumtus, et in furorem actus, tandem in pyram sese conjicere coactus est.

145 *Quo me*] Queritur, quod marito causam mortis præbuerit.

147 *Cæta*] In eo Thessalia monte,

Heu devota domus! solio sedet Agrios alto :

Ænea desertum nuda senecta premit.

Exulat ignotis Tydeus germanus in oris :

155

Alter fatali vivus in igne fuit.

Exegit ferrum sua per præcordia mater.

Impia quid dubitas Deianira mori ?

Deprecor hoc unum, per jura sacerrima lecti,

Ne videar fatis insidiata tuis.

160

Nessus, ut est avidum percussus arundine pectus,

Hic, dixit, vires sanguis amoris habet.

*domus infelix! Agrius premit solium excelsum: senecta spoliata urget Ænea destitutum. Tydeus frater profugus latet in orbe incognito. Alter vivus fuit in igne. Mater transfixit sua viscera gladio. Impia Deianira, quamobrem differs mori? Hoc unum precibus anolior, per jura sacratissima tori; ne credar struxisse insidias fatis tuis. Nessus, postquam fuit vulneratus pectus cupidum sagitta, Hic cruor, in-*

//////////

*mea.*—153 Vulgo legitur *acrior alto*: P. *acrios*; unde Heins. emend. *Agrios*, et sic Gu. omnes.—154 Al. *longa senecta*.—155 Pro *ignotis* Heins. vult *Inachiiis*.—156 Latet mendum. Me. *missus in igne fuit*: an, *vivus in igne perit*? Heins. *Tostus fuit* conj. Francius: D. *vivus in igne fuit*.—160 *Fatis* quatuor Heins. et Gu. 3. Alii *thalamis*, ut Gu. 2. Gu. 1. cum P. et al. *titulis*. Al. *nostris*

#### NOTÆ

oraculi monitu, constructa est pyra, in quam Herculis ascendit, et mortalitatem reliquit.

149 *Si quid*] Id est, Si quid dignum laude superest.

151 *Cognosces*] Quia, sicut tu, propter Atalantam conjugem, ego, propter Herculem, mortem oppetam.

152 *Impia*] Versus intercalaris dicitur, qui sæpe interponitur.

153 *Devota*] Exitio destinata.

*Agrios*] Frater Ænei, qui post hujus dissipatam domum regnum invasit; quod nunc deflet Deianira.

154 *Ænea*] Accusativus Græcus.

155 *Tydeus*] Hic, patruo, vel, ut Hyginus scribit, fratre Menalippo interfecto, ad Argivorum regem A-drastum profugit, cujus filiam Deiphilen uxorem duxit.

156 *Alter*] Meleager est, quem,

projecto in ignem, a matre Althæa, fatali stipite, quocum ipsius vitam Parcæ colligaverant, intestino simul igne consumtum Poëtæ voluerunt.

157 *Exegit*] Sese ipsa gladio, penitentia interfecti filii, vel, ut Diodorus scribit, laqueo peremit.

159 *Deprecor*] A me averti, quod fecisse ne credideris.

160 *Fatis*] Mortem tibi intentasse ne videar. Alii habent *thalamis*; ut sit sensus, Deianiram non eo tunicam misisse, ut pellicem una cum Hercule tolleret.

161 *Avidum*] Nimio amore insanum.

*Percussus pectus*] Phrasis Græca.

*Arundine*] Sagitta.

162 *Vires*] Id est, Ad amandum potest impellere. Ovidius *Metamorph.* ix. 'Vclut irritamen amoris.'

Illita Nesseo misi tibi texta veneno.

Impia quid dubitas Deianira mori?

Jamque vale, seniorque pater, germanaque Gorge, 165

Et patria, et patriæ frater ademte tuæ;

Et tu, lux oculis hodierna novissima nostris,

Virquæ, (sed o possis!) et puer Hylle, vale.

*quit, habet vim amatoriam. Misi tibi vestem infectam tabo Nesseo. Impia Deianira, quamobrem cunctaris obire? Jamque vale, et pater provector, et soror Gorge, et patria, et frater sublata patriæ tuæ. Et tu, dies hodierna, ultima oculis nostris, et marite, (sed o possis!) et puer Hylle, vale.*

*toris. Editio prisca totis toris.—163 Pro Nesseo Heins. malebat Lerneo.—166 Gu. 2. et 4. cum al. meæ.—168 Iidem sed ut possis.*

#### NOTÆ

165 *Jamque vale*] Laqueo parato,      *Frater*] Tydens.  
 snos salutat.                                      168 *Possis*] Valere, scil.  
 166 *Patria*] Calydon.

## EPISTOLA X.

### ARIADNE THESEO.

#### ARGUMENTUM.

MINOS Jovis et Europæ filius, Cretensis rex, ob Androgeum filium ab Atheniensibus dolose occisum, illos tandem post acria bella coëgit, ut sibi pœnas penderent, et quidem quotannis pucros septem et totidem virgines mitterent, ut Minotauro, quem arte Dædali Pasiphaë ex tauro gennerat, dum ejus maritus Minos cum Atheniensibus bellum gereret, devorandi traderentur. Cum vero sors Theseo contigisset, ab Ariadne edoctus est, quonam pacto, interfecto Minotauro, ex Labyrinthis ambagibus egrederetur, 'Errabunda regens tenni vestigia filo,' ut ait Catullus. Theseus autem Creta cum Ariadne et Phædra discedens, in Naxos insulam delatus est; ubi a Baccho monitus, ut Ariadnen relinqueret. Qui Dei voce percussus, altissimo somno sopitam reliquit. Illa expergefata hanc epistolam

*Delph. et Var. Clus.*

*Ovid.*

M

scripsit, in qua crudelitatem Thesei ac duritiam accusans, immemorem beneficiorum eum appellat; post multas querelas rogat, ut conversa nave redeat.

**M**ITIUS inveni, quam te, genus omne ferarum :  
 Credita non ulli, quam tibi, pejus eram.  
 Quæ legis, ex illo, Theseu, tibi littore mitto ;  
 Unde tuam sine me vela tulere ratem :  
 In quo me somnusque meus male prodidit, et tu, 5  
 Per facinus somnis insidiate meis.  
 Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina  
 Spargitur, et tectæ fronde queruntur aves :  
 Incertum vigilans, a somno languida, movi  
 Thesea pressuras semisupina manus. 10  
 Nullus erat : referoque manus, iterumque retento,  
 Perque torum moveo brachia : nullus erat.  
 Excussere metus somnum : conterrita surgo ;  
 Membraque sunt viduo præcipitata toro.  
 Protinus adductis sonuerunt pectora palmis ; 15  
 Utque erat a somno turbida, rapta coma est.

*Experta sum omne genus ferarum lenius quam te: non infelicius cuiquam poteram committi quam tibi. Mitto tibi quæ legis, Theseu, ex illo littore, ex quo velu abriperunt tuam navem. In quo et somnus meus me male perdidit, et tu insidiate per flagitium somnis meis. Tempus erat, quo humus tegitur pruina vitrea, et aves ramis velatæ conqueruntur. Vix expectata, torpens a somno, semisupina movi manus amplexuras Theseum. Non aderat: et vefcro manus, et iterum quarito, et agito lacertos per lectum: nullus erat. Timor proturbavit somnum. Tremefacta erigor: et artus sunt dejecti lecto destituti. Slatim mea pectora sonum reddiderunt manibus impactis: et capilli, ut erant confusi e somno, sunt dilaniati. Luna fulsit: aspi-*



In Gu. 1. disticha tria priora sic transponuntur, ut tertium locum teneat quod in vulgatis primum, idque præcedat secundum et tertium vulgatarum. —3 Al. *Quam legis*.—6 Al. *Pro facinus*.—9 Al. *an somno*, ut Gu. 4. Heins. conj. *ac somno*.—10 Gu. 3. cum al. *prensuras*. *Semisupina* ex emend. Heins. Codd. *semisopita* Sa. pro diversa lect. *semisepulta*.—16 Gu. 3. *e somno*. margo

## NOTE

- |                                                               |                                                            |
|---------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
| <i>Ariadne</i> ] Minois filia.                                | stomacho sit istud legendum.                               |
| <i>Theseo</i> ] Fuit Theseus Ægei, regis Atheniensis, filius. | <i>Vitrea</i> ] Vitro similis. Autumnale tempus describit. |
| 6 <i>Per facinus</i> ] Alii habent, <i>proh facinus!</i>      | 9 <i>Incertum vigilans</i> ] Id est, Nescio, an vigilarem. |
| 7 <i>Tempus erat</i> ] Vide an non cum                        | 10 <i>Thesea</i> ] Accusat. Græcus.                        |

Luna fuit ; specto, si quid, nisi littora, cernam :  
 Quod videant oculi, nil, nisi littus, habent.  
 Nunc huc, nunc illuc, et utroque, sine ordine, curro :  
 Alta puellares tardat arena pedes. 20  
 Interea toto clamanti littore, Theseu,  
 Reddebant nomen concava saxa tuum :  
 Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat :  
 Ipse locus miseræ ferre volebat opem.  
 Mons fuit ; apparent frutices in vertice rari ; 25  
 Hinc scopulus raucis pendet adesus aquis.  
 Adscendo, (vires animus dabat,) atque ita late  
 Æquora prospectu metior alta meo.  
 Inde ego (nam ventis quoque sum crudelibus usa)  
 Vidi præcipiti carbasa tenta noto. 30  
 Aut vidi ; aut etiam, cum me vidisse putarem,  
 Frigidior glacie semanimisque fui.

*cio, si quid videam, præter littora. Oculi nihil inveniunt, quod aspiciant, nisi littus. Nunc huc, nunc illuc, et utroque feror sine ratione : arena cumulata remoratur pedes virgineos. Interea rupes cavæ referebant nomen tuum, mihi vociferanti toto littore, Theseu : et quoties ego te, te toties ipse locus citabat. Ipse locus volebat auxilium præbere infelici. Mons extitit ; frutices pauci cernuntur in cacumine : scopulus autem cavatus aquis obstrepentibus imminet. Ascensu supero, animus sufficiebat vires : atque ita vaste lustrò meo prospectu profunda maria. Inde ego aspexi vela inflata austro rapido ; (nam afflicta sum quoque sævis ventis.) Vel aspexi ; vel etiam, cum arbitrarer me aspexisse, fui frigidior glacie et semiviva.*

Bersm. *rupta coma.*—18 Gu. 2. cum tribus Heins. *littus erat.*—19 *Retroque*, vel, *iterumque sine ordine*, ex Jano Vlitio annotaverat Francius.—26 *Hinc* excerpta Jur. cum al. nonnullis. Vulgo *Nunc* : Voss. *Huic* : quatuor *Hic*.—30 Al. *tensa noto*, ut Gu. 1. 2. et 4.—31 Al. *aut certe, quia me vidisse putavi*. Me. *alter dum me vidisse putarem*. Quinque codd. *aut fuerant, quæ m. v. p.* Gu. 1. *aut tanquam quæ me vidisse putavi* : 2. *aut etiam cum te vidisse putavi*.

## NOTÆ

15 *Protinus*] Id est, Pectus ex dolore et admiratione percussi.

16 *Turbida*] Incomta.

19 *Utroque*] Sursum, deorsum ; Dextrorsum, sinistrorsum ; Rursum, prorsum ; Huc, et illuc.

20 *Tardat*] Difficile est omnino in arena, nisi madida sit, ambulare.

22 *Reddebant*] Quæ adeo Theseo ipso mitiora erant.

26 *Hinc*] Alii *Nunc*, pro *autem* ; quomodo, non sine lepore, utuntur aliquando boni auctores. Quanquam nonnulli codices habent *Hic* ; alii *Hinc* ; Vossianus *Huic*.

Nec languere diu patitur dolor : excitor illo,  
 Excitor ; et summa Thesea voce voco.  
 Quo fugis ? exclamo : scelerate, revertere, Theseu ; 35  
 Flecte ratem ; numerum non habet illa suum.  
 Hæc ego : quod voci deerat, plangore replebam :  
 Verbera cum verbis mixta fuere meis.  
 Si non audires, ut saltem cernere posses,  
 Jactatæ late signa dedere manus : 40  
 Candidaque imposui longæ velamina virgæ,  
 Scilicet oblitos admonitura mei.  
 Jamque oculis ereptus eras : tum denique flevi ;  
 Torpuerant molles ante dolore genæ.  
 Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent, 45  
 Postquam desierant vela videre tua ?  
 Aut ego diffusis erravi sola capillis,  
 Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo :

*Nec dolor sinit diu torpere. Illo excutior, excutior ; et contentissima voce inclamo Theseum. Quo prorumpis ? vociferor : vedi, sceleste Theseu. Convertite navem : illa non habet suum numerum. Hæc ego : planctu compensabam, quod voci deerat. Ictus conjuncti fuerunt cum meis verbis. Manus multum concussa fecerunt indicia ; ut saltem posses intueri, si non audires. Et vestem albam aptavi perticæ, commonefacturam nempe vos mei oblitos. Jamque eras ademptus oculis : tum denique in fetus prorupi. Oculi teneri prius stupuerant dolore. Quid prius agerent oculi mei, quam me lugerent, postquam destiterunt cernere carbasu tua ? Aut ego sum vagata sola comu sparsa, qualis Bacchu actu a Deo Ogygio : aut prospectans mare,*

Alii aliter. Heusing. conj. *Ut vidi, aut etiam, cum, &c.*—37 Vulgo *Hoc ego, quod voci* : P. *Hæc.*—39 Jun. *hæc saltem.* Burm. conj. *at saltem ut.*—40 D. *Jactantes.*—42 In Gr. erat *ammonumenta* : inde Heins. conj. *oblitis ah monumenta mei.*—45 Helm. *te mca.*—46 Gu. 3. cum P. et quinque al. *desieram.*—

## NOTE

- 36 Numerum] Quia illa aberat. intellige.  
 37 Plangore] Pectus graviter percutiundo. 46 Desierant] Alii habent *desieram* ; quod Heinsio placuit.  
 41 Velamina] Quodvis linteum intellige. 48 Ogygio] Thebano ; ab Ogyge Thebanorum rege.  
 44 Torpuerant] Cum antea tota in clamando et plangendo fuisset Ariadne, evidenti ratione flere non poterat. Baccha] Jam antea muliercularum, Bacchi furore correptarum, insaniam vidimus.  
 Genæ] Palpebræ ; nam pro iis etiam sumuntur. Per eas vero oculos Deo] Baccho ; a matre Semele, Cadmi Thebanum conditoris filia, Thebano dicto.



- Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi ;  
 Quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui. 50  
 Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos ;  
 Sed non acceptos exhibiturus erat.  
 Et tua, qua possum, pro te, vestigia tango,  
 Strataque, quæ membris intepuere tuis.  
 Incumbo, lacrymisque toro manante profusis, 55  
 Pressimus, exclamo, te duo ; redde duos.  
 Venimus huc ambo ; cur non discedimus ambo ?  
 Perfide, pars nostri, lectule, major ubi est ?  
 Quid faciam ? quo sola ferar ? vacat insula cultu :  
 Non hominum video, non ego facta boum. 60  
 Omne latus terræ cingit mare : navita nusquam ;  
 Nulla per ambiguas puppis itura vias.  
 Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque ;  
 Quid sequar ? accessus terra paterna negat.  
 Ut ate ꝑ elici pacata per æquora labar ; 65  
 Temperet ut ventos Æolus ; exul ero.

*gelida sedi in rupe ; et ipsa tam fui saxum, quam sedile fuit saxum. Sæpe ad lectum redeo, qui acceperat nos ambos ; sed non erat redditurus acceptos. Et tango, quantum possum, tua vestigia pro te : et vestes, quæ calefactæ fuerant artibus tuis. Innitor, et lacrymis effusis, lecto rorante, vociferor, Duo tibi incubuimus : restitue duos. Ambo huc accessimus, cur non ambo abimus ? Torule infide, ubi est pars potior nostri ? Quid agam ? Quo eam sola ? Inculta est insula. Ego non intueor labores hominum, non intueor boum. Æquor circumdat omnem oram terræ. Nulli nauta : nulla navis cursura per vias incertas. Pone contingere mihi et comites et auras et navem ; quid incipiam ? Solum paternum negat aditus. Quanquam curram nave fortunata per maria placida ; quanquam Æolus molliat ventos ; pro-*

53 Qua possum Arg. et excerpta J. Vulgo quæ possum.—55 D. Incumboque toro lacrymis manante profusis.—59 Quo sola meliores, pro qua sola. P. vacat culto.—61 Vulg. nusquam est.—63 Gn. 2. ventosque secundos.—65 L. placata.—

## NOTE

49 *Frigida*] Ex dolore ; deinde etiam saxi frigiditate.

50 *Sedes*] Cui insidebam.

53 *Et tua*] Vide mihi, quæso, quam lepide, quantoque cum affectu, hæc Poëta scripserit. Ipse tibi relictus, aut sexum mutasse videaris, si illius insistere vestigiis non reformidave-

ris.

55 *Manante*] Id est, Rivulo ex lacrymis per lectum currente.

62 *Ambiguas*] Qualis est omnis in mari. Neminem dicit illac transiturum.

65 *Ut*] Quamvis.

66 *Æolus*] Ventorum Deus.

Non ego te, Crete, centum digesta per urbes,  
 Aspiciam, puero cognita terra Jovi.  
 Nam pater, et tellus justo regnata parenti,  
 Proditæ sunt factæ, nomina cara, meo : 70  
 Cum tibi, ne victor tecto morerere recurvo,  
 Quæ regerent passus, pro duce fila dedi :  
 Cum mihi dicebas, Per ego ipsa pericula juro,  
 Te fore, dum nostrum vivet uterque, meam.  
 Vivimus ; et non sum, Theseu, tua : si modo vivis, 75  
 Fœmina, perjuri fraude sepulta viri.  
 Me quoque, qua fratrem, mactasses, improbe, clava :  
 Esset, quam dederas, morte soluta fides.

*fuga ero. Ego te non videbo, Creta, divisa per centum oppida, terra visa Jovi puero. Nam pater, et terra dominata æquo patri, nomina dilecta, prodita sunt meo facinore: cum tibi exhibui fila pro direttore, quæ modum facerent tuis gressibus, ne victor interires in domo perplexa. Cum mihi dicebas, Ego juro per ipsa discrimina te futuram meam, quamdiu uterque nostrum vita fruatur. Vita fruimur; et non sum tua, Theseu: si saltem vita fruere, o puella, perditæ dolo mariti perjuri. Me quoque interfecisses, perfide, clava qua fratrem. Fides, quam voceras, esset*

66 P. *Eulos*. Heins. mavult *Æolos*.—67 Gu. 2. cum Jun. *centum disjecta*: unde Heins. conj. *dissepta*.—69 Mor. unus *Et pater*: alter cum P. *At pater*. Gu. 3. et 4. *cum P.* a manu sec. et quinque al. *parente*.—70 Voss. *sunt pacto*. Gu. 2. et Helm. *sunt fato*.—71 *Victor* P. et duo alii. Vulgo *victus*.—73 Vulgo *Tu mihi*. Gr. *ista peric*.—74 Gu. 2. 3. 4. et Helm. *vivat*.—75 Vulgo *modo vivit*: quomodo Gu. 1. a manu prima et 4.—76 Turbant admodum exarati codd. quorum Pal. et quidam alii hic habent *soluta*, et sequenti pentametro *sepulta fides*: (ut et habet utrobique *sepulta* Mor. unus, et Voss.) quæ transpositio

## NOTE

67 *Non ego*] Maximum affectum habet hæc recordatio.

*Centum*] Hæc fama de centum Cretæ urbibus, ex Homero invaluit; quam veram fuisse, non facile crediderim, nisi etiam vicos annumeraveris.

68 *Cognita*] Quia ibi nutritus fuit.

69 *Justo*] Quamobrem apud infestorū judex.

70 *Cara*] *Pater* et *Patria* nomina cara sunt.

71 *Victor*] Superato Minotauro. Alii habent *victus*.

*Recurvo*] Labyrinthi periphrasis.

75 *Si modo vivis*] Hæc habet correctio multam emphasim, magnumque affectum.

76 *Sepulta*] Prorsus perdita. Ita et Terentius alicubi.

77 *Fratrem*] Minotaurum.

*Mactasses*] Deest *utinam*. Utinam me interfecisses.

78 *Soluta*] Quia tantum, dum uterque viveret fidem suam dederat Theseus. Ingeniosum vero est istud; quasi tantum nefas ille patriverit, ut interfecta conjuge fidem servasse videretur.

|                                                  |    |
|--------------------------------------------------|----|
| Nunc ego non tantum, quæ sum passura, recordor ; |    |
| Sed quæcumque potest ulla relicta pati.          | 80 |
| Occurrunt animo pereundi mille figuræ :          |    |
| Morsque minus pœnæ, quam mora mortis, habet.     |    |
| Jam jam venturos aut hac, aut suspicor illac,    |    |
| Qui lanient avido viscera dente, lupos.          |    |
| Forsitan et fulvos tellus alat ista leones :     | 85 |
| Quis scit, an hæc sævas tigridas insula habet ?  |    |
| Et freta dicuntur magnas expellere phocas :      |    |
| Quid vetat et gladios per latus ire meum ?       |    |
| Tantum ne religer dura captiva catena ;          |    |
| Neve traham serva grandia pensa manu ;           | 90 |
| Cui pater est Minos, cui mater filia Phœbi ;     |    |
| Quodque magis memini, quæ tibi pacta fui.        |    |
| Si mare, si terras, porrectaque littora vidi ;   |    |
| Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.           |    |
| Cælum restabat : timeo simulacra Deorum.         | 95 |
| Destituor rapidis præda cibusque feris.          |    |

*liberata morte. Nunc ego non tantum cogito, quæ sum latura ; sed quæcumque ulla destituta potest experiri. Mille modi pereundi animo obversantur : et mors habet minus supplicii, quam dilatio mortis. Mentem subit lupos jam accessuros aut hac, aut illac, qui discerpant præcordia dente famelico. Forsitan ista terra nutriat etiam leones fulvos. Cui perspectum, an hæc insula alat crudeles tigrides ? Maria etiam perlubentur immittere ingentes vitulos. Quid obstat enses etiam adigi per latus meum ? Tantum ne capta constringar sævis viuculis ; neve serva manu pensa ingentia diducam, ego, cui Minos est pater, cui filia Phœbi mater ; et quod amplius recordor, quæ tibi promissa fui. Si aspexi mare, si terras et vasta littora ; terræ mihi intentant multa, aquæ multa. Cælum supererat : metuo imaginis Deorum. Deseror in rapinam et escam feris furentibus. Seu viri celebrant*



convenientior Poëtæ quibusdam videtur.—85 *Alat P. et Sa. Alta Gu. 3. Cod. D. parit. Vulgo alit.*—86 *Al. an hæc sævas insula tigres habet : P. an et hæc tigrides i. h. Mor. au hæc tigres insula sæva ferat : Me. an hæc sævas fert quoque terra tigres. Heins. conj. an et sæva tigride Dia vacet.*—92 *Burm. ma. vult Quoque magis merui : in Ed. pr. Quoque magis memini. Cod. D. nupta fui.*—93 *Heins. vult Sex mare, seu terras, porrectave lit. vid.*—95 *In Gr. ferarum*

## NOTE

|                                                                                                            |                                                                            |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|
| 81 <i>Figuræ</i> ] Mortis genera.                                                                          | tur, auctore Plinio.                                                       |
| 87 <i>Expellere</i> ] In siccum mittere.                                                                   | <i>Phocas</i> ] Vitulos marinos.                                           |
| In terra vero vivere, spirare, præ aliis etiam omnibus animalibus gravissimo somno dormire Phocæ dicuntur, | 89 <i>Gladios</i> ] Cujusvis advenæ.                                       |
|                                                                                                            | 91 <i>Filia Phœbi</i> ] Pasiphaë. Vult maxime indignum videri, si ipsa Re- |

Sive colunt habitantque viri, diffidimus illis :

Externos didici læsa timere viros.

Viveret Androgeos utinam : nec facta luisses

Impia funeribus, Cecropi terra, tuis !

100

Nec tua mactasset nodoso stipite, Theseu,

Ardua parte virum dextera, parte bovem !

Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem ;

Fila per adductas sæpe recepta manus !

Non equidem miror, si stat victoria tecum,

105

Strataque Cretæam bellua tinxit humum.

Non poterant figi præcordia ferrea cornu :

Ut te non tegeres, pectore tutus eras.

Illic tu silices, illic adamanta tulisti ;

Illic, qui silices, Thesea, vincat, habes.

110

*et excolunt hanc terram, eos suspicimus. Decepta docta sum metuere viros peregrinos. Utinam Androgeos superstes esset : nec exsolvisse facinora impia tuorum cædibus, terra Cecropi ! nec manus tua in altum sublata, Theseu, interfecisset clava nodosa, virum semibovem, bovem semivirum ! nec tibi præbuissem fila, quæ ostenderent regressus ; fila relecta per manus sæpe admotas ! Non equidem stupeo, si victoria tecum permanet, et bellua humi afflicta infecit solum Cretæum. Dura tua viscera non poterant fodi cornu : quanquam te non defendisses, eras securus pectore. Tu gestasti illic saxa, illic gestasti adamanta ; habes illic The-*



pro Deorum.—96 Gu. 1. et 3. cum Arg. *rabidis feris*.—99 *Facta luisses* Gu. 1. et Helm. Al. *Fata luisses vel tulisses ; facta tulisses, facta huisset. P. fata tulisset*.—104 Heins. conj. *fila relecta*.—106 *Alii stravit humum, quomodo* Helm. Gu. 2. 3. 4 : et 1. a glossat. Idem a manu pr. *textit hum. Multi tinxit*.—108 Cod. D. cum tribus al. *Ut tua non tegeres pectora*.—109 Vulg. hic utroque

#### NOTÆ

gis filia, aliisque gaudens titulis, servire cogatur.

95 *Restabat*] Quod contra me non esset.

*Simulacra*] Figuras, in quas illi se dicuntur mutare.

98 *Læsa*] A Theseo hospite, qui Cretæ mihi imposuit, meque hic reliquit.

99 *Androgeos*] De quo in argumento. Longe vero, mulierum more, malorum suorum causam repetit Ariadne.

100 *Funeribus*] Puerorum et puellarum septem ; quod annum erat Atheniensium, erga Minœm, tributum, Minotauro tradendum.

*Cecropi*] Attica, a Cecrope Atheniensium rege. Ille vero est vocativus Græcus, a forma patronymica *Cecropis, idos*.

101 *Nodoso stipite*] Clava, qua utebatur Theseus.

102 *Parte virum*] Minotaurum.

107 *Cornu*] Minotauri.

108 *Ut*] Quamvis.

Crudeles somni, quid me tenuistis inertem ?  
 At semel æterna nocte premenda fui.  
 Vos quoque, crudeles venti, nimiumque parati,  
 Flaminaque in lacrymas officiosa meas.  
 Dextera crudelis, quæ me fratremque necavit : 115  
 Et data poscenti, nomen inane, fides.  
 In me jurarunt somnus, ventusque, fidesque :  
 Proditæ sum causis una puella tribus.  
 Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo ;  
 Nec, mea qui digitus lumina condat, erit ? 120  
 Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,  
 Nec positos artus unguet amica manus ?  
 Ossa superstabant volucres inhumata marinæ ?  
 Hæc sunt officiis digna sepulcra meis ?  
 Ibis Cecropios portus, patriaque receptus 125  
 Cum steteris urbis celsus in arce tuæ,

*seum, qui durior sit saxis. Somni crudeles, cur me ignavam retinistis? Immo semel obruenda fui nocte æterna. Vos quoque, venti sævi, et nimis expediti; et flatus obsequiosi in meos fletus. Munus sæva, quæ occidit me et germanum: et fides obstricta mihi petenti nomen vanum. Somnus et ventus et fides conjuraverunt in me. Una puella perditæ sum tribus causis. Ergo peritura neque aspiciam fletus matris; nec dabitur, qui claudat oculos meos digitis? Anima misera feretur in aërem ignotum: nec manus amica condiet membra composita? Aves marinæ insistent ossibus meis insepultis? Hæc sepulcra sunt digna obsequiis meis? Tanges portus Cecropios: et redux in patriam, cum sublimis consti-*

loco *illuc* legebatur pro *illic*.—111 Tres codd. qui me. Pal. cur.—112 Unus Mor. *tenenda fui*.—115 Heins. *mallet dextraque*.—118 Helm. *Perditæ sum*.—120 *Digitus* Scr. et Pal. Vulgo *digitis*.—126 Gu. 1. *Dum stet. Urbis celsus in arce* P. a manu sec. et septem alii. Vulgo *turbæ celsus honore*, quomodo Gu. 2. et 4. cum Helm. L. *urbis celsus in ore*. Octo *turbæ celsus in arce*. Totidem

## NOTÆ

111 *Somni*] In somnum invehitur, quo retenta est, dum Theseus abiret.

112 *At*] Correctio est ingeniosa: quasi dicat, Immo in æternum debuissem dormire.

114 *Flamina*] Ventorum flatus.

116 *Nomen inane*] Fides, si non servetur, est profecto nomen inane.

119 *Ergo*] Concludentis non est hoc loco particula, sed indignantis. Ingemiscit, et ingeminat Ariadne, quod in illa insula sola sit moritura.

*Videbo*] Quod alicujus esset solatii.

121 *Peregrinas*] Hic volunt argenti quiddam videri; at alieno loco, uti quidem videtur: puellari enim simplicitate et mollitia istud arbitror ab Ariadne dictum.

123 *Ossa*] Dicit, se avibus laniatum iri.

124 *Officiis*] Erga te, Theseu. Ironia est, cum exprobratione.

125 *Ibis*] Et istud cum maximo affectu et invidia est conjunctum.

Et bene narraris letum taurique virique,  
 Sectaque per dubias saxea tecta vias ;  
 Me quoque narrato sola tellure relictam :  
 Non ego sum titulis surripienda tuis. 130  
 Nec pater est Ægeus ; nec tu Pittheidos Æthraë  
 Filius : auctores saxa fretumque tui.  
 Di facerent, ut me summa de puppe videres !  
 Movisset vultus mœsta figura tuos.  
 Nunc quoque non oculis, sed, qua potes, aspice mente 135  
 Hærentem scopulo, quem vaga pulsat aqua  
 Aspice demissos lugentis in ore capillos ;  
 Et tunicas lacrymis, sicut ab imbre, graves.  
 Corpus, ut impulsæ segetes Aquilonibus, horret :  
 Literaque articulo pressa tremente labat. 140  
 Non te per meritum, quoniam male cessit, adoro :  
 Debita sit facto gratia nulla meo.

*teris in arce urbis tuæ, et bene retuleris mortem et tauri et viri, et domum lapideam divisam per vias ambiguas ; refer me quoque destitutam in terra deserta : ego non sum dissimulanda tuis elogiis. Nec pater est Ægeus ; tu filius Æthraë Pittheidos : scopuli et mare sunt tui parentes. Utinam Dii præstarent, ut me aspiceres de suprema puppe ! tristis species flexisset tuos oculos. Nunc etiam intueri non oculis, sed animo, quo tibi licet, stantem scopulo, cui aqua incerta obstrepit. Cerne comam sparsam per vultus marentis ; et vestes ponderosas lacrymis, tanquam a pluvia. Corpus tremit, ut segetes actæ Borea : et litera signata digito trepidante vacillat. Non te precor per beneficium, quandoquidem male cessit : gratia nulla sit debita*

Heins. item Gu. 1. et 3. *turbæ celsus in ore. Quinque in orbe.*—127 Gu. omnes et Helm. *narrabis.*—129 *Sola* quidam codd. *Plerique solam.*—130 V. *suscipienda* ; in cuius ora est *excipienda* : quod posterius Heinsio non displicet.—133 Jun. *de rupe.*—135 Gu. 2. *quod potes.*—137 *In ore* quatuor libri Heins. *Vulgo more.* Leid. *lugentum more.*—141 R. *Cessit, adortor, pro adhortor.*—

## NOTE

- |                                                                                               |                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 128 <i>Saxea</i> ] Labyrinthum.                                                               | ejus verba movent.                                                                                              |
| 130 <i>Non ego</i> ] Vehemens est Iro-<br>nia.                                                | 139 <i>Horret</i> ] Frigore, timore, do-<br>lore.                                                               |
| 131 <i>Nec pater</i> ] Jam aperte indignationem prodit.                                       | 140 <i>Articulo</i> ] Digito.                                                                                   |
| <i>Pittheidos</i> ] Pittheus Æthraë pater fuit.                                               | 141 <i>Male cessit</i> ] Male enim beneficia in Theseum ingratum collocaverat.                                  |
| 133 <i>Di facerent</i> ] <i>Utinam</i> adde : <i>Deinde fecissent pro facerent</i> intellige. | <i>Adoro</i> ] Refertur verbum istud ad sequens, versu epistolæ penultimo, <i>flecte</i> : ‘ Flecte ratem,’ &c. |
| 134 <i>Movisset</i> ] Certe ; nam ipsa                                                        |                                                                                                                 |

Sed nec pœna quidem : si non ego causa salutis,  
 Non tamen est, cur sis tu mihi causa necis.  
 Has tibi, plangendo lugubria pectora lassas, 145  
 Infelix tendo trans freta longa manus.  
 Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos.  
 Per lacrymas oro, quas tua facta movent ;  
 Flecte ratem, Theseu, versoque relabere velo.  
 Si prius occidero, tu tamen ossa leges. 150

*officio meo. Sed nec malum quidem. Si ego non fui causa salutis, non est tamen, cur tu sis mihi causa mortis. Misera porrigo tibi trans vasta maria manus defessas tundendo mœsta pectora. Tristis exhibeo hos capillos, qui supersunt. Rogo per lacrymas, quas tua facinora eliciunt : converte navem, Theseu ; et revertere, vento mutato. Si prius occubero ; tu tamen colliges ossa.*

143 Gu. 1. cum P. et quinque al. Heins. *ne pœna quidem.* Unus Mor. *neque pœn. quidem.*—147 Gu. 3. *Hos quoque.* Burm. conj. *obtentio cap.*—149 *Velo Bas.* Vulgo *vento.* Gr. pro var. lect. *cursu.*—150 *Leges Me.* et tres al. *Reliqui feres.*

## NOTÆ

142 *Facto*] Beneficiõ, quo te ex labyrinthi erroribus extraxi.

147 *Qui superant*] Nam ceteros avulsi.

148 *Facta*] Crudelia, scilicet ; qui solam destituit. Sed vis quædam latet in voce *tua.*

149 *Flecte*] Ad me converte.

150 *Leges*]. Alii habent *feres.* Illa vero non pcriit, ut videtur metuere ; fuit enim postea Bacchi uxor, et translata in cælum, ut jam supra vidimus. Quanquam alia fabulantur alii.

## EPISTOLA XI.

## CANACE MACAREO.

## ARGUMENTUM.

MACAREUS et Canace, Æoli regis ventorum filii, cum turpiter se amarent, et consanguinitatis prætextu culpam tegentes concumberent, Canace filium peperit : quem cum clam e regia per nutricem emitteret, ut aleretur, infelix infans suo vagitu se avo prodidit. Qui filiorum incensus scelere,

innocuum infantem jussit canibus exponi; et per satellitem Cauacæ gladium misit, quo illa pro meritis uteretur; et se interfecisse creditur. Sed prinsquam moreretur, Macareo, qui jam in templum Apollinis Delphici confugerat, hac epistola casum suum narravit, orans, ut expositi infantis ossa legat, et una cum suis urna componat.

**Si** qua tamen cæcis errabunt scripta lituris;

Oblitus a dominæ cæde libellus erit.

Dextra tenet calamum; strictum tenet altera ferrum:

Et jacet in gremio charta soluta meo.

Hæc est Æolidos fratri scribentis imago: 5

Sic videor duro posse placere patri.

Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset,

Auctorisque oculis exigeretur opus.

Ut ferus est, multoque suis truculentior Euris,

Spectasset siccis vulnera nostra genis. 10

*Si tamen aliqua scripta deparata erunt obscuris lituris; libellus erit deletus a nece Dominæ. Dextra movet stylum; altera habet gladium nudatum; et charta est explicata in sinu meo. Hæc est species Æolidos scribentis fratri: sic videor placere posse patri sævo. Optarem ipse astaret testis mortis nostræ; et opus perficeretur in conspectu auctoris. Ut sævus est, et multo terribilior suis Euris, vidis-*

In multis codd. præmittitur hoc distichon adulterinum: *Æolis Æolidæ, quam non habet ipsa, salutem Mittit, et armata verba notata* (al. *scripta notata, vel verba legenda*) manu.—1 Heins. conj. *latent cæcis errantia scripta*.—4 Gu. 3. *Et patet*. Gu. 4. cum al. *charta notata*.—6 Cod. D. *diro patri*.—7 Alter Me. *neci*. Quinque libri *adesses*.—9 Gu. 1. *Utque ferus multoque*.—10 Al. *Specta-*

#### NOTÆ

1 *Si qua tamen*] Propter istud *tamen* putaverunt nonnulli, interpolatoris sequentes duos versus huic epistolæ initium facere: ‘*Æolis Æolidæ, quam non habet ipsa, salutem Mittit, et armata verba notata manu*.’ Frustra vero illi: nam, ut *Æoli* filiam sic morientem decebat, principio abrupto usa est *Canace*; ita ut sensus, non verba supplenda sint. Quis vero sensus fuerit spurii illi duo versus declarant.

*Qua*] Si quæ epistolæ meæ partes.  
*Cæcis*] Quæ vix legi possint.

2 *Oblitus*] Id est, In culpa erit

cædes *Dominæ*, quod epistola lituris oblita.

4 *Soluta*] Explicata.

5 *Æolidos*] De seipsa *Canace*, *Æoli* filia, loquitur.

6 *Sic*] Ense ad meam necem parato. Patris arguit crudelitatem.

8 *Auctoris*] Patris, scil. qui ense, quo se ipsa interficeret per satellitem miserat.

*Opus*] Cædes mea.

10 *Spectasset*] Alii habent *spectaret*.

*Genis*] Oculis: ut supra in *Ariadne*.



Scilicet est aliquid, cum sævis vivere ventis ;  
 Ingenio populi convenit ille sui.  
 Ille Noto Zephyroque, et Sithonio Aquiloni  
 Imperat, et pennis, Eure proterve, tuis.  
 Imperat (heu) ventis ; tumidæ non imperat iræ : 15  
 Possidet et vitiis regna minora suis.  
 Quid juvat, admotam per avorum nomina cælo,  
 Inter cognatos posse referre Jovem ?  
 Num minus infestum, funebria munera, ferrum  
 Fœminca teneo, non mea tela, manu ? 20

*set plagas nostras oculis aridis. Nempe est aliquid vitam agere cum ventis asperis : ille respondet ingenio populi sui. Ille imperium tenet in Austrum et Favonium et Borean Thracium, et pennas tuas, subsolane procax. (Heu!) temperat ventos ; non temperat iram ferrentem : et habet regna minora suis vitiis. Quid prodest sublatum cælo per nomina avorum posse annumerare Jovem inter consanguineos? Anne minus tracto fœminca dextra gladium odiosum, dona funesta, arma mihi non*



*ret : P. spectat sed.—19 Num minus P. Gn. omnes et Helm. Plerique Non mi-*

## NOTE

11 *Scilicet*] Reddit rationem, cur sævus sit pater. Sed latet quædam indignatio et Ironia.

12 *Populi*] Venti.

13 *Noto*] Vento a meridie flanti.

*Zephyroque*] Ab occasu.

*Sithonio*] Threicio, a Sithone monte Thraciæ ; quæ Græciæ et Italiæ respectu, ad Septemtrionem vergit ; unde Aquilo seu Boreas flatus emit.

14 *Pennis*] Alati enim leves venti finguntur.

*Eure*] Flat Euris ab ortu.

15 *Tumidæ*] Quæ adeo ventis fuerentibus est sævior.

*Imperat*] Jam aperte Canaces dolor erumpit.

16 *Possidet*] Ventos, quibus imperat, pater asperitate et sævitiâ superat.

17 *Admotam cælo*] Vide, quæso, quomodo granditatem rebus per ver-

ba Poëta tribuat. Solemus nos dicere Gallice, *Il est descendu de la race des Dieux*, et similia. Verius loquimur ; at tanta non est dignitas.

*Avorum*] Jam videtur vox ista in numero plurali rei dignitatem, ut versui numerum, addere : quod contra est ; nam quo propior Jovem Poëta Canacem posuisset, eo majorem fecisset. Potuit autem, siquidem, ut quibusdam placitum, Jupiter pater fuit Æoli. At, ne quid temere in Poëtam scripsisse videar, sciendum, quod obscurum valde, et parum cognitum sit genus Æoli, diversissimaque de eo scripserint Mythologi. Ex quo Poëtæ opus fuerit forte longa avorum et atavorum serie, non modo a materna sed et paterna parte, ut Canacem usque ad Jovem attolleret.

19 *Ferrum*] Gladium, quem pater misit.

O utinam, Macareu, quæ nos commisit in unum,  
 Venisset leto serior hora meo !  
 Cur unquam plus me, frater, quam frater amasti ?  
 Et tibi, non debet quod soror esse, fui ?  
 Ipsa quoque incalui ; qualemque audire solebam, 25  
 Nescio quem sensi corde tepente Deum.  
 Fugerat ore color ; macies adduxerat artus :  
 Sumbant minimos ora coacta cibos.  
 Nec somni faciles, et nox erat annua nobis ;  
 Et gemitum nullo læsa dolore dabam : 30  
 Nec cur hæc facerem, poteram mihi reddere causam :  
 Nec noram, quid amans esset ; at illud eram.  
 Prima malum nutrix animo præsensit anili :  
 Prima mihi nutrix, Æoli, dixit, amas.  
 Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos : 35  
 Hæc satis in tacita signa fatentis erant.  
 Jamque tumescebant vitiati pondera ventris,  
 Ægraque furtivum membra gravabat onus.

*apta? O utinam, Macareu, hora, quæ nos coëgit in unum advenisset tardior morte mea! Quamobrem, frater, amasti me unquam plus quam frater? et tibi fui, quod germana non debet esse? Ipsa quoque sum incensa; et sum experta nescio quem Deum pectore tepido, qualem consuveram audire. Color excesserat facie: macies contraxerat membra: ora invito capiebant minimum alimentum. Nec somni leves, et nox erat nobis longissima: et gemebam nullo dolore pressa. Nec poteram mihi indicare causam, cur hæc agerem: nec cognoveram, quid esset amans; at illud eram. Nutrix prima subodorata est malum mente anili; nutrix prima mihi dixit, Æoli, amas. Pudore suffusa sum, et pudor demisit oculos in sinum. Hæc indicia in silente erant confitentis. Jamque onera uteri temerati turgescabant; et sarcina*

nus. Al. *Nec minus*.—21 Edd. Ald. Bersm. et al. *nos conjunxit*, contra Mss.—27 *Adduxerat* Gu. 3. et Helm. Vulgo *abduxerat*, et *obduxerat*, uti Gu. 4.—30 Gu. 4. *gemitus*.—31 Vulg. *Hoc facer*.—33 Donza *legebat persensit*.—37 Mor. *pondere*: nude Burm. conj. *Jamque tumescebam vitiati pondere ventris*.

## NOTÆ

- 22 *Leto serior*] Id est, nunquam venisset, quæ leti causa.  
 23 *Incalui*] Amore incensa fui.  
 26 *Nescio quem*] Qui ante incognitus fuerat.  
*Deum*] Cupidinem.  
 27 *Fugerat*] Pallent enim amantes.  
*Adduxerat*] Contraxerat; corruga-
- verat; attenuaverat.  
 28 *Coacta*] Amore; qui cibi tollit appetentiam.  
 29 *Annua*] Nox una, præ tædio et amoris impatientia, annus videbatur.  
 35 *Dejecit*] Pudoris proprium.  
 36 *In tacita*] Id est, Licet facerem, hæc satis indicabant me amo-

Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix  
 Attulit, audaci supposuitque manu, 40  
 Ut pœnitus nostris (hoc te celavimus unum)  
 Visceribus crescens excuteretur onus?  
 Ah! nimium vivax admotis restitit infans  
 Artibus, et tecto tutus ab hoste fuit.  
 Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi, 45  
 Denaque luciferos Luna movebat equos.  
 Nescia quæ faceret subitos mihi causa dolores,  
 Et rudis ad partus, et nova miles eram.  
 Nec tenui vocem. Quid, ait, tua crimina prodis?  
 Oraque clamantis conscia pressit anus. 50  
 Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit;  
 Sed timor, et nutrix, et pudor ipse, vetant.  
 Contineo gemitus, elapsaque verba represso;  
 Et cogor lacrymas cōbibere ipsa meas.

*secreta impediēbat artus morbidos. Quas herbas, quæ medicamenta non mihi exhibuit nutrix, et subjecit manu temeraria, ut pondus adolescens prorsus dejiceretur nostris præcordiis? (tibi occultavimus hoc unum.) Ah! fœtus nimium vivax fuit firmus adversus medicamina adhibita; et fuit defensus et securus ab hoste. Jam soror formosissima Phœbi erat renovata novies, et luna decima agebat equos luciferos. Ignorabam, quæ mihi esset causa dolorum subitaneorum, et eram imperita ad partus, et miles novitia. Nec compescui vocem. Quamobrem, anus inquit, tua profers flagitia? et putriceps flagitii obstruxit ora exclamantis. Quid agam misera? Dolor subigit gemere; sed metus, et nutrix, et ipse pudor prohibent. Protinus reprimo gemitus, et vocis quæ exciderant: et cogor ipsa absorbere meas*

—42 Pal. Leid. et Gu. 4. *Visceribus nostris.* Fr. et Gu. 3. *exueretur.*—43 Nautiger. et Ciof. conj. *At nimium.*—44 *Tecto* P. Vulgo *tectus.* Gu. 1. *tectis.*—46 P. *Nonaque luc. L. premebat equos.* Gronovio placebat *Plenaque.* Duæ Venetæ antiquæ, item margo Bersm. et Mycilli, *rehebat equos:* quidam defendunt *premebat.*—47 Gu. 1. *Nescio.*—50 Gr. *clausit pro pressit.*—53 *Contineo* tres libri Heins. Vulgo *Continuo.* Helm. *rependo.*—54 Heins. *mallet Et conor.*—

## NOTE

rem meum confiteri.

37 *Tumescēbant*] Ventremque adeo tumidum efficiebant.

38 *Furtivum*] Furto stuproque conceptum.

*Onus*] Puer, quem utero gestabat.

40 *Audaci*] Ut quæ facinus admittebat.

- *Supposuitque*] Utero ad excutien-

dum fœtum apposuit.

41 *Unum*] Refertur ad hoc.

44 *Artibus*] Medicaminibus.

*Hoste*] Anni, scil. quæ illum medicinis quæsivit interficere.

45 *Soror*] Luna: nonus mensis lunaris præterierat.

51 *Faciam*] Pro facerem.

53 *Reprendo*] Reprimo.

- Mors erat ante oculos, et opem Lucina negabat: 55  
 Et grave, si morerer, mors quoque crimen erat.  
 Cum superincumbens, scissa tunicaque comaque,  
 Pressa refovisti pectora nostra tuis.  
 Et mihi, Vive soror, soror o carissima, dixti,  
 Vive; nec unius corpore perde duos. 60  
 Spes bona det vires; fratri nam nupta futura es:  
 Illius, es de quo mater, et uxor eris.  
 Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba revixi;  
 Et positum est uteri crimen onusque mei.  
 Quid tibi grataris? media sedet Æolus aula: 65  
 Crimina sunt oculis surripienda patris.  
 Frugibus infantem, ramisque albensis olivæ,  
 Et levibus vittis sedula celat anus;

*lacrymas. Mors erat præ oculis; et Lucina recusabat auxilium: et obitus erat etiam scelus atrox, si fato fungerer. Cum superstratus, vestibus et capillis laniatis, recalefecisti nostra pectora fota tuis. Et mihi dixisti, Vive soror, o soror dilectissima, vive: nec interfice duos corpore unius. Bona spes sufficiat vires: num futura es uxor fratris: eris conjux illius, de quo es mater. Defuncta (crede mihi) tamen excitata sum ad tua verba: et crimen et pondus atci meæ est depositum. Quamobrem tibi gratularis? Æolus regnat media aula: flagitia sunt subtrahenda oculis patris. Anus diligens occultat infantem frugibus et frondibus olivæ canentis, et*



56 Multi si moriar, in his Gn. 2. et 1. a correct. Idem a manu pr. cum P. si morior.—59 Helm. *Vive precor.* P. et Ar. *aisti:* multi ex Heins. codd. *disti.*—61 Quidam Heins. *Germano nupta fut. es:* Gu. 2. *fratri tu:* 3. *frutris nam:* 4. *fratri sis nupta futura.*—62 Ita Leid. *Vulgo Illius, de quo mater es,* (P. Gu. omnes et plerique al. *mater et*) *uxor eris.*—64 Ball. *Depositumque uteri.* Gu. 2. *utero meo.*—67 *Frugibus* P. Ceteri *frondibus.*—68 Codd. Scr. *velat anus.*—

## NOTÆ

- 55 *Lucina]* Juno; quæ parturientibus adesse solet.  
*Negabat]* Fœtum emittere non poteram.  
 56 *Mors quoque]* Quia crimine accelerata.  
 57 *Scissa]* Ex dolore, quod sororem ita laborantem videret.  
 58 *Pressa]* Doloribus, scil.  
*Tuis]* Dixit ipsum superincubuisse. Solem enim, quos amamus, in dolorum et mortis angustis, benevolentis et amoris testificandi causa, solandi etiam, amplecti.  
 60 *Duos]* Te et filium.  
 62 *De quo]* Cujus factio. De seipso Macareus loquitur.  
 65 *Quid tibi]* Seipsam alloquitur; quæ, tanquam de bono aliquo, de partu suo visa est loqui: cum perniciis ab Æoli crudelitate immineret.  
*Sedet]* Qui otiose omnia circumspicit, omnibusque providet.  
 67 *Frugibus]* Mola salsa, qua in sacrificiis utebantur. Ut infantem auferret, simulavit anus, se, quæ ad rem sacram faciendam requisita essent, portare.

- Fictaque sacra facit, dicitque precantia verba.  
 Dat populus sacris, dat pater ipse, viam. 70  
 Jam prope limen erat: patrias vagitus ad aures  
 Venit, et indicio proditur ille suo.  
 Eripit infantem, mentitaque sacra revelat  
 Æolus: insana regia voce sonat.  
 Ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura; 75  
 Ut quatitur tepido fraxina virga noto;  
 Sic mea vibrari pallentia membra videres:  
 Quassus ab imposito corpore lectus erat.  
 Irruit; et nostrum vulgat clamore pudorem:  
 Et vix a misero continet ore manus. 80  
 Ipsa nihil, præter lacrymas, pudibunda profudi:  
 Torpuerat gelido lingua retenta metu.

*fasciis levibus: et operatur sacris simulatis, et profert verba orantia. Populus cedit via sacris, ipse pater cedit. Jam ad limen pervenerat: vagitus penetravit ad patris aures, et ille detegitur indicio suo. Æolus corripit infantem, et detegit sacra ficta: regia personat voce boante. Quemadmodum mare tremuit, cum raditur vento levi; quemadmodum virgultum fraxineum pulsatur Austro calido; sic cerneret meos artus pallidos tremere. Cubile concutiebatur a superstrato corpore. Pater irrumpit, et propalat clamore nostrum dedecus: et vix abstinet manus a facie infelici. Ego pudore suffusa nihil nisi lacrymas emisi: lingua stupuerat repressa timore frigido. Jamque imperaverat tenerum*

70 Alter Me. et Fr. *Dant pop.*—72 Gu. 1. cum al. *ipse suo.*—74 Bas. *voce tonat.*—76 Al. *trepido noto.* Gr. *rapido L.* cum tribus al. Heins. *tremulo.*—77 Unus R. *Sic mihi.*—80 Francius malebat a *miseræ.*—82 P. et alter Mor. *geli-*

## NOTÆ

- 68 *Vittis*] Fasciis; quibus victimæ coronabantur.  
 69 *Dicitque precantia*] Hymnos et supplicationes.  
 70 *Dat*] Id est, Omnes loco et via cedunt; nec quisquam anui affert impedimentum.  
 71 *Limen*] Ad regiæ portam pervenerat, qua egrederetur.  
 72 *Ille*] Infans.  
 73 *Mentita*] Infantem ipsum; quem sacra esse anns simlaverat.  
 75 *Fit tremulum*] Fremit et crispatur, cum primulum vento agitatur.  
 76 *Tepido*] Quia spirat a meridie.  
 77 *Vibrari*] Cujus folia tenuia et oblonga facile commoventur. *Fraxina* vero, positum pro *fraxinea.*  
 79 *Irruit*] In meum cubiculum intrat.  
 80 *Pudorem*] Dedecus, infamiam.

- Jamque dari parvum canibusque avibusque nepotem  
 Jusserat; in solis destituitque locis.
- Vagitus dedit ille miser, (sensusse putares;)
- Quaque suum poterat voce rogabat avum. 85
- Quid mihi tunc animi credas, Germane, fuisse,  
 (Nam potes ex animo colligere ipse tuo),
- Cum mea me coram sylvas inimicus in altas  
 Viscera montanis ferret edenda lupis? 90
- Exierat thalamo: tunc demum pectora plangi  
 Contigit, inque meas unguibus ire genas.
- Interea patrius, vultu mœrente, satelles  
 Venit, et indignos edidit ore sonos:
- Æolus hunc ensem mittit tibi, (tradidit ensem;)
- Et jubet ex merito scire, quid iste velit. 95
- Scimus; et utemur violento fortiter ense:  
 Pectoribus condam dona paterna meis.
- His mea muneribus, genitor, connubia donas?  
 Hac tua dote, pater, filia dives erit? 100

*nepotem projici canibus et avibus, et relinqui in locis desertis. Ille infelix edidit vagitus; crederes intellexisse: et orabat avum suum verbis quibus poterat. Quid putes, frater, fuisse tunc mihi animi, (nam potes ipse inferre ex ingenio tuo,) cum in meo conspectu deferret præcordia mea in excelsas sylvas devoranda a lupis montanis? Excesserat cubiculo: tunc denique concessum tundi pectora, et immittere ungues in meas genas. Interea minister patrius accedit vultu tristi, et emisit ore horrendas voces: Æolus mittit tibi hunc gladium, (porrexit gladium,) et imperat nosse ex merito, quid iste significet. Novimus; et utemur intrepide sævo gladio: abdâm munera paterna meo cordi. Muneraris, pater, his donis meum conjugium? Filia tua, pater, erit opulenta hac dote? Hymenæe eluse, procul summore lædas*

//////////

*da manu.—87 Gu. omnes et Helm. credis.—88 Bersm. Tu potes. Cod. F. concipere ipse.—91 Gu. 4. et a correct. 1. cum al. tum demum. Al. tum (Helm. cum) denique. Deinde plangi E. et ed. Bersm. Vulgo planxi.—92 Al. ire comas, ut Gu. 1. et 3.—93 P. Interea patruus.—94 Unus Med. et Helm. prodidit ore.*

#### NOTE

89 *Inimicus*] Quivis ejus patris satelles, qui infantem in sylvas et loca sola deferret.

90 *Viscera*] Filium memm.

91 *Exierat*] Pater, scil.

95 *Æolus*] Verba sunt satellitis Æoli.

*Tradidit ensem*] Verba Canaces.

96 *Merito*] Per crimen, incestum scilicet.

*Quid iste velit*] Quid cum isto gladio tibi faciendum.

98 *Condam*] Me eo interficiam.

Tolle procul decepte faces, Hymenæe, maritas ;

Et fuge turbato tecta nefanda pede :

Ferte faces in me, quas fertis, Erinnyes atræ,

Ut meus ex isto luceat igne rognus.

Nubite felices, Parca meliore, sorores ;

105

Admissi memores sed tamen este mei.

Quid puer admisit, tam paucis editus horis ?

Quo læsit facto, vix bene natus, avum ?

Si potuit meruisse necem, meruisse putetur.

Ah miser admissio plectitur ille meo !

110

Nate, dolor matris, rapidarum præda ferarum,

(Hei mihi !) natali dilacerate tuo :

Nate, parum fausti miserabile pignus amoris,

Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.

*nuptiales : et vita domum scelestam pede exterrito. Furia nigra, in me concutite faces, quas geritis ; ut rognus meus accendatur ex isto igne. Sorores beatæ, nubite fato lætiore : sed tamen meminertis mei facinoris. Quid puer patravit natus ante tam paucus horas ? Quo facinore offendit arum, vix bene editus ? Si potuit meruisse mortem, credatur meruisse. Ah ille infelix punitur ob factum meum ! Fili, dolor matris, rapina ferarum aridarum, (hei mihi !) discerpte tuo die natali : fili, pignus febile amoris infelicis ; hæc fuit tibi prima lux, hæc tibi fuit ultima. Non mihi*

—95 Leid. *Æolus hunc, dixit, per me tibi tradidit ensem.*—101 Me. 1. *Tolle, precor.*—102 Gn. 4. et Helm. *effuge.*—103 Burm. *mallet atras ; ut infaustas Ep. vi. 46.*—104 Gu. 1. et 2. *Et meus.*—106 P. Gu. 1. et al. *Amissæ mem.*—107 Cod. Mor. *proditus horis.*—109 Gu. 1. *Si meruisse necem poterat.*—111 Quidam codd. *rabidarum fer. alii trepidarum.*—112 *dilacerande malebat*

## NOTÆ

101 *Hymenæe]* Deus, nuptiarum præses.

102 *Turbato]* Celeri et præcipiti. Metonymia est antecedentis pro consequente.

*Nefanda]* Propter meum incestum.

103 *Faces]* Nuptiis adhiberi solitas, ut antea vidimus.

*Erinnyes]* Furia, malefactorum ultrices Deæ.

*Atræ]* Quia infernales.

104 *Isto]* Infernali ; ex vestris fabricibus accenso.

105 *Felices]* Id est, feliciter.

*Parca]* Ex Parcarum seu fatorum ordine omnia fieri Ethluici etiam cre-

diderunt. Tres autem fuerunt Parca, Clotho, Lachesis, Atropos.

*Meliore]* Magis propitia.

107 *Quid puer]* Postquam de se statuit, ad infantem revertitur Canace ; ejusque causa patrem arguit.

*Tam paucis horis]* Id est, ante paucas horas. Gall. *Il y a si peu de tems.*

109 *Si potuit]* Permissione hac insontem puerum esse ostendit. Nec fortiter negat hæc figura ; et commiserationem movet.

110 *Ah]* Commiserantis.

112 *Natali]* Die, scilicet.

113 *Pignus amoris]* Hiuc liberi,

- Non mihi te licuit lacrymis perfundere justis 115  
 In tua non tonsas ferre sepulcra comas.  
 Non superincubui; non oscula frigida carpsi:  
 Diripiunt avidæ viscera nostra feræ.  
 Ipsa quoque infantes cum vulnere prosequar umbras;  
 Nec mater fuero dicta, nec orba diu. 120  
 Tu tamen, o frustra miseræ sperate sorori,  
 Sparsa, precor, nati collige membra tui;  
 Et refer ad matrem, socioque impone sepulcro:  
 Urnaque nos habeat, quamlibet arcta, duos.  
 Vive memor nostri, lacrymasque in vulnera funde: 125  
 Neve reformida corpus amantis amans.  
 [Tu (rogo) projectæ nimium mandata sororis  
 Perfer: mandatis perfruar ipsa patris.]

*fuit concessum te irrorare justis lacrymis; non immittere in tuos rogos capillos de-  
 sectos. Non me superimmisi: non sumsi oscula gelida: feræ rapidæ dilaniant  
 nostra præcordia. Ipsa quoque comitabor umbras infantes cum vulnere: nec dicta  
 fuero diu mater, nec orba. Tu tamen, o incassum sperate infelici sorori, collige  
 artus dissitos filii tui; et eos reporta ad matrem, et immitte tumulo communi; et  
 urna, quantumvis parva, cupiat nos duos. Vive memor nostri, et effunde lacrymas  
 in plagam; neve metue amans corpus amantis. Tu (quæso) perforce jussa sororis  
 nimium infelicis: ipsa exequar imperata patris.*

Broukhuis.—115 Helm. *perfundere nostris*.—116 Al. *nec tonsas*. Helm. *nostons*.  
 —117 Arg. *frigida fixi*: al. *sumsi*: al. *juñxi*.—119 *Infantes* codd. optimi.  
 Gu. omnes cum al. *infantis*. P. et Gu. omnes cum al. melior. *prosequar*.  
 Vulgo *persequar*.—125 *Vulnera* exc. Douzæ et Gu. 4. P. cum Gu. 3. et al.  
*vulnere*. Vulgo *funere*.—127-128 Totum hoc distichon spurium videtur Heins.  
 et in P. a manu secunda erat. Gu. 1. *dilectæ nimium*. Go. *Mandatum perforce*.  
 Nauger. P. et Gr. *persequar*. Gu. 1. a glossat. *effice*: 2. *præfer*: 3. *præter*:  
 Helm. *prosequar*. Heusing. sic emendat: *Tu, rogo, dilectæ nim. mand. sor.*  
*Perforce: muneribus perfr. ipsa patris.*

## NOTE

*Pignora simpliciter dicuntur.*

115 *Justis*] Quæ, cum justa mor-  
 tuo persolvuntur, in exequiis effun-  
 duntur.

116 *Non tonsas*] Hubertinus has  
 duas voces conjunctim legit. Non  
 bene, credo. Optime Mycillus non  
 refert ad *licuit*; deinde *tonsas* sim-  
 pliciter intelligit comas; quas, fune-  
 rali more etiam tondere, et in rogam,  
 aut sepulcrum mittere, in gravi fu-

neræ mulieres solebant.

117 *Superincubui*] Parentes enim,  
 ex affectu, matres præsertim, cada-  
 vera etiam liberorum solent amplecti  
 et osculari.

119 *Cum vulnere*] Id est, Per vul-  
 nus, quod mihi gladio infligam.

120 *Nec mater*] Quia mortuus est  
 filius, et ipsa jamjam moriar.

121 *Sperate*] In matrimonium, scil.

122 *Sparsa*] A canibus et lupis huc



## NOTÆ

illuc distracta.

126 *Reformida*] Quanquam ipsa mortuum cadaver exhorruisset.

127 *Tu (rogo)*] Totum hoc distichon a manu secunda in Puteaneo codice, optime interpolatorum esse,

et elegantia Ovidiana indignum censuit clarissimus Heinsius.

*Projectæ*] Infelicis et abjectæ.

128 *Perfer*] Perfice.

*Perfruar*] Quod imperavit pater, efficiam.

## EPISTOLA XII.

## MEDEA JASONI.

## ARGUMENTUM.

JASON, cum primum Colchon attigit, a Medea, Æetæ Colchorum regis et Hecates filia, receptus est, et amatus: interpositaque conjugii sponsione, illum edocuit, quonam pacto ad optatam perveniret prædam. Aureo igitur vellere raptò, clam cum Medea fugam arripuit. Quos cum insequeretur Æeta, illa Absyrti fratris, quem secum ducebat, occisi membra dispersit, ut ita patrem ossa filii legentem moraretur. Et sic incolumes in Thessaliam tandem devenerunt: ubi Æsonem, Jasonis patrem, annis jam decrepitum, ad viridem ætatem reduxit. Jason dein Medeam repudiavit; et Creusam, Creontis regis Corinthiorum filiam, uxorem assumsit. Furibunda igitur Medea ad Jasonem scripsit, ingratum ejus animum accusat, præsentemque ultionem, nisi recipiatur, interminatur.

AT tibi Colchorum (memini) regina vacavi,  
Ars mea, cum peteres, ut tibi ferret opem.

*At (memini) ego regina Colchorum tibi operam præstiti, cum rogares, ut ars*

1 *At tibi* P. et Gu. 3. cum al. nonnullis. Vulgo *Ut tibi*.—3 P. Gu. 2. et al.

## NOTÆ

1 *At*] Admirantis est, simul et indignantis. Principio vero utitur abrupto, ubi multa subintelligenda sunt,

majoris affectus declarandi causa.

*Colchorum*] Colchi populi sunt Ponti Euxini, ab ortu, accola.

Tunc, quæ dispensant mortalia fila, Sorores  
 Debuerant fusos evoluisse meos.  
 Tunc potui Medea mori bene: quicquid ab illo 5  
 Produxi vitæ tempore, pœna fuit.  
 Hei mihi! cur unquam juvenilibus acta lacertis  
 Phryxeam petiit Pelias arbor ovem?  
 Cur unquam Colchi Magnetida vidimus Argo;  
 Turbaque Phasiacam Graia bibistis aquam? 10  
 Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli;  
 Et decor, et linguæ gratia ficta tuæ?

*mea tibi auxilium præberet. Tunc sorores, quæ dividunt fila mortalia, debuerant exhaustisse fusos meos. Tunc potui Medea bene fato fungi: quicquid protraxi vitæ ab illo tempore, fuit supplicium. Hei mihi! quamobrem navis Pelias, impulsa brachiis juvenilibus, expetivit vellus Phryxæum? Cur unquam Colchi aspeximus Argo Magnetida; et agmen Græcum potastis aquam Phasiacam? Quamobrem coma flava, et forma, et lepos simulatus linguæ tuæ arriserunt mihi plus justo? Aut*

*mortal. facta. Vulgo fata, quod est in Gu. tribus et Helm.—6 P. Gu. et al.*

## NOTE

- Regina]* Quippe Ætææ Colchorum nia genera, curasque et dolores, vitam filia. traduxi.  
*Vacavi]* Operam præstiti; inser-vi-vi. 7 *Actu]* Impulsa.  
 2 *Ars]* *Magica.* Veneficiis vero 8 *Phryxæum]* Vellus aureum; quod Medea notissima. Marti Phryxus appendit.  
*Open]* In tollendo vellere aureo; Thessalia] *Thessalica;* a Pelio monte omnibusque, quibus septum erat illud Thessaliæ, ubi decisæ arboreæ, ex inceptum, superandis difficultatibus. quibus Argo navis fabricata est. Muliebri vero more malorum suorum causam Medea longe repetit.  
 3 *Tunc]* Cum primum opem meam petiisti. *Arbor]* Pro navi, qua in Colchos vecti sunt Argonautæ.  
*Dispensant]* Cuique vitæ modum et mensuram assignant. 9 *Magnetida]* Thessalicam; a Magnesia, regiuncula Thessaliæ, in qua mons Pelius; nisi quod verius illam huic ronterminam dixeris.  
*Fila]* Tres Parcas fatale exercere lanificium; earumque primam stamen ducere, alteram fenum versare, tertiam filum abrumpere, ex fabulis notissimum. Quamquam varie hæc omnia fingunt Poëtæ. 10 *Turba]* Argonautæ.  
*Sorores]* Parcæ. *Phasiacam]* Colchicam; a Phasi, Colchorum fluvio.  
 4 *Evoluisse]* Id est, vitæ meæ finem imposuisse. *Bibistis]* Id est, Cur venistis? Vim majorem habet interrogatio, quam si dixisset simpliciter, se optare, ut nunquam Argonautæ Colchos vidissent.  
 5 *Bene]* Quia felix et honesta ad illud tempus fueram.  
 6 *Pœna]* Nam per criminum om- 11 *Plus æquo]* Ut tui causa patrem

Aut (semel in nostras quoniam nova puppis arenas  
 Venerat, audaces attuleratque viros,)
 15  
 Isset anhelatos non præmedicatus in ignes  
 Immemor Æsonides, oraque adunca boum.  
 Semina jecisset; totidem sensisset et hostes :  
 Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.  
 Quantum perfidiæ tecum, scelerate, perisset !  
 Demta forent capiti quam mala multa meo !
 20  
 Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.  
 Hac fruar: hæc de te gaudia sola feram.  
 Jussus inexpertam Colchos advertere puppin,  
 Intrasti patriæ regna beata meæ.

(quandoquidem nova navis semel appulcrat nostris littoribus, et adveherat viros temerarios) ingratus Æsonides descendisset nullis medicamentis præmunitus in ignes efflatus, et ora recurra boum. Sparsisset semina; et expertus esset totidem hostes; ut ipse agricola interiret ab agricultura sua. Quantum perfidiæ tecum interiisset, scelestè! quam multa mala subtracta essent meo capiti! Est aliqua suaritas objicere beneficium immemori. Hac gaudebo; consequar de te hanc solum voluptatem. Coactus Colchos dirigere rudem navem, subiisti regna felicia patriæ

//////////

multi produxi vitam.—13 Aut P. et al. Gu. omnes Helm. et al. At semel.—15 Gu. omnes et Helm. cum al. non præmeditatus.—17 Vulgo totidem sumsisset, uti Helm. a manu pr. item Gu. 2. et a correct. 1. P. Semina sensisset totidemque et semina et (a correct. seminuit) hostes. Gu. 1. a manu pr. totidem quod seminat hostes. Helm. pro var. lect. totidem quot semina et hostes. Meliores plerique Semina sensisset (vel jecisset) totidem quod seminat hostes; quidam etiam totidem sensisset et hostes. Heins. rescribit Semina jecisset, totidem

#### NOTE

prodiderim, aliaque multa patraverrim.

Flavi] Qui etiam nunc sunt in pretio. Gall. *Blonds*.

12 *Lingua*] Dicit, Jasonem mellita verba, orationemque bene comitam, dolo malo, ut ipsam caperet, quæsisse: non ex animo nec vera gratia loquentum esse.

13 *Nova*] Cui similem nunquam viderant. Quinquam Ovidius, aliique, primam Argo navem fuisse volnerunt.

15 *Anhelatos*] Ex taurorum alienipedum naribus emisso.

*Præmedicatus*] Venenis Medea Jasonem instruxerat, ne in subigendis

Tauris ab ipsis læderetur. De quibus omnibus supra in *Hypsipyle*.

16 *Immemor*] Beneficiorum a me acceptorum, scil. *Ingratus*.

*Æsonides*] Jason, Æsonis Thessaliæ regis filius.

*Ora adunca*] Propter cornua.

17 *Semina*] Dentes serpentis.

*Hostes*] Qui ex jactis seminibus nati sunt.

18 *Ut caleret*] Ut Jason, qui, tanquam agricola, dentes Serpentis in terram misisset, ab hostibus armatis, qui ex illo semine nascerentur, interficeretur.

22 *Hac*] Exprobrandi, scil. bene-

Hoc illic Medea fui, nova nupta quod hic est. 25  
 Quam pater est illi, tam mihi dives erat.  
 Hic Ephyren bimarem; Scythia tenuis ille nivosa  
 Omne tenet, Ponti qua plaga læva jacet.  
 Accipit hospitio juvenes Æeta Pelasgos, 30  
 Et premitis pictos corpora Graia toros.  
 Tunc ego te vidi; tunc cœpi scire quid esses:  
 Illa fuit mentis prima ruina meæ.  
 Ut vidi, ut perii; nec notis ignibus arsi:  
 Ardet ut ad magnos pinea tæda Deos.  
 Et formosus eras, et me mea fata trahebant: 35  
 Abstulerant oculi lumina nostra tui.

*meæ. Ego Medea illic id fui, quod nova nupta est hic. Pater erat mihi tam opulentus, quam pater est illi. Hic imperium habet in Ephyren bimarem; ille in omnem partem Scythiæ nivalis, qua regio sinistra Ponti porrigitur. Æeta excipit hospitio juvenes Pelasgos; et vos, Græci, discumbitis lectis pictis. Tum ego te aspexi: tunc primum cognovi quid esses: illa prima fuit perniciæ animi mei. Ut aspexi, ut interii; nec incensa sum flammis cognitis: incensa sum, tanquam tæda pinea flugrat ad magnos Deos. Et pulcher eras, et fata mea me cogebant. Oculi*

*jecisset et hostes.—25 P. cum aliis quibusdam Medea fuit.—27-28 Quidam Scythiam tenet ille nivosam, vel Scythiæ nivosa. Scr. Scythia tenuis ille nivosa Omne latus. Heins. conj. Scythiæ tenet ille nivosa Omne latus; vel Hic Ephyra bimaris, Scythiæ tenet ille nivosa Omne latus.—29 Quidam Codd. excipit. Gu. 1. et Helm. cum al. juvenes pater Æta.—30 Gr. pectora Graia. V. Graia turba. Mor. 1. Graia juvena.—31 Vulg. quis esses.—32 Heins. mallet menti.—33 Alii Et vidi, et perii.—34 Gu. 3. Uror, ut. Quinque scripti punica: Heins.*

## NOTÆ

ficia.

23 *Jussus*] A Pelia patruo tuo.

*Inexpertam*] Navi tribuit, quod nantis referendum.

24 *Beata*] Ditia.

25 *Nora nupta*] Creusa: de qua in argumento.

*Hic*] Creon, Creusæ pater.

27 *Ephyren*] Corinthus est, cui primo illud nomen datum.

*Bimarem*] Quia est inter duo maria.

*Scythia*] Alii habent *Scythiæ latus ille nivosa*. De Scythiis jam antea diximus, qui populi fuerunt Asia, itemque Europæ.

*Tenus*] Id est, usque ad Scythiam.

*Ille*] Pater meus.

*Nivosa*] Frigida; quia multum ad Septentrionem vergit.

28 *Ponti*] Maris Euxini.

29 *Juvenes*] Argonautas, Græcos.

30 *Premittis*] Discumbitis in lectis, tapetibus ornatis.

33 *Nec notis*] Id est, maximis: nisi forte indicat tantum, se antea non amasse.

34 *Ardet*] Arsi, ut tæda ardet.

35 *Fata trahebant*] Dicit se, et Jasonis elegantia, et fato suo, ad ipsum amandum compulsam fuisse.

36 *Abstulerant*] Id est, Nisi te, ni-

Perfide, sensisti : quis enim bene celat amorem ?

Eminet indicio prodita flamma suo.

Dicitur interea tibi lex ; ut dura ferorum

Insolito premeres vomere colla boum.

40

[Martis erant tauri plus, quam per cornua, sævi ;

Quorum terribilis spiritus ignis erat.]

Ære pedes solidi, prætentaque naribus æra :

Nigra per afflatus hæc quoque facta suos.

Semina præterea, populos genitura, juberis

45

Spargere devota lata per arva manu,

Qui peterent secum natis tua corpora telis.

Illa est agricolæ messis iniqua suo.

*tui rapuerant nostros oculos. Perfide, advertisti : quis enim bene tegit amorem ? Flamma apparet manifestata suo indicio. Interea conditio tibi proponitur ; ut urgeres fortes cervices boum ferocium vomere inassueto. Tauri erant Martis magis terribiles, quam per cornua ; quorum status erat flamma formidabilis. Pedes duri ære, et æra inducta naribus ; hæc quoque facta atra per halitus suos. Imperaris insuper jacere manu consecrata, per vastos agros, semina emissura populos ; qui invehentur in tua membra juculis secum ortis. Illa messis parum favet suo cultori.*

putat *prunea*.—38 Edd. quædam *Emitet indic.*—39 *Dicitur P. Lex* ex emend. Heins. et sic etiam Helm. Vulgo *Dixerat interea tibi rex* ; quomodo Gu. omnes.—40 Barb. *premeres pondere*.—41 Hoc distichon Ovidianæ venæ non esse videtur Heins.—43 Scr. et Pa. *naribus ora*.—46 Al. *lata per*. Unus R. *larga*.—48 Al. *illa erat* ; sed *est* scripti. Heins. conj. *imminet agric.* Gr. *messis*

## NOTÆ

hil amplius videre poteram. Quod maximum est indicium amoris.

*Oculi*] In illis vero vis multa est ad provocandum amorem.

37 *Sensisti*] Me amore teneri.

38 *Eminet*] Apparet.

39 *Lex*] Qua vellus aureum tollendum erat.

*Dura*] Ferocia, minusque jugo assueta.

40 *Vomere*] Non equidem vomere, sed jugo premuntur colla boum ; nisi quod jugo aratrum, cujus vomer pars est, alligatur.

41 *Martis*] Hoc distichon Heinsio Ovidianæ venæ esse non videtur. Videtur equidem : quomodo tamen

ex textu tolli possint, non video.

42 *Spiritus*] Halitus. Ore flammam emittebant.

43 *Pedes*] Ungula, scilicet.

45 *Semina*] Dentes serpentis.

*Populos*] Homines armatos. De quibus in Hypsipyle.

46 *Devota*] Quæ se huic fato devoveret. Ita optime Hubertinus. Quo sensu *devoti* dicuntur, qui se in medios hostes, vel ineluctabile dis-crimeu præcipitant.

47 *Qui peterent*] Qui in te irruerent.

*Secum natis*] Armati illi ex terra prodiisse dicuntur.

48 *Messis*] Segetem intellige.

Lumina custodis, succumbere nescia somno,  
 Ultimus est aliqua decipere arte labor. 50  
 Dixerat Æetes, mœsti consurgitis omnes,  
 Mensaque purpureos deserit alta toros.  
 Quam tibi nunc longe regnum dotale Creusæ,  
 Et socer, et magni nata Creontis erant?  
 Tristis abis : oculis abeuntem prosequor udis; 55  
 Et dixit tenui murmure lingua, Vale.  
 Ut positum tetigi thalamo male saucia lectum ;  
 Acta est per lacrymas nox mihi, quanta fuit.  
 Ante oculos taurique truces segetesque nefandæ ;  
 Ante meos oculos pervigil anguis erat. 60  
 Hinc amor, hinc timor est : ipsum timor auget amorem.  
 Mane erat ; et thalamo cara recepta soror ;

*Labor postremus est fallere aliquo dolo oculos custodis fugientes superari a somno. Absolverat Æetes : omnes prorumpitis ; et mensa sublimis destituit lectos purpureos. Quam procul tibi erant nunc regnum dotale Creusæ, et socer, et filia magni Creontis? Mæstus recedis. Comitor discedentem oculis humidis : et lingua dixit levi murmure, Vale. Postquam male vulnerata pressi torum admotum cubiculo ; nox, quam longa fuit, est mihi præterita per stetus. Et Tauri, et segetes infundæ oculis obversabantur ; draco pervigil erat præ oculis meis. Ex una parte est amor, ex altera metus : amor crescit ipso metu. Mane erat ; et dilecta soror admissa in*

~~~~~

*amaru.—50 Heins. conj. alia.—53 Vulg. tibi tunc.—54 Edd. vett. erat.—55 Al. prosequor.—57 Gu. 1. a manu pr. et 2. Et positum.—58 Gu. 4. Actaque per lacr. Bas. in lacrymis.—59 Dno Helm. Gu. 1. et 2. taurique meos.—*

#### NOTÆ

49 *Lumina custodis*] Oculos draconis pervigilis, qui vellus aureum custodiebat.

50 *Decipere*] Sopire, putare.

51 *Dixerat*] Omnia proposuerat, quæ prius absolvenda essent, quam vellus aureum avelleres.

*Mæsti*] Quod impossibilia credent, quæ imperabantur.

52 *Deserit*] Remota est mensa, postquam Argonantæ surrexissent.

53 *Quam tibi*] Quam vero apposite jam istud internectit!

*Longe*] De iis minimum cogitabas.

54 *Magni*] Ex Jasonis ingenio loquitur. *Je crois qu'alors la grandeur*

*de votre beau-père ne vous occupait guères l'esprit.*

55 *Oculis*] Egregie amorem suum declarat.

57 *Male*] In perniciem meam.

*Saucia*] Amore incensa.

58 *Acta*] Per totam noctem lacrymavi.

59 *Taurique*] A quibus tibi mætebam.

61 *Timor auget*] Verissimum, et diligenter notandum. Sese invicem acunt et augent affectus : immo inter se commutantur.

62 *Mane erat*] Postquam matutinum tempus advenisset, Chalciop

Disjectamque comas aversaque in ora jacentem

Invenit, et lacrymis omnia plena meis.

Orat opem Minyis: petit altera, et altera habebit. 65

Æsonio juveni, quod rogat illa, damus.

Est nemus, et piceis, et frondibus ilicis atrum:

Vix illud radiis solis adire licet.

Sunt in eo, fuerantque diu, delubra Dianæ:

Aurea barbarica stat Dea facta manu. 70

Nostin', an exciderunt mecum loca? venimus illuc:

Orsus es infido sic prior ore loqui:

Jus tibi et arbitrium nostræ Fortuna salutis

Tradidit; inque tua vitæ morsque manu.

*cubiculum, me comperit et sparsam capillos et cubantem in faciem aversam, et omnia redundantia lacrymis meis. Rogat auxilium Minyis: altera rogat et altera habebit. Concedimus, quod illa petit, juveni Æsonio. Est nemus obscurum et piceis, et ramis ilicis: vix conceditur radiis Solis illuc intrare. Stant in eo, et diu steterant, templa Dianæ: Dea aurea erecta est facta manu barbarica. Haud scio, an locorum oblitus fueris, sicuti mei. Illuc accessimus: sic primus cæpisti loqui ore perfido: Fortuna tibi obtulit jus, et potestatem nostræ salutis, et vita et mors est in tua manu. Abunde est posse opprimere; si*

//////////

63 Gu. omnes cum multis al. *aversaque*.—65 P. Go. et Gu. 2. *alter* petit, *alter* habebit. Nonnulli *petit altera, et alter habebit*. Heins. conj. *Orat opem Minyis soror altera, ut altera flevit*. Heusing. e glossa Gu. 1. sic interpungit: *Orat opem Minyis. Petit altera, et altera, Habebit*; ut *habebit* sit vox pro mittentis.—68 Vnlg. *illuc*.—69 Al. *fuerant certe*: Gu. 1. *certæ*, vel *cinctæ*: Gu. 4. *ut fuerant certe*.—71 *Nostin' an exciderunt P.* et Gu. 4. *Vulgo Nescio an exciderint*: unus Med. *Nostis, quinque Noscis*: Helm. *Noscis an exciderant*: Gu. 1. *Noscis? an exciderant animo locu*: 2. *Nescis* (a corr. *Noscis*) *an exierint mecum loca*: 3. *Nescis an exciderint*.—72 Gu. 1. et 2. cum al. *Ausus es*. Fr. *prior ille*.

#### NOTE

soror mea cubiculum meum intravit.

63 *In ora jacentem*] Cubantem in faciem, ut mos est dolentibus.

65 *Orat*] Quia naufragos ejus liberos, nudosque et inopes, Jason adjuverat; ut refert Hyginus.

*Minyis*] Argonautis: quorum dux Jason ex Iolcho oriundus; quo ex Orchomeno, quod et Minyeum dictum, colui deducti, 'cui Jasonem servavimus.'

*Altera habebit*] Creusa, scilicet.

66 *Æsonio*] Jasoni, Æsonis filio.

67 *Est nemus*] Locum, ubi cum Medea Jason collocutus est, describit.

*Piceis*] Picea arbor est, ex qua resina defluit.

*Ilicis*] Ilex arbor est glandifera, durissima.

69 *Delubra*] Templa, Dianæ dedicata.

70 *Dea*] Diana.

71 *Nostin' an*] Vulg. *Nescio an*: id est, *Nescio an locorum sicut mei oblitus fueris*. Affectum vero movet

- Perdere posse sat est, si quem juvet ipsa potestas; 75  
 Sed tibi servatus gloria major ero.  
 Per mala nostra precor, quorum potes esse levamen;  
 Per genus et numen cuncta videntis avi;  
 Per triplicis vultus, arcanaque sacra, Dianæ;  
 Et si forte alios gens habet ista Deos: 80  
 O virgo, miserere mei; miserere meorum!  
 Effice me meritis tempus in omne tuum.  
 Quod si forte virum non dedignare Pelasgum,  
 (Sed mihi tam faciles unde, meosque Deos?)  
 Spiritus ante meus tenues vaneſcat in auras, 85  
 Quam thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo.  
 Conſcia ſit Juno, ſacris præfecta maritis,  
 Et Dea, marmorea cujus in æde ſumus.  
 Hæc animum (et quota pars hæc ſunt?) movere puellæ  
 Simplices; et dextræ dextera juncta meæ. 90

*quis delectetur ipsa potestate; sed liberatus, ero tibi laus major. Oro per mala nostra, quorum potes esse solatium; per genus et potestatem avi omnia intuentis; per faciem et sacra mystica Dianæ triplicis; et si forte hæc natio agnoscit alios Deos; o virgo, movearis commiseratione erga me; movearis commiseratione erga meos! Devincito me tibi in omne tempus officiis. Quod si forte non aspernaris virum Pelasgum, (sed unde sperem Deos tam benignos mihi et faventes?) anima mea prius discerpatur in aëra subtilia, quam uxor ulla, nisi tu, subeat meum cubiculum. Juno præposita sacris jugulibus sit testis; et Dea, in cujus delubro marmoreo stamus. Hæc (et quantula pars hæc sunt?) tetigerunt mentem puellæ ere-*

—74 *Vulg. tua est.*—75 *Al. juvat, et ista.*—78 *P. genus et nomen.*—79 *Triplicis P. duo A. et Gu. 3. Vulgo triplices.*—80 *Alios reposuit Heins. Scripti aliquos.*—84 *Multi unde putabo Deos, vel Deos habeam. Gu. 1. arbitrer unde Deos.*—85 *Vaneſcet* reponit Hensing. e Gu. 1.—87 *Arg. scit Juno.*—89 *Et*

## NOTÆ

hæc commemoratio et dubitatio.

75 *Perdere*] Id est, Si quis potestate delectatur, ei satis esse debet, quod possit nocere, aut perdere: nocere autem revera non debet.

78 *Genus*] Tuum, scil.

*Avi*] Solis. Æta enim Medæ pater, illius fuit filius.

79 *Triplicis*] Quæm Lunam in cælis, Dianam in terris, Proserpinam apud inferos Poëtæ fabulati sunt. Illam etiam triplicapite equino, humano, canino, fecerunt.

*Arcana*] Mystica nocturnaque.

80 *Si forte*] Non audent nunc sperare, se non contemptum iri Jason, qui postea Medeam sprevit.

83 *Pelasgum*] Me Græcum. Fuerunt enim Pelasgi Græciæ populi.

84 *Meos*] Mihi propitios. Quamobrem sperem Deos mihi usque adeo propitios, ut efficiant me a te non contemni?

85 *Vaneſcat*] In nihilum redigatur.

87 *Conſcia*] Quæ mihi læsi sui numinis pœnas infligat, si pejeravero.



Vidi etiam lacrymas : an pars est fraudis in illis ?

Sic cito sum verbis capta puella tuis.

Jungis et æripedes inadusto corpore tauros,

Et solidam jusso vomere findis humum.

Arva venenatis, pro semine, dentibus imples: 95

Nascitur, et gladios scutaque miles habet.

Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi,

Cum vidi subitos arma tenere viros:

Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres

Inter se strictas conseruere manus. 100

Pervigil ecce draco, squamis crepitantibus horrens,

Sibilat; et torto pectore verrit humum.

*dulæ; et manus commissa meæ manui. Aspexi etiam lacrymas: an pars doli invenitur in illis? sic puella sum statim decepta verbis tuis. Et jugus tauros æripedes, corpore igni intacto, et scindis terram duram vomere imperato. Spargis agros dentibus venenatis pro semine: miles erumpit, et gerit enses et clypeos. Ego ipsa, quæ obtuleram medicamenta, expallui; cum aspexi viros repentinos tractare arma. Usquedum fratres terra sati (factum flebile) in sese invicem converterunt manus expromptas. Ecce serpens pervigil, horridus squamis strepentibus, edit sibila, et*

~~~~~  
*quota pars hæc sunt P. Plerique quota pars possunt (quidam possent vel poterant) movere, vel movisse. Al. etiam movere.—91 Li. an pars et.—92 R. Sic ego.—93 et abest a Gr. Heins. vult Jungis ænipedes.—94 Gr. Insolitam. Leid. presso vomere. Helm. cum al. scindis hum.—96 Vulgo habens.—98 Helm. Cum video. V. arma movere.—100 Vulgo In se constrictas, et sic Gu. 2. P. et Gu. 3. Inter constrictas. Str. et Helm. Inter se constrictas.—101 Tres scripti Serpens ecce vigil squammis: unus V. Insomnis serpens: P. et Gu. 1. Insopor ecce vigil, unde Heins. facit Insuper ecce vigil: E. pro var. lect. Insopor ecce draco.—102 Helm. intorto. Quidam vertit humum, vel ver-*

## NOTE

*Sacris maritis*] Solennitatibus nuptialibus.

88 *Dea*] Diana.

89 *Quota pars*] Dicit, se paucula referre eorum omnium, quæ Jason promiserat.

*Puellæ*] Ipsius Medææ, scilicet.

91 *Vidi etiam*] Dicit etiam Jasonem lacrymas effundisse.

*An pars est*] Illud est quod de lacrymis dixit Poëta in Phyllide: 'An et hæc simulare docentur? Hæc quoque habent artes, quaque jubentur eunt?'

92 *Sic*] Cum jurasses; dextram

dextræ junxisses; lacrymas addidisses.

93 *Jungis*] Jugo subjicis. Narrat Medea, quomodo a se impetrato auxilio, quæcumque pater Æeta imperavisset, Jason perfecit.

*Inadusto*] Referunt ad tauros: malim ego ad Jasonem; ut intelligatur, Medææ ope, ipsum spiritu terribiles illos tauros incolumem subegisse.

94 *Jusso vomere*] Id est, Jussus terram duram findis.

97 *Ipsa ego*] Quanto magis alii timere debuissent; tu præsertim, si absque medicamine in certamen ve-

Dotis opes ubi tunc? ubi tunc tibi regia conjux?

Quique maris gemini distinet Isthmos aquas?

Illa ego, quæ tibi sum nunc denique barbara facta, 105

Nunc tibi sum pauper, nunc tibi visa nocens,

Flammea subduxi medicato lumina somno:

Et tibi, quæ raperes, vellera tuta dedi.

Proditus est genitor; regnum patriamque reliqui:

Munus in exilio quolibet esse tuli. 110

Virginitas facta est peregrini præda latronis;

Optima, cum cara matre, relicta soror.

At non te fugiens sine me, germane, reliqui.

Deficit hoc uno litera nostra loco.

*abstergit terram sinuoso pectore. Ubi tum divitiæ dotis? Ubi tum tibi uxor regalis? Et Isthmus, qui dividit aquas maris duplicis? Illa ego, quæ sum tibi nunc denique facta barbara, nunc sum tibi visa egenæ, nunc tibi visa veneficæ, submori oculos igneos somno, medicamine inducto; et tradidi tibi vellera secure tollenda. Pater est proditus; deserui regnum et patriam; et existimavi bonum omne esse in exilio. Virginitas facta est rapina externi prædonis; optima soror destituta est cum matre dilectissima. At, frater, abicis non te deserui. Epistola nostra manca est hoc uno*

*sat: unus Heins. rastat.—103 Opes ubi tunc? ubi tunc tibi ex emendat. Heins. Vulgo opes ubi erant? ubi erat tua. Plerique scripti tibi reg. conjux. Unus Pal. ubi tunc et regia. Duo Med. Dotis opes ubi tunc.—108 Unus Heins. quæ referas. Med. unus vellera fulva.—110 Unus Pat. Munus exilio. Quolibet e conject. Burm. pro quodlibet. Helm. quilibet. Al. quod licet esse tuli, vel, quo licet. Heins. conj. Et minus exilio quidlibet esse tuli.—113 Gu. 2. cum*

#### NOTÆ

nisses!

*Pallida]* Ex timore oritur pallor.

98 *Subitos]* Subito natos.

99 *Terrigenæ]* Milites ex terra geniti.

100 *Strictas]* Strictis ensibus, in pugnam expeditas.

102 *Torto]* Oblique et sinuose sese agitando, serpentes proprepunt.

103 *Dotis]* Quam ex Crensa tua nunc speras.

104 *Isthmos]* Corinthiacum intellige, qui maris utrimque illum alluentis aquas retinet, et dividit.

105 *Denique barbara]* Jasoni exprobrat, quod se barbaram appellet, postquam alio amorem suum, benefi-

ciorum oblitus transtulerit.

106 *Nocens]* Venefica.

107 *Flammea]* Flammam et ignem jaculantia.

*Subduri]* Sopivi, uno verbo.

108 *Tuta]* Id est, Quæ tuto raperes.

109 *Proditus]* A me.

110 *Munus in exilio]* Id est, Exulare tecum, mihi omnium bonorum loco esse duxi.

112 *Matre]* Hypseam eam vocant nonnulli; plerique Idyiam.

113 *At non te]* Fratris Absyrti vires dolet; quem ut insequentem patrem remoraretur, fugiens Medea laceravit; membraque ejus, quæ ille

Quod facere ausa mea est, non audet scribere, dextra, 115

Sic ego, sed tecum, dilaceranda fui.

Nec tamen extimui (quid enim post illa timerem?)

Crederere me pelago fœmina, tamque nocens.

Numen ubi est? ubi Di? meritas subeamus in alto,

Tu fraudis pœnas, credulitatis ego. 120

Complexos utinam Symplegades elisissent,

Nostraque adhærerent ossibus ossa tuis!

Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos!

(Debuit ingratis Scylla nocere viris:)

*loco. Manus non audet consignare, quod sustinuit patrare: ego sic fui dilanianda, sed tecum. Nec tamen sum verita (quid enim reverer post illa?) puella etiam scelerata committere me mari. Ubi est numen? Ubi Dii? Afficiamur suppliciis meritis, in mari, tu doli, ego simplicitatis. Utinam Symplegades oppressissent constrictos, et ossa nostra conjungerentur ossibus tuis! Aut Scylla vorax nos tradidisset devorandos canibus! Scylla debuit obesse viris ingratis. Et quæ reddit undas toti-*

multis al. *At te non fug.*—118 *Tamque* Fr. *Ceteri Jamque.*—121 *Complexos*

#### NOTÆ

colligeret, huc illuc per viam disper-

114 *Deficit*] Quia ex omnibus, quæ pro te feci, hoc unum est, quod scribere non audeo. Loquitur de fratris lacerati morte.

115 *Quod facere*] De fratris laceratione iterum loquitur.

116 *Sic*] Ut frater a me disceptus est.

*Sed tecum*] Quia etiam memisti.

117 *Extimui*] Ex conscientia stimulis, quæ sontibus vindictam furiasque objicit.

*Quid enim*] Ne jocum ex verbis male captasse Naso videatur, Medea totam sententiam sic accipe: Quamquam nunc non audeam scribere, quæ ipsa patravi; non verita sum tamen antea mari me credere: nam quid non ansa esset, quæ potuit ea omnia, quæ in patrem et fratrem peccavi, admittere? Se fatetur antea inconsulte ac veluti per dementiam, aut rabie quadam divexatam, omnia

fecisse.

*Ille*] Patrem proditum, fratrem laniatum.

118 *Fœmina*] A natura timidior.

119 *Numen*] Deorum potestas, quæ sontes puniremur.

*Subeamus*] De præterito attente cogitans, ut de præsentis loquitur. Id est, Cur non in profundum ultrici Deorum ira projecti fuimus?

120 *Fraudis*] In me.

*Credulitatis*] Quæ tibi perfido crediderim. Verius dixisset *crudelitatis*: nisi metri ratio repugnaret.

121 *Complexos*] Vulg. *compressos*: quia, puto, procul visentibus juncti videbantur scopuli Symplegades, ideo eos disjungi, dein concurrere Poëtæ fabulati sunt. Hinc vides quamobrem dixit Medea, *compressos*.

*Symplegades*] Cyaneæ etiam dictæ sunt duæ insulæ, vel potius scopuli in Bosphoro Thraciæ, aut verius in Ponti Euxini ostio.

122 *Adhærerent*] Postquam collisa

Quæque vomit fluctus totidem, totidemque resorbet, 125  
 Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ!  
 Sospes ad Hæmonias, victorque, reverteris urbes;  
 Ponitur ad patrios aurea lana Deos.  
 Quid referam Peliaë natas, pietate nocentes,  
 Cæsaque virginea membra paterna manu? 130

*dem, et totidem resomit, nos quoque submersisset aqua Sicula. Voti compos rediis incolomis ad urbes Hæmonias: vellus aureum appenditur Diis patriis. Quid commemorem filius Peliaë scelestas pietate, et artus paternos discernptos manu puellari?*

duo Med. Vulgo *Compressos*.—125 In uno Mor. erat *recillet*.—127 Ha. *revert. arcs*.—128 Quidam codd. *aurea præda*, vel, *barbara præda*. Arg. *barbara lana*.

## NOTÆ

simul et confracta fuissent.

123 *Rapax*] Quæ naves attrahit.

*Canibus*] Poëtæ Scyllam scopulum inferna parte canum et luporum capita habuisse, propter aquæ fremitum andarumque æstum, fabulati sunt. Adeoque dixit Poëta noster *misset*.

124 *Debit*] Quia ipsa etiam in numero amantium fuit, Scylla Phorci filia. Indignata autem Circe, quod illa mutuo Glauci amore teneretur, quæ Glaucum ipsi perditæ amabat, fontem, in quo lavare puella consueverat, noxiis herbis infecit. Cujus rei ignara Scylla, de more fontem ingressa, ubi advertit inferiorem sui corporis partem in caninos rictus esse mutatam, amissæ dolore formæ exhorrescens, se in vicinum mare præcipitem jecit; ubi in scopulum naufragiis infamem versa est. Quamquam vero hæc potissimum a Poëtis Scylla intelligitur, quæ in scopulum versa sit; illam tamen Ovidius cum Scylla, alia Nisi filia, quæ Minoi, a quo contemta est postea, patriam patremque, amore incensa prodidit, alicubi Naso confudit. Atque hinc melius cognoscitur quamobrem Me-

dea dicat, 'Debnit ingratis Scylla nocere viris;' quippe hæc, cum se a Minoë spretam vidisset, doloris impatientissima, non sine causa ingratis infensa existimetur.

125 *Quæque vomit*] Charybdis vorago intelligitur, quam dicit Sallustius univversa sorbere, eaque circum littus Tauromenitanum egerere. Ne quis vero miretur, quamobrem Scyllam Charybdimque Medea meminerit, sciendum est, quod illuc etiam Jason, immissa ab irato Jove, propter Absyrti necem, tempestate, delatus sit.

126 *Trinacriæ*] Siciliae, quæ sic a Græcis dicta propter figuram. Antea autem monuimus Scyllam et Charybdim in mari Siculo esse.

127 *Hæmonias*] Thessalicas; ab Hæmo monte, quo a Thracia dividitur, ita dictas.

128 *Lana*] Vellus aureum.

129 *Quid referam*] Aliud in Jasonem Medea commemorat beneficium; quæ Pelian ipsius filiarum manibus, pollicita se eum ad juvenilem ætatem reducturam, jugulavit.

*Pietate*] Patri enim juvenilem ætatem, non mortem afferre, arbitrabantur.

Ut culpent alii, tibi me laudare necesse est,  
 Pro quo sum toties esse coacta nocens.  
 Ausus es o, (justo desunt sua verba dolori,)  
 Ausus es, Æsonia, dicere, cede domo.  
 Jussa domo cessi, natis comitata duobus; 135  
 Et, qui me sequitur semper, amore tui.  
 Ut subito nostras Hymen cantatus ad aures  
 Venit, et accenso lampades igne micant,  
 Tibiaque effundit socialia carmina vobis,  
 At mihi funerea flebiliora tuba; 140  
 Pertimui; nec adhuc tantum scelus esse putabam:  
 Sed tamen in toto pectore frigus erat.  
 Turba ruunt; et, Hymen, clamant; Hymenæe, frequentant.  
 Quo propior vox est, hoc mihi pejus erat.

*Quamvis alii me vituperent, cogaris me probare, tu, cujus causa toties coacta sum esse noxia. Potuisti o, (verba sua destituunt justum dolorem) potuisti dicere, Amore te domo Æsonia. Coacta excessi domo, stipata filiis duobus; et amore tui, qui nunquam me derelinquit. Ut repente Hymen celebratus penetravit ad aures nostras; et faces fulgent igne excitato, et tibia vobis expromit carmina nuptialia, at mihi luctuosiora tuba lugubri; exterrita sum; nec arbitrabar adhuc tantum esse flagitium: sed tamen horror hærebat in toto pectore. Turba prorumpunt, et vociferantur, Hymen; Hymenæe, ingeminant. Quo hic sonus vicinior, eo mihi erat tristius.*



—130 Gu. 1. *Læsaque virg.* 4. *Scissaque.*—131 Sa. *aliæ pro vulg. alii.*—132 Heins. *mavult sim.* Franc. conj. *Pro quo sum toties facta nocente nocens.*—135 Burm. *mavult pulsa domo.*—139 *Effundit P.* Gu. 3. et sex Heins. *Ceteri effudit.*—140 *Et mihi funesta P.* *Funesta* etiam Gu. 3. et 4. cum Helm. Gu. 4. *flebil. lyra.*—141 *P. putabat:* Heins. *patebat.*—144 *P. et Go. vox hæc:* Gu. 1.

#### NOTÆ

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>130 <i>Cæsa</i>] Patrem vero illæ Medæ hortatu dissecuerunt.</p> <p>131 <i>Ut</i>] Quamvis.</p> <p>134 <i>Æsonia</i>] Patris mei Æsonis.</p> <p>137 <i>Cantatus</i>] Cantibus celebratus.</p> <p>138 <i>Lampades</i>] Faces; in nuptiis Jasonis et Crensæ adhibitæ.</p> <p>139 <i>Tibiaque</i>] Vel ex Terentii fabulis, tibia nuptiis adhiberi solitas esse, clarum est.</p> <p><i>Effundit</i>] Ad tibiam carmen nup-<br/> <i>Delph. et Var. Clas.</i></p> | <p>tiale cantabatur.</p> <p>140 <i>Funerea</i>] Funeribus admoveri solita.</p> <p>141 <i>Tantum</i>] Ut, me spreta, aliam uxorem duceres.</p> <p>142 <i>Frigus</i>] Timor, ex quo frigus.</p> <p>143 <i>Turba ruunt</i>] Pergit in describendis Jasonis cum Creusa nuptiis.</p> <p><i>Frequentant</i>] Ingeminant; iterum atque iterum, de more, invocant.</p> <p style="text-align: right;">O</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- Diversi flebant servi, lacrymasque tegebant. 145  
 Quis vellet tanti nuntius esse mali?  
 Me quoque, quicquid erat, potius nescire juvabat:  
 Sed tanquam scirem, mens mihi tristis erat.  
 Cum minor e pueris, jussus studioque videndi,  
 Constitit ad geminæ limina prima foris: 150  
 Hic mihi, Mater, abi; pompam pater, inquit, Iason  
 Ducet; et adjunctos aureus urget equos.  
 Protinus abscissa planxi mea pectora veste:  
 Tuta nec a digitis ora fuere meis.  
 Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ, 155  
 Sertaque compositis demere rapta comis.

*Servi disjecti lacrymabantur, et celabant lacrymas. Quis cuperet esse index tanti mali? Proderat me quoque ignorare potius, quicquid erat: sed animus meus mæstus erat, quasi cognovissem. Cum junior e pueris, missus, et desiderio inspicendi, substitit ad prima limina portæ duplicis: Hic mihi, Mater, excede, ait; pater Jason vehit pompam; et splendidus instat equis jugatis. Statim percussi mea pectora, amictu laniato: nec vultus fuerunt securi a meis unguibus. Mens impellebat ruere in agmina mediæ turbæ, et auferre corollas dereptas capillis comitis. Vix me re-*

cum duobus Heins. hæc vox.—145 *Divisi* vel *dispersi* malebat Franc.—148 *Mens mihi* Bas. et Helm. Vulgo *mens mea*.—149 Multi codd. *jussu*: quidam *visu*, *visu*, *lusu*, *missus*. Gr. *curso*.—150 Gu. I. *Astitit ad*, quod verum putat Heusing. Ha. *ad dominæ*.—151 *Hic* quatuor Heins. vulgo *Hinc*: unus V. *Qui mihi*.—152 *Ducet* P. et Ha. pro *ducet*. R. et tres al. *adductos equos*: duo *aura-*

## NOTE

- 144 *Hoc*] Tanto.  
 145 *Diversi*] Id est, hic, illic. Gall. *Les uns d'un côté, les autres d'un autre*. Ita et loquitur Sallustius alicubi in Jugurtha.  
*Servi*] Mei, scil. quod me desertam viderent.  
 147 *Nescire juvabat*] Omne enim quod est interea tempus, priusquam id rescitum, lucro est; ut habet Comicus.  
 148 *Sed tanquam*] Sic et Terentius in Heant. 'Nescio quid profecto mihi animus præsigit mali.'  
 149 *Pueris*] Mermerum et Phere-
- ten Jasonis et Medæ filios vocat Apollodorus.  
*Jussus*] A me, scil.  
*Studioque*] Pueri enim nova omnia videre cupiunt.  
 150 *Geminæ*] Gall. *à deux battans*.  
*Foris*] Genitivus singularis: in usu vero est tantum numerus pluralis.  
 151 *Pompam*] Apparatum nuptialem.  
 152 *Adjunctos*] Currui junctos.  
*Aureus*] Aureis vestibus ornatus.  
 155 *Agmina*] Multitudinem, quæ te sponsamque tuam comitabatur.  
 156 *Sertaque*] Coronas.

- Vix me continui, quin sic laniata capillos  
 Clamarem, Meus est, injiceremque manus.  
 Læse pater, gaude; Colchi gaudete relictis:  
 Inferias, umbræ fratris, habete mei. 160  
 Deseror (amissis regno, patriaque, domoque)  
 Conjuge; qui nobis omnia solus erat.  
 Serpentes igitur potui, taurosque furentes;  
 Unum non potui perdomuisse virum?  
 Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes, 165  
 Non valeo flammæ effugere ipsa meas?  
 Ipsi me cantus, herbæque, artesque, relinquunt?  
 Nil Dea, nil Hecates sacra potentis agunt?  
 Non mihi grata dies: noctes vigilantur amaræ:  
 Nec tener in misero pectore somnus adest. 170  
 Quæ me non possum, potui sopire draconem:  
 Utilior cuivis, quam mihi, cura mea est.

*pressi, quin sic scissa comam exclamarem, Meus est; et immitterem manus. Pater offense, latator: Colchi deserti, lætemini: umbræ fratris mei, habete Inferias. Regno, et patria, et domo perditis, destituor marito; qui unicus erat nobis omnia. Ergo mihi licuit vincere et angues et tauros sævos; non potui superasse unum virum? Et ego, quæ repressi ignes sævos expertis medicaminibus; ipsa non possum vitare ignes meos? Incantationes ipsæ, et herbæ, et artes destituunt me? Dea nihil præstat, sacra Proserpinæ potentis nihil præstant? Lux mihi displicet: noctes acerbæ pervigiles ducuntur; nec somnus nullis subit meum infelix pectus. Ego, quæ potui soporem inducere serpenti, mihi non possum. Ars mea est oppor-*



*tos.*—157 Heins. putat quin dilaniata.—165 Pepuli dno Med. et Sa. pro div. lect. item Helm. et Gu. 1. et 2. vulgo *repuli*. Excerpta P. et I. cum al. nonnullis *rapui*, tres *domui*.—170 P. cum multis castigatior. et Gu. 1. 2. 4. et

## NOTE

- |                                                                                                              |                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| Comis] Sponsæ tuæ, scil.                                                                                     | ciis erant gratissima.                                                                       |
| 157 Laniatu capillos] Meos, scil. Gall. <i>Qu'échevelée comme j'étois</i> .                                  | Fratris] Absyrti; de quo antea.                                                              |
| 158 Meus est] Jason, scil.                                                                                   | 161 Deseror] Quomodo plectatur enarrat.                                                      |
| Injiceremque manus] Ut meum assererem et vindicarem. De manu injectione jam aliquid vidimus supra in Oreste. | 163 Serpentes] Quam bene, et apposite in malorum suorum hæret contemplatione et exultatione! |
| 159 Gaude] Quia nunc gravissimas perfidiæ meæ pœnas luo.                                                     | 166 Flammæ] Amoris.                                                                          |
| 160 Inferias] Sunt inferiæ, sacra ad mortuorum placandos Manes: quæ ex inimicorum morte et suppli-           | 167 Cantus] Incantationes.                                                                   |
|                                                                                                              | Artesque] Magicæ, scilicet.                                                                  |
|                                                                                                              | 168 Dea] Diana; quæ et Proserpina, seu Hecate.                                               |

Quos ego servavi, pellex amplectitur artus :

Et nostri fructus illa laboris habet.

Forsitan et, stultæ dum te jactare maritæ 175

Quæris, et injustis auribus apta loqui,

In faciem, moresque meos, nova crimina fingas :

Rideat, et vitiis læta sit illa meis.

Rideat, et Tyrio jaceat sublimis in ostro :

Flebit; et ardores vincet adusta meos. 180

Dum ferrum flammæque aderunt, succusque veneni,

Hostis Medææ nullus inultus erit.

Quod si forte preces præcordia ferrea tangunt,

Nunc animis audi verba minora meis.

*tunior cuius, quam mihi. Adultera complectitur membra, quæ ego vindicavi: et illa gaudet præmiis nostri laboris. Forte etiam, dum studes te efferre apud imperitam conjugem, et proferre idonca auribus iniquis, comminisceris inaudita probra in vultu et mores meos: illa rideat, et gaudeat meis probris. Rideat, et superba incumbat purpuræ Tyriæ; ejulabit et cremata superabit meos astus. Dum ferrum et ignes suppetent, et humor veneni; nullus hostis Medææ erit impunitus. Quod si forsitan preces movent dura tua viscera; nunc ausculta voces inferiores meis cogi-*



Helm. teneram mis. p. s. habet: quinque tenero miseram pectore: duo scripti Nec tacitam misero pect. s. habet. Tres tacito miseram: unus A. Nec teneram misero p. s. alit: Gu. 3. Ne tacito misceret pectore sonus habet.—171 Duo libri Quæ me non potui, potui.—177 Fingus P. vulgo fingis: Gu. 1. finges.—179 Leid. niteat subl. Scr. sedeat.—180 Gu. 2. cum al. nonnullis sentiet usu meos. Voss. sunciet.—183 Francius volebat At si forte.—185 Tam et quam e Leid.

#### NOTÆ

172 Cura] In magica arte diligentia.

175 Jactare] Vous faire valoir.

176 Apta] Quæ placeant.

177 In faciem] Quod non sim pulchra.

Nova] Inaudita et maxima.

178 Lata] Puellarum more, quæ aliarum vitiis delectantur, quod inde minus gratas eas fore sciant suis amantibus.

Meis] Quæ mihi affingis.

179 Rideat] Concessio est per indignationem.

Tyrio] Landatissima fuit Tyria purpura, sive ostrum.

Sublimis] Magnifica et superba, in solio sedens.

180 Vincet] Magis ardebit. Quod postea perfecit, nunc Medea minitatur; quæ in regiam ignem, quo et Creusa cremata est, immisit.

181 Succusque veneni] Venenum.

183 Quod si] Jam ad preces convertitur; si forte Jasonem flectere queat.

Præcordia] Tua, scil. o Jason.

184 Minora] Quæ non respondeant superbiam et iram meam. Hinc summus magister Horatius lib. de Arte Poëtica; 'Sit Medea ferox, invictaque.'



Tam tibi sum supplex, quam tu mihi sæpe fuisti : 185  
 Nec moror ante tuos procubuisse pedes.  
 Si tibi sum vilis ; communes respice natos :  
 Sæviet in partus dira noverca meos.  
 Et nimium similes tibi sunt ; et imagine tangor ;  
 Et, quoties video, lumina nostra madent. 190  
 Per superos oro, per avitæ lumina flammæ,  
 Per meritum, et natos, pignora nostra, duos :  
 Redde torum ; pro quo tot res insana reliqui :  
 Adde fidem dictis, auxiliumque refer.  
 Non ego te imploro contra taurosque virosque, 195  
 Utque tua serpens victa quiescat ope.  
 Te peto, quem merui, quem nobis ipse dedisti ;  
 Cum quo sum pariter facta parente parens.

*tationibus. Tam sum tibi demissa, quam tu fuisti mihi sæpe : nec abnuo prostratum fuisse ante tuos pedes. Si sum tibi contemnenda ; intueri filios communes. Noverca crudelis rabiem exercebit in natos meos. Et sunt tibi prorsus similes : et moveor similitudine : et, quoties intueor, oculi nostri humescunt. Precor per Deos, per radios solis aviti, per beneficia et duos filios, pignora nostra : restitue lectum ; cujus gratia amens tot res deserui. Præbe fidem dictis tuis ; et opem præsta vicissim. Ego non te oro adversus boves et viros ; et ut Draco superatus opera tua sopiatur. Te posco, quem merui, quem ipse tradidisti nobis ; cum quo parente sum*



vulgo *Nam et quod : P. quam tu mihi.*—188 *P. noverca* : unde primo Heinscriptum putat *in parvas...manus.*—191 Unus R. item edd. Ven. Ald. 1. et Bersem. *numina flammæ.*—192 Al. *pignora redde.* Duo scripti *pign. cara.* Al. *tuos pro duos.*—194 *pactis pro dictis* Heins. malebat.—199 *Mor. quæras.* Gu.

## NOTE

188 *Partus*] Liberos nostros communes.

189 *Nimium*] Pro *valde* : eoque sensu etiam apud Terentium legitur.

*Imagine tangor*] *Moveor.* Non preces nudas, ut vides, Medea protulit : sunt enim quæ dicit amoris plena, et ad persuadendum maxime accommodata.

190 *Lumina*] Per radios, lucemque Solis avi mei.

*Madent*] Rigantur lacrymis.

192 *Meritum*] Meum, scil.

*Pignora*] Liberi sunt matrimonii et amoris pignora.

193 *Torum*] Quem mihi demis, Creusæ tradis. Id est, Matrimonium nostrum firma.

*Insana*] Amore demens.

194 *Adde fidem*] Præstando quod pollicitus es.

*Refer*] Sicut tibi auxilium tuli, parem gratiam referas.

196 *Quiescat*] Dormiat.

197 *Ipsæ*] Id est, Sponte tua ; ultro.

Dos ubi sit, quæris: campo numeravimus illo,  
 Qui tibi, laturo vellus, arandus erat. 200  
 Aureus ille aries, villo spectabilis aureo,  
 Dos mea: Quam, dicam si tibi, redde; neges.  
 Dos mea, tu sospes; dos est mea, Graia juvenus.  
 I nunc, Sisyphias, improbe, confer opes.  
 Quod vivis; quod habes nuptam socerumque potentem; 205  
 Hoc ipsum, ingratus quod potes esse, meum est.  
 Quos equidem actutum! sed quid prædicere pœnam  
 Attinet? ingentes parturit ira minas.  
 Quo feret ira, sequar. Facti fortasse pigebit:  
 Et piget infido consuluisse viro. 210  
 Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora versat.  
 Nescio quid certe mens mea majus agit.

*pariter facta parens. Petis, ubi sit dos: exhibuimus illo agro, qui erat findendus. tibi rapturo vellus aureum. Ille aries aureus insignis lana aurea est dos mea; quam, si dicam tibi, restitue, recuses. Dos mea, tu incolumis: juvenus Græca est dos mea. I nunc, pessime, compara divitias Sisyphius cum meis. Quod vita frueris; quod habes maritam, et socrum opibus præcellentem; hoc ipsum, quod licet esse ingrato, est meum. Quos equidem confestim! sed quorsum ante indicare supplicium? Ira concipit maximas minas. Faciam, quod ira suadet. Forte penitebit facinoris. Penitet etiam fuisse viro perfido. Deus istis consuluerit, qui nunc cor meum agitat. Profecto mens mea nescio quid majus movet.*

1. 2. 4. cum scriptis plerisque numeramus in illo. Quatuor Heins. et Gu. 4. a corr. numeremus in illo.—202 Ball. Dos mihi: quam dicam.—203 Ha. Dos mihi.—204 Heins. conj. His nunc. Fr. I nunc Hypseas, cum glossa, 'a matre Creusæ.'—207 Heins. vult, Quos quidem ego actutum.—211 P. Videris: quo admissio, Heins. corr. versas.—212 P. cum al. agit.

## NOTÆ

- 199 Numeravimus] Beneficia maxima a se accepisse Jasonem, dotis loco, indicat.  
 202 Neges] Nolis mihi dare.  
 203 Graia] A me tecum servata.  
 204 Sisyphius] Creontis, Sisyphi filii.  
 Confer] Cum meis compara.  
 205 Nuptam] Creusam.  
 207 Actutum] Subauditur puniam, vel aliquid ejusmodi. Simile est illud Virgilii, 'Quos ego....sed motos,' &c.  
 208 Parturit] Cogitat et emittere conatur.  
 209 Sequar] Faciam quod ira suadet.  
 Pigebit] Me scil. Ad terrorem incutiendum hæc sunt maxime idonea: sed et ad deterrendum locus est aptissimus.  
 211 Viderit] Gall. dicimus, Il en arrivera ce qu'il plaira à Dieu. At cum furore hæc sunt pronuntianda.  
 212 Majus] Maximum, et antea inauditum. Illa vero ex Jasonæ liberos

## NOTE

suos mactavit; regiam, ubi Creusa dorum Jasonis promissorum sponso-  
perit, venenis quibusdam accendit; rem, profugit. Qua de re plurima,  
deinde Thebas ad Herculem, servan- diversissima etiam Poëtæ.

## EPISTOLA XIII.

## LAODAMIA PROTESILAO.

## ARGUMENTUM.

PROTESILAUS, Iphicli filius, ad Trojam quadraginta navibus (ut ait Homerus) navigans, cum ceteris Græcis Aulide, portu Bœotiæ, ob tempestatem clausus est. Quod dum intellexisset Laodamia, Acasti ex Laodatheia filia, ejus uxor, sincere maritum amans, multis somniis perterrita, hanc epistolam ad eum scripsit: qua suadet, ut oraculi memor, a belli periculis abstineat. Datum enim Græcis fuerat responsum, eum, qui primus ex classe in terram Trojanorum descendisset, periturum. At Protesilaus magnanimus primus exscendit, et ab Hectore occisus est.

**M**ITTIT, et optat amans, quo mittitur, ire, salutem,  
Æmonis Æmonio Laodamia viro.  
Aulide te fama est vento retinente morari.  
Ah! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?

*Laodamia, Æmonis amans, mittit salutem marito Æmonio, et eam cupit pervenire, quo mittitur. Rumor est, te manere in Aulide, vento obstante. Ah! ubinam*

4 P. et octo al. *A me*: Heins. malebat *At me*.—5 Helm. *nostris obsistere*.—

## NOTE

2 *Æmonis*] Thessalica, ab Æmo pestate, donec ille filiam Iphigeniam immolaret, retenti sunt.

3 *Aulide*] Aulis, oppidum et portus Bœotiæ, ubi Dianæ ira, ob certam ab inscio Agamemnone interfec- tum, Græci Trojam navigaturi tem- 4 *Cum fugeres*] Istud ex desiderio dictum, et affectu: non enim fugit Protesilaus.

*Hic*] Qui te apud me retinuisset.

- Tum freta debuerant vestris obsistere remis : 5  
 Illud erat sævis utile tempus aquis.  
 Oscula plura viro, mandataque plura dedissem :  
 Et sunt quæ volui dicere plura tibi.  
 Raptus es hinc præceps ; et, qui tua vela vocaret,  
 Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat. 10  
 Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti.  
 Solvor ab amplexu, Protesilaë, tuo ;  
 Linguaque mandantis verba imperfecta relinquit :  
 Vix illud potuit dicere triste Vale.  
 Incubuit Boreas, arreptaque vela tetendit ; 15  
 Jamque meus longe Protesilaus erat.  
 Dum potui spectare virum, spectare iuvabat :  
 Sumque tuos oculos usque secuta meis.  
 Ut te non poteram, poteram tua vela videre :  
 Vela diu vultus detinuere meos. 20  
 At postquam nec te, nec vela fugacia vidi ;  
 Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat ;

*erat hic ventus, cum a me discederes? Tum maria debuerant adversus vestros remos niti. Illud tempus erat aptum aquis furentibus. Pluribus suavis et pluribus mandatis maritum cumulassem: et sunt plura quæ volui tibi dicere. Ablatus es hinc festinus; et ventus flabat qui cieret tua vela, quem nautæ expeterent, non ego. Ventus erat favens nautis, non amanti. Disjungor ab amplexu tuo, Protesilaë. Et lingua admonentis destituit voces incompletas. Vix potui proferre mæstum illud Vale. Aquilo irruit, et inflavit carbasa correpta. Jamque meus Protesilaus erat longe. Dum potui aspicere maritum, proderat aspicere: et sum prosecuta tuos oculos meis. Cum te non possem, poteram tua vela cernere: vela diu retinuerunt oculos meos. At postquam neque asperi te, neque vela fugientia; et nihil erat quod*



7 Apr. *plura meo*.—8 Gu. 1. 3. 4. cum al. *multa tibi*.—13 Multi scripti, in his Gu. omnes, *mandantis et reliquit*.—14 Gu. 1. *Vix istud*. Gu. omnes cum al. *potui*. Vulg. *potui*. Gr. *valui*.—15 P. Gu. 1. et al. *abreptaque*. Bas. *affataque*. Jun. D. et Pal. *ereptaque*.—19 Francius volebat, *poteram dum vela*

#### NOTÆ

- 6 *Utile*] Quia te mihi servasset.  
 7 *Mandataque*] Hortata esset amplius, ut sibi prospiceret, &c.  
 9 *Præceps*] Festinus.  
 10 *Non ego*] Quia vento secundo Protesilaos erat discedendum.  
 13 *Imperfecta*] Non potui, quæ dicere volebam, absolvere.  
 15 *Incubuit*] Constanter flavit.  
*Boreas*] Qui ventus ab axe spirans, primo, Protesilaos a Molossis, Thessaliæque ora occidentali, ad Aulidem Trojamque navigaturo, secundus fuit.  
 18 *Tuos oculos*] Id est, Cum tu oculos ad me converteres, ego etiam ad te assidue respiciebam.

Lux quoque tecum abiit; tenebris exsanguis obortis  
 Succiduo dicor procubuisse genu.  
 Vix socer Iphiclus, vix me grandævus Acastus, 25  
 Vix mater gelida mœsta refecit aqua.  
 Officium fecere pium; sed inutile nobis:  
 Indignor miseræ non licuisse mori.  
 Ut rediit animus, pariter rediere dolores;  
 Pectora legitimus casta momordit amor. 30  
 Nec mihi pectendos cura est præbere capillos:  
 Nec libet aurata corpora veste tegi.  
 Ut quas pampinea tetigisse Bicorniger hasta  
 Creditur, huc illuc, quo furor egit, eo.  
 Conveniunt matres Phylleides, et mihi clamant, 35  
 Indue regales, Laodamia, sinus.  
 Scilicet ipsa gram saturatas murice vestes;  
 Bella sub Iliacis mœnibus ille gerat?

*aspicerem, nisi mare; lumen quoque tecum excessit; caligine inducta perhibeor exsanguis cecidisse, genu vacillante. Vix socer Iphiclus, vix Acastus senex, vix mater tristis me restituit aqua frigida. Præstiterunt officium pium, sed nobis ineptum. Doleo non licuisse infelici obire. Postquam animus rediit, dolores pariter redierunt; amor pudicus cor castum constrinxit. Nec volo tradere comam ornandam: nec placet corpora velari amictu aurato. Incedo huc illuc, quo tulit impetus, ut quas Bicorniger existimatur percussisse hasta pampinea. Matronæ Phylleides confluent, et mihi clamant; Laodamia, sume vestes regias. Scilicet ipsa induam vestimenta bis tincta murice; ille bella moveat sub muris Trojanis? Ipsa orner*

*videre, Vela diu, &c.—23 Gu. 2. cum al. tenebrisque.—26 Mor. et tres al. membra refecit.—29 Ut rediit P. Gu. 2. 3. et septem Heins. Vulgo Utque animus rediit.—34 Gu. 1. et 3. cum al. qua furor.—35 Phylleides emend. Heins. ex P. qui Phylaides: vulgo Phylaceides. Gu. 2. Phylaceydos.—37 Bas. et Gr. pro div. lect. murice lanas. Burm. conj. lænas.—38 Gu. 1. 2. 4. geret: 3. ge-*

## NOTÆ

23 *Abiit*] Ex meis oculis, scil.  
*Tenebris*] Inducta ante oculos caligine. Quod iis solet accidere, qui animi patiuntur deliquium.  
 24 *Succiduo*] Debili, et ad cadendum pronò.  
*Dicor*] Nam ipsa, quid egerim, nescio.  
 25 *Grandævus*] Senex, pater meus.  
 26 *Mater*] Mea.  
 27 *Inutile*] Quia melius fuisset no-

ri, quam tantis de te curis vexari.  
 33 *Pampinea*] Thyrsus intelligit; quod fuit telum, seu gestamen, aut sceptrum Bacchi, vel hasta pampinis hederisque obducta, quo qui tacti essent, furore, pro quo etiam quandoque thyrsus sumitur, corripiebantur.  
*Bicorniger*] Bacchus est, cui cornua propter vini effectus Ποῦτæ affixerunt.  
 35 *Phylleides*] Thessalica; a Phyl-

Ipsa comas pectar; galea caput ille prematur?

Ipsa novas vestes; dura vir arma ferat? 40

Qua possum, squalore tuos imitata labores

Dicar; et hæc belli tempora tristis agam.

Dux Pari Priamide, damno formose tuorum,

Tam sis hostis iners, quam malus hospes eras.

Aut te Tænariæ faciem culpasse maritæ, 45

Aut illi vellem displicuisse tuam.

Tu, qui pro rapta nimium, Menelaë, laboras,

Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris!

Di, precor, a nobis omen removete sinistrum:

Et sua det reduci vir meus arma Jovi. 50

*capillos; ille urgeatur caput casside? Ipsa geram amictus splendoros; vir gerat arma aspera? Dicar imitata tuos labores sordibus, quantum quo: et mæsta ducam hæc belli spatia. Pavi, dux Priamide, speciose detrimento tuorum, tam sis hostis ignavus, quam eras hospes infidus. Vel cuperem te vituperasse vultus uxoris Tænariæ; vel tuos illi minus placuisse. Tu, Menelaë, qui es nimium anxius pro sublata, hei mihi, quantum eris vindex luctuosus multis! Dii, oro, avertite a nobis malum præsagium; et maritus meus suspendat arma sua Jovi reduci. Sed metuo; et quo-*

*rit.—39 Pectar alter Mor. et Gu. 1. vulgo pectam. Helm. et Gu. 3. et 4. cum al. premetur.—40 Gu. omnes arma feret: nonnulli gerat: Helm. geret.—41 Gu. 2. et 4. item Helmu. cum plerisque Quo possum.—42 Gu. 4. hoc belli, 3. cum Helm. hic belli.—43 Sa. et quidam alii Dyspari, pro Dux Pari. Gr. pro var. lect. formose virorum.—49 R. Pal. unus et D. omen revocate.—50 D.*

#### NOTÆ

10 Thessaliæ urbe. Alii habent *Phylacides*: quod minus Heinsio placuit; quia plerumque a Poëta, geminato l, producitur.

37 *Scilicet*] Responsio est Laodamiæ ad id, quod suadebant matronæ, ut vestes indueret pretiosas: dicitque illud non decere, quamdiu maritus suus periclitaretur.

*Murice*] Murex piscis est, cujus sanguine tinguntur lanæ. *Dibapham* vero vocabant purpuram bis tinctam, et murice saturatam, quæ erat pretiosissima.

38 *Iliacis*] Trojanis. Ilium enim Trojana est civitas, ab Ilo rege, a quo ampliata fuit, sic dicta.

*Ille*] Protesilaus.

39 *Comas pectar*] Elegans Græcismus: quanquam alii habent *pectam*.

41 *Qua possum*] Quantum possum. Alii habent *quo*, squalore scilicet.

*Squalore*] Sorde et corporis neglectu.

43 *Damno*] Nam illius causa Patria eversa est.

44 *Tam sis*] Ne Protesilaos meo noceas.

*Hospes*] Cum apud Menelaum esses, cujus perfidiose uxorem clam subduxisti.

45 *Tænariæ*] Helenæ; a Tænaro Laconicæ, unde ea orta est, promontorio.

*Culpasse*] Quod si fecisset, neque Helenam amasset; neque rapuisset; neque inde ortum bellum esset; ne-

Sed timeo; quotiesque subit miserabile bellum,  
 More nivis, lacrymæ, sole madentis, eunt.  
 Ilion et Tenedos, Simoisque, et Xanthus, et Ide,  
 Nomina sunt ipso pæne timenda sono.  
 Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset, 55  
 Hospes erat: vires noverat ille suas.  
 Venerat (ut fama est) multo spectabilis auro,  
 Quique suo Phrygias corpore ferret opes:  
 Classe virisque potens, per quæ fera bella geruntur:  
 Et sequitur regni pars quotaquæque sui? 60  
 His ego te victam, consors Ledæa gemellis,  
 Suspitor; hæc Danais posse nocere puto.

*ties in mentem venit bellum lamentabile, lacrymæ fluunt in modum nivis Sole liquescentis. Ilion et Tenedos, et Simois, et Xanthus, et Ide sunt nomina fere metuenda ipso sono. Nec hospes conatus esset Helenam abducere, nisi posset se tueri: ille cognoverat suas opes. Accesserat (ut fama fertur) insignis multo auro, et qui gestaret corpore suo divitias Phrygias. Potens classe, et viris, per quæ bella sæva administrantur: et quotacumque pars regni sui eum comitatur. Ego conjicio te, o conjuncta Ledæa geminis, superatam fuisse istis: arbitror hæc posse officere Græ-*

//////////

*Ut sua. Gu. 4. vir precor.—51 Libri vet. præter unum V. quoties subiit.—53 Vulg. Ida.—54 tremenda mallet Francius.—59 Idem nisi eam.—59 Heins. per quos.—60 Francius Quem sequitur. Vulgo quota quemque: P. pro div. lect. quotacumque: Sa. quotaquæque, vel quotaquamque.—61 Helm. His quoque.*

## NOTE

que Protesilaus abivisset.

48 *Multis flebilis*] Quia multi hac tua ultione peribunt.

49 *Omen*] Ominosum videbatur, quod multis flebilem Menelaum dixisset: non enim de nihilo, sed propter maritorum mortem feturas matronas Græcas intelligendum est: Adeoque addidit Laodamia, 'Di, precor,' &c.

50 *Det*] De more appendat, et sacra faciat.

*Reduci*] Reductori, Conservatori.

52 *Madentis*] Humescentis et liquescentis.

53 *Tenedos*] Insula in Trojæ conspectu.

*Simoisque et Xanthus*] Sunt agri Trojani rivuli.

*Ide*] Ide, seu Ida, mons Phrygiæ.

54 *Timenda*] Timidæ, scil. et delicatulæ puellæ; quæ sibi, extra domum attonita, omnia fingit aspera.

55 *Rapere*] Helenam, scilicet.

56 *Hospes*] Paris.

58 *Corpore*] Ex quo, illum qui vidisset tam magnifice ornatum, quam dives esset Phrygia, poterat judicare.

59 *Potens*] Supple, Paris venerat.

60 *Quotaquæque*] Id est, Minima sequitur. Unde conjicere licet, quantis sit Paris ille instructus viribus.

61 *His*] Magnifico Paradis ornatu, viribusque.

*Victam*] Ad illum amandum iuduc-tam.

*Consors*] Soror.

*Ledæa*] Leda matre orta.

Hectora nescio quem timeo. Paris Hectora dixit  
 Ferrea sanguinea bella movere manu.  
 Hectora, quisquis is est, si sum tibi cara, caveto : 65  
 Signatum memori pectore nomen habe.  
 Hunc ubi vitaris, alios vitare memento ;  
 Et multos illic Hectoras esse puta :  
 Et facito dicas, quoties pugnare parabis,  
 Parcere me jussit Laodamia sibi. 70  
 Si cadere Argolico fas est sub milite Trojam ;  
 Te quoque non ullum vulnus habente, cadat.  
 Pugnet, et adversos tendat Menelaus in hostes ;  
 Ut rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.  
 Irruat ; et causa quem vincit, vincat et armis : 75  
 Hostibus e mediis nupta petenda viro est.

*cis. Reformido nescio quem Hectorem. Paris dixit Hectorem gerere fera bella manu cruenta. Vitato Hectorem, quisquis is est, si sum tibi dilecta. Gere nomen illud notatum mente memori. Ubi effugeris hunc, cogites effugere alios : et crede multos Hectoras illic esse. Et cura ut dicas, quoties te instrues ad pugnam, Laodamia mihi imperavit sibi indulgere. Si fas est Trojam ruere sub milite Argolico ; ruat te quoque nulla plaga impedito. Menelaus certet, et eat in hostes oppositos ; ut auferat Paridi, quam Paris ante sibi abstulit. Irrumpat ; et superet armis, quem superat causa. Uxor petenda est viro e mediis hostibus. Causa tua*

Heins. vult *Ledæi* ; ut et initio Epistolæ Paridis.—65 Quidam *Hectora*, si quis is est. Item si sum tibi cura.—69 *Facito, dicas* Gr. Vulgo *ut dicas*. Scr. *bellare parabis*.—72 *L. Te quoque, sed nullum*. Francius conj. *Te roveo nullum ; vel te modo non ullum*.—74-75 Hi versus absunt a P. L. item Gu. 1. et 3. *Quem vicit Helm*.—76 *Hostibus, &c.* Post hunc versum in O. hæc legebantur :

## NOTE

*Gemellis*] Castori et Polluci ; qui gemini fuerunt, non eodem ovo, ut male annotaverunt, sed eodem partu editi.

62 *Hæc*] Vires et divitiæ.

*Danaïs*] Græcis ; a Danao Argivorum rege.

63 *Nescio quem*] Fortissimum intelligit ; atque hæc, ex puellæ ingenio, itemque decoro, timorem auget dubitatio

64 *Hectora*] Accusat. Græcorum more. Fuit vero Hector Priami filius.

66 *Nomen habe*] Ut semper ab illo cavcas.

68 *Hectoras*] Id est, Multos, a quibus caveas, viros fortissimos.

70 *Sibi*] Indicat se, ex amore, non nisi in Protesilao vivere.

71 *Argolico*] Græco ; ab Argo, quæ duplex fuit Græcorum civitas ; seu Argolide, eorum Provincia.

73 *Menelaus*] Cujus uxoris causa bellum inceptum.

74 *Ut rapiat*] Heinsius hunc versum cum sequenti a Puteaneo et Lovaniensi codice abesse testatur.

75 *Causa quem vincit*] Potior Menelai, cui rapta conjux, causa fuit, quam Paridis, qui illam rapuerat.



Causa tua est dispar : tu tantum vivere pugna,  
 Inque pios dominæ posse redire sinus.  
 Parcite, Dardanidæ, de tot (precor) hostibus uni ;  
 Ne meus ex illo corpore sanguis eat. 80  
 Non est, quem deceat nudo concurrere ferro,  
 Sævaque in oppositos pectora ferre viros.  
 Fortius ille potest multo, cum pugnat amore.  
 Bella gerant alii ; Protesilaus amet.  
 Nunc fateor ; volui revocare ; animusque ferebat ; 85  
 Substitit auspicii lingua timore mali.  
 Cum foribus velles ad Trojam exire paternis,  
 Pes tuus offenso limine signa dedit :  
 Ut vidi, ut gemui ; tacitoque in pectore dixi :  
 Signa reversuri sint, precor, ista viri. 90

*est dissimilis: tu certa tantum vivere, et posse reverti in pium gremium dominæ. Dardanidæ, ignoscite (quæso) uni de tot hostibus: ne meus sanguis fluat ex illo corpore. Non est, cui sit decorum confligere stricto gladio, et agere ferocia pectora in viros adversos. Ille potest generosius, cum certat multo amore. Alii bella moveant ; Protesilaus amet. Nunc agnosco ; volui te retrahere ; et mens suadebat ; lingua retenta est metu mali ominis. Cum velles excedere limine paterno ad Trojam, pes tuus omnia fecit limine percusso. Ut aspexi, ingemui ; et dixi in pectore secreto : Oro ista sint indicia mariti redituri. Nunc hæc tibi narro, ne sis audax*



*Hostis et invadat thalamos Helenamque reducat, Ictibus adversis poscat sua munera fortis. In alio Mor. Ictibus adversis poscat sua munera fortis, Hostibus e mediis nupta petenda viro est.—77 Heins. Causa tuæ dispar.—82 Gu. 4. Duraque in.—83 Cum pugnat e conj. Heins. Vulgo qui pugn. Gu. 3. quam pugnat. P. quam pugnat amare.—85 Al. Hunc fat. contra scriptos.—86 Quinque libri Sed stetit auspiciis. l. retenta malis.—89 Ut gemui Heins. emendavit : vulgo ingemui : sex scripti gemui : Gu. 2. cum uno Pat. Et vidi, et gemui.—90 Unns Pal. recursuri*

## NOTÆ

77 *Dispar*] Nam domi uxorem tuam habes : unde non tibi pugnandum, ut illam habeas ; sed ut vivas.

*Pugna*] Prorsus Protesilao adversus seipsum pugnare opus fuisset, ne tam acriter in hostes, animi primo impetu victus, irrueret.

79 *Dardanidæ*] Trojanos, non sine maximo affectu, tanquam præsentibus essent, compellat. Illos vero a Dardano suo rege eo nomine appellatos antea diximus.

80 *Illo*] Mariti mei Protesilai, in quo ego vivo.

81 *Non est*] Supple, Maritus meus.

83 *Fortius*] Snum dicit Protesilaum melius Cupidinis, quam Martis castra sequi: quod quidem ex Laodamiæ votis intelligendum ; quæ illum ab hostibus Trojanis in hostium numero non cupit recenseri.

85 *Nunc fateor*] Quod antea non sum ausa dicere, ne male ominari viderer, illud jam moneo.

Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis ;

Fac meus in ventos hic timor omnis eat.

Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,

Qui primus Danaum Troada tangat humum.

Infelix, quæ prima virum lugebit ademtum !

95

Di faciant, ne tu strenuus esse velis !

Inter mille rates tua sit millesima puppis,

Jamque fatigatas ultima verset aquas.

Hoc quoque præmoneo ; de nave novissimus exi :

Non est, quo properes, terra paterna tibi.

100

Cum venies, remoque move veloque carinam,

Inque tuo celerem littore siste gradum.

Sive latet Phœbus, seu terris altior extat,

Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte, venis.

*in armis: fac hic omnis metus vanescat in auris. Sors etiam destinat, nescio quem, morti injustæ, qui primus Danaum attingat solum Trojanum. Misera, quæ prima flebit maritum sublatum! Dii præstent, ne tu velis esse generosus! Inter mille naves tua sit navis millesima, et postrema eruat undas lassus. Hoc quoque ante hortor; prodito ultimus e nave. Solum non est tibi patrium, quo festines. Cum revertaris, impelle navem remo et velo; et fuge pedem velocem in tuo littore. Sive Sol absconditur, seu sublimior terris eminet; tu mihi occurris dolor de die, tu*

*sint.*—92 Exc. Voss. Irritus in v. fac tim. o. e.—111 Tres Heins. Excitor e

## NOTE

*Revocare*] Impedire, ne ad bellum Trojanum ires.

*Ferebat*] Cupiebat.

86 *Timore*] Timens ne male omninari videret: quod jam dixi.

90 *Signa*] Auguria, Omnia, Præ-sagia.

*Reversuri*] Malum erat omen ita cæspitasse; quod satis indicavit: at ne quidem vult illud effari.

91 *Animosus*] Audax, qui in omne discrimen irruas.

92 *In ventos*] De nihilo me invaserit; vanusque sit.

93 *Nescio quem*] Fuit ille ipse Protesilaus.

*Fato*] Morti.

94 *Troada*] Troas vocatur regio

Trojana: ex qua patronymicum masculinum *Tros, Trois*; et fœminin. *Troas, Troadis*.

96 *Ne tu strenuus*] Id est, Ne tu primus pereas: sed vocibus abstinet ominosis.

97 *Millesima*] Ultima, quæ terram attingat.

98 *Fatigatus*] Aliorum remis agitata.

100 *Terra paterna*] Ubi ab amicis excipiaris, sed inimica.

101 *Venies*] Revertaris in Patriam.

*Remo*] Ocyssime redi.  
*Carinam*] Navem. Pars posita est pro toto; est enim carina navis pars ima.

103 *Phæbus*] Sive Sol. Dicit se

- Nocte tamen, quam luce, magis : nox grata puellis ; 105  
 Quarum suppositus colla lacertus habet.  
 Aucupor in lecto mendaces cœlibe somnos :  
 Dum careo veris, gaudia falsa juvant.  
 Sed tua cur nobis pallens occurrit imago ?  
 Cur venit a verbis multa querela tuis ? 110  
 Excitior somno ; simulacraque noctis adoro,  
 Nulla caret fumo Thessalis ara meo.  
 Thura damus, lacrymamque super ; qua sparsa relucet,  
 Ut solet affuso surgere flamma mero.  
 Quando ego, te reducem cupidis amplexa lacertis, 115  
 Languida lætitia solvar ab ipsa mea ?  
 Quando erit, ut lecto mecum bene junctus in uno  
 Militiæ referas splendida facta tuæ ?  
 Quæ mihi dum referes ; quamvis audire juvabit ;  
 Multa tamen capies oscula, multa dabis. 120

*mihî dolor de nocte. De nocte tamen magis quam de die. Nox suavis puellis, quarum cervicem brachium subjectum amplectitur. Capto somnos fallaces in lecto viduo. Gaudia ficta prosunt, dum destitutor veris. Sed quamobrem tua species nobis sistitur pallida? Quamobrem multa querimonia oritur ex verbis tuis? Somno excitior; et veneror imagines noctis. Nullum altare Thessalicum destituitur fumo meo. Exhibemus thura et lacrymas super ea; quibus irrigata flamma micat, ut solet erumpere vino instillato. Quando ego, complexa te reducem ubi avidis, deliquium patiar ipsa deficiens meo gaudio? Quando erit, ut bene mecum compositus in uno toro narres strenua facta militiæ tuæ? Quæ dum mihi narrabis; quamvis*

somno.—113 *Lacrymamque* codd. Scalig. Gu. 1. 3. 4. et Helm. pro *lacrymasque*. *Qua sparsa relucet* e conj. Heins. atque ita Gu. 3. et Helm. vulgo *quæ sp. relucet*, quomodo Gu. 1. sed vett. plerique *quæ sparsa relucet*. Cod. Scalig. *qui ora relucet*; unde Dan. Heins. conj. *quæ ara rel.* P. *quæ ara relucet*, et a corr. *quis ara*.—114 *Exc.* Douzæ cum multis edd. et ser. *a fuso*: Gu. 1. et 2. *afuso*: 3. cum Helm. *effuso*.—116 *Fr. Gr.* et septem al. *tristitia solvar*.—119 *Gu. 1.*

## NOTE

- din noctaque de Protesilao anxiam esse. bras, quæ in somnis tuam imaginem mihi repræsentant.
- 105 *Grata*] Adeoque ingrata, cum maritus abest. 112 *Fumo*] Id est, Sacrificio.
- 106 *Lacertus*] Mariti, scilicet. 113 *Damus*] Focis injicimus.
- 107 *Aucupor*] Studeo læta de te somniare. *Qua*] In aliis est, *quæ sparsa relucet*: sic vero referendum ad thura, non ad flammam.
- Cœlibe*] Viro destituto. 115 *Quando*] Affectum auget interrogatio, cum exclamatione.
- 111 *Excitior*] Subito excitior. Gall. *Je m'éveille en sursaut*. 116 *Solvar*] Nimio gaudio etiam animi deliquium patimur.
- Simulacraque noctis*] Nocturnas um-

Semper in his apte narrantia verba resistunt :

Promptior est dulci lingua retenta mora.

Sed cum Troja subit, subeunt ventique fretumque;

Spes bona sollicito victa timore cadit.

Hoc quoque, quod venti prohibent exire carinas, 125

Me movet: invitis ire paratis aquis.

Quis velit in patriam vento prohibente reverti ?

A patria pelago vela vetante datis.

Ipsam suam non præbet iter Neptunus ad urbem.

Quo ruitis? vestras quisque redite domos. 130

Quo ruitis, Danaï? ventos audite vetantes:

Non subiti casus, numinis ista mora est.

Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello ?

Dum licet, Inachiaë vertite vela rates.

Sed quid ego revoco hæc? omen revocantis abesto, 135

Blandaque compositas aura secundet aquas.

*gratum erit auscultare; tamen multa sumes oscula, offeres multa. Voces, quæ aliquid referunt, semper commode in his hærent. Lingua est paratior narrare suavi mora. Sed cum Troja occurrit, occurrunt etiam venti et mare; spes bona superata metu anxio dilabitur. Hoc quoque me percillit, quod anræ obstant, ne naves discedant: institutis discedere aquis renitentibus. Quis cupiat redire in patriam vento obstante? Panditis vela a patria mari prohibente. Neptunus ipse non dat riam ad urbem suam. Quo prorumpitis? Quisque repetite vestras domos. Quo prorumpitis, Danaï? auscultate auris prohibentibus. Ista retardatio est Dei, non casus repentini. Quid quæritur tanto bello, nisi infamis adultera? Naves Inachiaë, flectite carbasas, dum datur. Sed quid ego hæc repeto? Augurium repe-*

*referas: 2. Dumque mihi referas. P. a manu pr. juvant; unde Heins. conj. juvarit.—120 Vulgo rapies osc.—121 Al. narrantis, quomodo Gu. 4. narranti Mor.—122 Lingua ritenta tres Heins. Gu. 4. et margo Mycilli: vulgo lingua referre. Francius malebat refecta mora.—129-132 Hi versus in Helm, hoc ordine collocantur: 131. 130. 129. 132.—131 Sa. et Helm. audite sonantes; quatuor tonantes.—135 Nonnulli revoco hæc. I. et Gu. 1. Sed quid ago reto-*

#### NOTE

- |                                                                                      |                                                                                                                       |
|--------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 121 <i>In his]</i> Osculis.                                                          | 129 <i>Suam]</i> Quia, cum Apolline, Trojæ mœnia ædificaverat.                                                        |
| <i>Apte]</i> Cum iucunditate et voluptate.                                           | 131 <i>Quo ruitis]</i> Vim habet maximam et affectum hæc iteratio. Tantum non inconsideratos et insanos vocat Danaos. |
| <i>Resistunt]</i> Abrumpuntur.                                                       | 132 <i>Numinis]</i> Neptuni Dei; cui non possitis resistere.                                                          |
| 122 <i>Promptior]</i> Paratior.                                                      | 134 <i>Inachiaë]</i> Argivæ, seu Græcæ; a prisco Argivorum rege Inacho.                                               |
| <i>Dulci]</i> Quam fecerunt oscula.                                                  |                                                                                                                       |
| 123 <i>Subit]</i> In mentem recurrit. Sic Gall. dicimus: <i>Mais quand je songe.</i> |                                                                                                                       |
| 125 <i>Prohibent]</i> Illud supra vidimus.                                           |                                                                                                                       |

Troasin invideo : quæ si lacrymosa suorum

Funera conspicient, nec procul hostis erit ;

Ipsa suis manibus forti nova nupta marito

Imponet galeam, barbaraque arma dabit.

140

Arma dabit : dumque arma dabit, simul oscula sumet,

(Hoc genus officii dulce duobus erit.)

Producetque virum; dabit et mandata reverti :

Et dicet : Referas ista, face, arma Jovi.

*tentis abesto, et lenis aura faveat aquis quietis. Æmulo Trojanis: quæ si intuebuntur flebiles cæles suorum, nec hostis erit longe; nova nupta ipsa aptabit cassidem manibus suis strenuo marito, et exhibebit arma barbaraque. Exhibebit arma: et dum arma exhibebit, simul capiet oscula, (hoc genus officii erit suave ambobus.) Et detinebit maritum, et admonebit redire: et dicet, Vide ut reportes ista arma Jovi.*

*cans? quod amplectitur Heusing. Gu. 2. Sed quid ego hæc revoco: 3. Si quid ego revoco: 4. Sed quid ego revoco hic: deinde quidam, Sed quid ego revoco? lævum procul omen abesto: al. Sed quid ego revocans? revocantis nomen abesto: P. a manu sec. Sed quid ego revoco? revocantis et omen abesto: Helm. Sed quæ hæc revoco, dictis his omen abesto: Heins. conj. Sed quid ego hos revoco? revocaminis omen abesto, vel revocantibus; quia unus Med. revocantibus omen abesto. —137 Troasin emend. Salmas. e vestigiis P. qui habet Tros invideo: vulgo perperam Trouades. Gu. omnes et Helm. quæ sic.—143 Educetque est in*

## NOTÆ

*Vertite vela*] Adeoque in patriam revertimini.

135 *Sed quid ego*] Mire hic variant libri veteres, quorum nonnulli, *Sed quid ago revocans? revocantis nomen abesto.* Longum esset omnia referre. Heinsius putat scribendum, *Sed quid ego hos revoco? revocaminis omen abesto.* Sensus vero apertissimus est. Malum omen ex voto et revocatione sua Laodamia metuens, correptione utitur; conceditque, ut Græci ad Trojam ire pergant.

136 *Secundet*] Navigationi vestræ faventes efficiat.

137 *Troasin*] Troas invideo habebat Puteanus: unde Salmasius, τῶν in geminato, feliciter, teste Gronovio *Troasin invideo*, tertio casu Græco plurali, reponebat. Quod ut approbet Heinsius, quædam ex Propertio similia loca citat. Nihil vero adversus tantos viros ausim proferre:

*Delph. et Var. Clas.*

quanquam hanc fateor correctionem mihi non arridere. Accusativus equidem solus vulgo cum verbo *invideo* non ita construitur; at nolim ideo affirmare Ovidium non ita scripsisse.

138 *Funera*] Cædes.

*Nec procul*] Unde sequitur, quod suos maritos sæpe videbunt uxores Trojanæ: nam istud intelligendum; ne beneficii loco, quod pessimum est, arripuisse Laodamia videatur.

140 *Barbaraque*] Epitheton vagum. Arma intellige simpliciter: quamvis barbaraque vocavit, quia barbarorum Trojanorum.

*Arma dabit*] Repetit, quod Trojanis mulieribus invidet, quasi arma ab uxore tradita vim majorem habeant: quod forte suo modo verum est.

143 *Producetque*] Retardabit: ne tam cito in pericula veniat.

144 *Face*] Fac. Imperativus antiquorum more.

*Ovid.*

P

- Ille, ferens dominæ mandata recentia secum, 145  
 Pugnabit caute, respicietque domum.  
 Exuet hæc reduci clypeum, galeamque resolvet,  
 Excipietque suo pectora lassa sinu.  
 Nos sumus incertæ: nos anxius omnia cogit,  
 Quæ possunt fieri, facta putare timor. 150  
 Dum tamen arma geres diverso miles in orbe,  
 Quæ referat vultus est mihi cera tuos.  
 Illi blanditias, illi tibi debita verba  
 Dicimus; amplexus accipit illa meos.  
 Crede mihi, plus est, quam quod videatur, imago: 155  
 Adde sonum ceræ; Protesilaus erit.  
 Hanc specto, teneoque sinu, pro conjuge vero;  
 Et tanquam possit verba referre, queror.  
 Per reditus, corpusque tuum, mea numina, juro;  
 Perque pares animi conjugiique faces: 160  
 Perque, quod ut videam canis albere capillis,  
 Quod tecum possis ipse referre, caput:

*Ille secum portans jussa nova Dominæ, certabit proride, et oculos convertet ad domum. Hæc detruhet scutum reduci, et casside levabit, et recipiet pectora defessa gremio suo. Nos sumus dubiæ: metus sollicitus subigit credere acta omnia, quæ possunt evenire. Dum tamen arma tractabis miles in terris remotis, est mihi cera, quæ exhibeat faciem tuam. Loquimur illi blanditias, loquimur illi verba tibi debita; illa fruitur meis amplexibus. Fidem mihi habeto; plus est effigies, quam quod videatur. Adjice vocem imaginis; erit Protesilaus. Hanc intueor, et teneo gremio pro vero marito; et conqueror, quasi possit voces reddere. Juro per regressus, et corpus tuum, mea numina; et per faces simul animi et conjugii; et per caput, quod ipse possis tecum reportare, ut videam canere alba coma; me accessuram*

Editione prima.—147 *Hæc reduci* P. vulgo *et red.* Multi Codd. et Edd. *guleam, clypeumque.*—148 *Pectora* quatuor Heins. vulgo *corpora.*—151 Gu. 2. et Helm. cum al. *geris*: Gu. 1. et 3. cum al. *geras.*—154 Helm. *illa tuos.*—155 Heins. putat *quam quo videatur*: scil. *quo pro ut.*—157 Francius malebat *Hunc specto.*—158 Heins. mavult rescribi *Huic, tanquam possit verba referre, queror.*—161 Excerpta Gallicana: *Perque quod videam*; unde Heins. conj. *Perque quod o videam.*—162 Voss. *Ut tecum.* Heins. conj. *O*

## NOTÆ

- 149 *Nos*] Mulieres Græcæ, quæ go ficta erat.  
 tam longe a maritis dissitæ sumus. 155 *Plus est*] Ex maximo erga  
*Incertæ*] Quid agant, scil. mariti Protesilaum amore, dicit, se majori  
 nostri; quid sperandum sit, &c. in ejus deosculanda imagine, voluptate  
 151 *Diverso*] In terris longe remotate frui, quam cuiquam videretur.  
 tis: in Asia, ubi Troja fuit. 156 *Sonum*] Vocem.  
 152 *Cera*] Ex qua Protesilai ima- 158 *Queror*] Apud illam imaginem,

Me tibi venturam comitem, quocumque vocaris:

Sive, (quod heu timeo!) sive superstes eris.

Ultima mandato claudetur epistola parvo:

165

Si tibi cura mei, sit tibi cura tui.

*tibi comitem, quocumque jusseris: sive (quod heu metuo!) sive eris superstes. Infima litera finiatur parvo monito: Curam geras tui, si me amas.*

*tecum, vel, Huc.—165 Gu. 4. claudatur.—166 Si R. unus et unus Med. vulgo Sit tibi c. m. sit tibi c. tui. P. utroque loco si pro sit. Gu. 1. et 4. Sit tibi c. m. sit mihi c. tui.*

## NOTE

scil. tanquam mihi respondere posset.

163 *Venturam*] Etiam morituram;

160 *Pares animi*] Quæ me tibi pariter animo et corpore conjunxerunt.

si ipse moriaris.

161 *Albere*] Senescere. Metonymia est.

164 *Quod heu timeo*] Id est, Sive interficiaris. Cavit autem vocibus uti ominosis.

---



---

## EPISTOLA XIV.

### HYPERMNESTRA LYNCEO.

#### ARGUMENTUM.

DANAUS, Beli prisci filius, ex pluribus conjugibus quinquaginta filias suscipit: quas, cum Ægyptus ejus frater, cui totidem erant filii, rogasset sibi nurus; Danaus, oraculi responso comperto, se manibus generi moriturum, volens periculum evitare, conscensis navibus Argos venit. Indignatur Ægyptus, quod spretus esset, filiosque cum exercitu ad illum oppugnandum mittit, hac lege, ut non nisi interempto Danao ad se redirent, aut filiarum connubia inissent. Ille autem obsidione coactus, filias se daturum spondit. Sed puellæ, accepto a patre gladio, ut jussum erat, prima nocte, cum vino lætitiæque calentes juvenes arctissimo somno essent sopiti, unaquæque suum jugulavit, Hypermnestra excepta, quæ Lino, quem Eusebius Lynceum appellat, marito suo pepercit, suasitque, ut ad patrem

Ægyptum, detecto facinore, quam primum fugeret. Sed cum pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexisset, præterquam ab Hypermnestra, eam crudelissime vinctam in carcerem compegit. Quare maritum hac epistola rogat, ut vel opem ferat, vel, si mori contingat, sepulturæ honore non careat. Sed a Lino tandem, Danao trucidato, fuit liberata.

**M**ITTIT Hypermnestra de tot modo fratribus uni ;  
 Cetera nuptarum crimine turba jacet.  
 Clausa domo teneor, gravibusque coërcita vinclis.  
 Est mihi supplicii causa, fuisse piam.  
 Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum, 5  
 Sum rea : laudarer, si scelus ausa forem.  
 Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti.  
 Non piget immunes cædis habere manus.  
 Me pater igne licet, quem non violavimus, urat ;  
 Quæque aderant sacris, tendat in ora faces ; 10  
 Aut illo jugulet, quem non bene tradidit, ense ;  
 Ut qua non cecidit vir nece, nupta cadam :  
 Non tamen, ut dicant morientia, Pœnitet, ora,  
 Efficiet : non es, quam piget esse piam.

*Hypermnestra scribit uni de tot modo fratribus : ceteri perierunt fugitio uxorum. Detineor domo conclusa, et constricta ponderosis catenis. Est mihi causa pœnæ, fuisse piam. Arguor, quod dextra verita est exigere ense per fauces tuas : celebrarer, si audax fuisset ad fugitium. Satius est ream argui, quam sic gratam fuisse patri. Non pœnitet habere manus insontes homicidii. Quamvis pater me incendat igne, quem non temeravimus ; et immittat in faciem tadas, quæ aderant sacris ; aut mactet gladio, quem male exhibuit ; quamvis ea morte occumbam, qua maritus non occubuit ; non tamen adiget, ut ora occumbentia proferant, Pœnitet :*

3 Chartac. Heins. *domi*.—5 Scripti *dimittere*.—12 Al. *nupta cadat*.—13 Francius volebat *ut dicam morienti, pœnitet, ore*.—14 *Non es e conj.* Heins.

## NOTE

1 *Mittit*] Epistolam, scil.  
*Fratribus*] Patruelibus Hypermnestræ.

2 *Turba*] Fratres tui, a sororibus meis interfecti.

4 *Piam*] Erga te, quem servavi.

5 *Jugulo*] Tuo, scil. quia nolui te interficere.

6 *Si scelus*] Si te perfidiose mactassem, a patre laudarer.

9 *Quem*] Facium nuptialium ignem intellige ; quem, quia matrimonii fidem, interfecto marito, non læserat Hypermnestra, se non violasse dicit.

10 *Sacris*] Nuptialibus, scil.

*Tendat*] In ora immittat.

11 *Non bene*] Quandoquidem ad interficiendum maritum dederat.

13 *Ora*] Mea, scil. Non faciet pater meus, ut, quod te non mactave-



Pœniteat sceleris Danaum, sævasque sorores. 15  
 Hic solet eventus facta nefanda sequi.  
 Cor pavet admonitu temeratae sanguine noctis;  
 Et subitus dextræ præpedit orsa tremor.  
 Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti,  
 Scribere de facta non sibi cæde timet. 20  
 Sed tamen experiar. Modo facta crepuscula terris;  
 Ultima pars lucis, primaque noctis erat:  
 Ducimur Inachides magni sub tecta Tyranni;  
 Et socer armatas accipit æde nurus.

*non sum, quam pigeat esse piam. Pigeat Danaum et sorores crudeles flagitii. Hic eventus solet comitari facta facinorosa. Cor trepidat recordatione noctis pollutæ cruore; et repentinus horror occupat ossa dextræ. Quam tu credas potuisse perpetrare cædem mariti, metuit scribere de cæde a se non patrata. Sed tamen tentabo. Modo crepuscula adveniant terris; erat pars novissima diei, erat et prima noctis: Inachides deducimur domum magni Pelasgi; et socer in tecta ad-*



Vulgo est. Sex scripti *Non sum*. Leid. *cui piget*.—17 Jun. *Mens fugit attonitu tem*.—18 *Quatuor dextræ concutit*. Codd. *Nanger. orsa. Ceteri ossa*. Gu. 4. et Helm. *ossa timor*.—19 *P. marito*, unde Heins. conj. *marita*.—22 *P. Gu. 3. et sex Heins. Ult. pars noctis, primaque lucis erat*.—23 *Tyranni R. et quatuor al.*

## NOTE

rim, me pœnitere profitear.

14 *Non es*] Alii *Non sum*. Heinsius legebat *non es*, ut sese alloquatur Hypermnestra.

15 *Pœniteat*] Propter mactatos Lyncei fratres.

16 *Hic eventus*] Pœnitere, scil.

17 *Admonitu*] Id est, Quando meminim, seu recordor: recordatione: cum mentem subit cogitatio.

*Temerata*] Pollutæ, maculatæ, fædatæ, infectæ.

18 *Dextræ*] Qua, nuper mactando tibi, nunc scribo.

19 *Quam*] Dextram, scil.

*Tu putes*] Pro Aliquis pntet.

*Mariti*] Alii habent *marita*.

20 *Non sibi*] Non a se.

21 *Experiar*] Conabor tibi, quo pacto fratrum peracta sit cædes, perscribere.

*Modo facta*] Optime totius facti

seriem, a tempore facto initio, narrare occipit.

*Crepuscula*] Quid sit crepusculum sequenti versu dicit: sed aliud est etiam matutinum.

22 *Ultima*] Heinsius quosdam secutus codices legit, *Ultima pars noctis, primaque lucis erat*. Sed vulgata lectio potior videtur; quippe quæ ad ritus matrimoniales servandos est magis accommodata: nam sub noctem sponsa domum sponsi deducebatur.

23 *Inachides*] Inachi proneptes. Ille enim Io genuit, quæ ex Jove Epaphum; Epaphus Belum, ex quo, ut in argumento vidimus, Ægyptus, Danausque quinquaginta puellarum pater, orti sunt.

*Tyranni*] Qui Argis regnaverat.

24 *Armatas*] Pugionibus a patre datis instructas.

- Undique collucent præcinctæ lampades auro : 25  
 Dantur in invitos impia thura focos.  
 Vulgus, Hymen, Hymenæe, vocant : fugit ille vocantes.  
 Ipsa Jovis conjux cessit ab urbe sua.  
 Ecce mero dubii, comitum clamore frequentes,  
 Flore novo madidas impediante comas, 30  
 In thalamos læti, thalamos, sua busta, feruntur ;  
 Strataque corporibus, funere digna, premunt.  
 Jamque, cibo, vinoque graves, somnoque, jacebant ;  
 Securumque quies alta per Argos erat.  
 Circum me gemitus morientum audire videbar ; 35  
 Et tamen audibam, quodque verebar, erat.

*mittit nurus armis instructas. Lucernæ auro decoratæ fulgent undique. Thura impia mittuntur in aras illa respuentes. Vulgus invocant Hymen, Hymenæe : ille fugit invocantes. Ipsa Jovis uxor discessit ab urbe sua. Ecce vino labantes, celebrati circumfusorum comitum vociferatione, flore recenti capillos unctos redimiente, festivi eunt in cubicula, cubicula suos rogos ; et corporibus incumbunt lectis dignis funere. Jamque pressi cibo et vino et somno jacebant ; et profundus sopor habebat Argos quietum. Videbar audire circum me gemitus morientium : et tamen*

Vulgo *Pclasgi*.—24 *Æde* unus A. Vulgo *ipse* vel *ille*. Exc. I. *inde*.—26 Barb. *in antiquos*.—27 *Hymenæe* P. a manu pr. Vulgo *perperam Hymenæe*.—29 Unus Heins. *comiti*. Gr. *clamore frementes* : Vlitins conj. *frequenti* : Burm. *sequente*, vel *fremente*.—31 Gu. 4. *læti juvenes sua*.—32 Unus Mor. *funera*. Bas. *funeribus corpore digna*.—36 *Audibam* P. et Helm. Vulgo *audieram*. Gu. 2. cum

## NOTE

- 25 *Præcinctæ*] Auro ornatae et circumdatae.  
 26 *Invitos*] Diis enim feralia connumbia, nec sacrificia placere poterant. Foci pro Diis positi.  
*Impia*] Quæ ab impiis offeruntur.  
 27 *Fugit*] Non enim vult lætus nuptiarum Deus infaustis connumbiis adesse.  
 28 *Jovis conjux*] Juno Juga promnabaque, quæ connumbiis adesse solet.  
*Cessit*] Ne improbum conjugium videret.  
*Sua*] Illi enim sacrum Argos, ubi præcipue colebatur.  
 29 *Dubii*] Sponsos intelligit vino captos, et titubantes.  
*Frequentes*] Comitibus lætis et strepentibus stipati.  
 30 *Madidas*] Unguentis delibutas. Gall. *Parfumez*.  
 31 *Thalamos, busta*] Appositio. Thalami *busta* seu *sepulcra* eorum dicuntur, quod ibi essent illi jugulandi.  
*Feruntur*] Eunt.  
 32 *Strata premunt*] Jacent in lectis, vestimentis linteisque stratis.  
*Funere digna*] Dicit lectos funeribus magis quam nuptiis convenire.  
 33 *Graves*] Gravati et oppressi.  
 34 *Quies alta*] Omnibus profundo somno sopitis.  
 35 *Morientum*] Fratrum tuorum, scil.  
 36 *Tamen*] Pro Omnino : sed nota vim occultam istius voculæ ; qua effi-

Sanguis abit; mentemque calor, corpusque, relinquit:

Inque novo jacui frigida facta toro.

Ut leni Zephyro fragiles vibrantur aristæ;

Frigida populeas ut quatit aura comas;

40

Aut sic, aut etiam tremui magis. Ipse jacebas,

Quæque tibi dederant vina, soporis erant.

Excussere metum violenti jussa parentis:

Erigor; et capio tela tremente manu.

Non ego falsa loquar: ter acutum sustulit ensem,

45

Ter male sublato recidit ense manus.

[Admovi jugulo; sine me tibi vera fateri;

Admovi jugulo tela paterna tuo:]

*audiebam; et erat, quod metuebam. Sanguis recedit; et calor destituit animum et corpus: et jacui gelida facta in novo lecto. Quemadmodum fragiles aristæ concutuntur placido Favonio; quemadmodum ventus frigidus concutit frondes populeas; aut sic, aut etiam amplius trepidavi. Tu jacebas: et vina, quæ tibi exhibueram, erant soporifera. Mandatu sævi patris expulerunt timorem. Surgo; et sumo ensem manu trepidante. Ego non proferam ficta: manus ter sustulit gladium acuminatum, ter recidit gladio male sublato. Admovi faucibus; concede me tibi vera confiteri; admovi faucibus tuis ensem paternum. Sed metus et pietas prohibuit*

Scr. auditum: 4. audivi: L. auditum est. O. auditu.—37 Vulgo relinquit.—39 Ut leni P. Gu. 1. et septem al. Heius. Vulgo *Utque leni. fragiles Jun. Me. Gu. 3. et Helm. Vulgo graciles. Tres scripti agitantur ar.*—42 Gu. omnes cum al. *dederam.*—45 P. et Gr. *loquar. Vulg. loquor.*—46 *Recidit* emend. Heius. *Vulgo decidit:* Gu. 2. et 3. cum uno Pat. *cecidit:* 4. cum al. *concidit.*—47-48 Hoc distichon a sciolo confictum pronuntiat Heius. et pro *Sed v. 49.* reponit *Et.* Vers. 47. est in P. Gu. 1. ac 3. et al. quibusdam, pro quo vulgo le-

## NOTÆ

citur, ut Hypermnestra, præ metu et rei atrocitate, ita turbata videatur, ut ne illa possit satis suis auribus credere; sed, audiatne revera morientium gemitus, an vero id tantum ex imaginatione credat, dubia hæreat.

*Quodque verebar*] Ne patruales interficerentur.

37 *Abit*] In intimas corporis partes; in præcordia, ipsumque adeo cor, ut solet ex metu, relabitur.

*Calor*] Siquidem sanguis ad præcordia ex metu fugit, calor cum eo pariter recedit.

38 *Novo*] Qui fuit novæ nuptæ.

39 *Zephyro*] Ventus est Zephyrus ab occasu spirans. *Favonius* Latinis dicitur.

40 *Populeus comas*] Frondes populi arboris.

42 *Soporis*] Quæ soporem inducerent. Succum aliquem soporiferum vino immixtum fuisse innuit.

46 *Male*] Nec audacia, nec, quibus par erat, viribus. Vel *male*, id est, non juste adversus maritum. Prior vera videtur expositio.

47 *Admovi*] Alii habent, *At rursus monitis, jussuque coacta parentis.* Alii

Sed timor et pietas crudelibus obstitit ausis ;  
 Castaque mandatum dextra refugit opus. 50  
 Purpureos laniata sinus, laniata capillos,  
 Exiguo dixi talia verba sono :  
 Sævus, Hypermnestra, pater est tibi. Jussa parentis  
 Effice : germanis sit comes iste suis.  
 Fœmina sum, et virgo ; natura mitis, et annis : 55  
 Non faciunt molles ad fera tela manus.  
 Quin age, dumque jacet, fortes imitare sorores :  
 Credibile est cæsos omnibus esse viros.  
 Si manus hæc aliquam posset committere cædem,  
 Morte foret dominæ sanguinolenta suæ. 60

*sæva cæpta ; et manus pudica abnuat opus jussum. Scissa amictus purpureos, scissa comam, protuli talia verba voce demissa : Hypermnestra, parentem habes crudelem. Perfice mandata patris : iste sit socius suis fratribus. Fœmina sum et virgo, mollis natura et ætate. Manus teneræ non sunt aptæ ad sæva arma. Quin age, et dum jacet, æmulator strenuus sorores. Credibile est maritos esse interfectos ab omnibus. Si hæc dextra posset patrare aliquam cædem ; cruenta esset nece Dominæ suæ. Qua*



gitur hic : *At rursus monitis jussuque coacta parentis.*—55 *Quinque libri et non agnoscunt.*—57 *Gu. 3. Dumque placet.* Ed. Gryph. ann. 1554. *dumque licet.*—60 *Mor. et Gu. 3. domini sui.*—61 *Quo P. Al. Quid, Haud, Aut, An, vel, Non.*

#### NOTÆ

aliter. Heinsius expungendum totum hoc distichon putat ; utpote a sciolo confictam, qui superiora cum sequentibus non cohærere arbitrabatur. Quæ quidem optime cohærere dicit ille idem Heinsius, si pro *Sed*, proximo versu *Et* reponas. Nullus certe dubito quin spurii sint illi.

49 *Timor*] Qui omnibus a natura est insitus, qui male faciunt ; maxime cum criminum assuetudine conscientia stimulus non elanguit ; quanquam alias inutiles, strenuæ sunt ad male faciendum plurimæ mulierculæ.

51 *Sinus*] Vestes meas.

52 *Sono*] Voce demissa.

54 *Iste*] Lynceus, maritus meus.

55 *Fœmina sum*] Ostendit nunc, quod maritum non possit interficere ;

rationibus a sexu et ætate petitis.

56 *Faciunt*] Aptæ sunt.

*Molles*] Quales sunt muliebres.

57 *Quin age*] Jam muliebri more mutat consilium ; vel potius nutans ad illud mutandum sese hortatur.

*Jacet*] Maritus, scilicet.

*Fortes*] Immo furiosæ, quæ suos maritos trucidaverunt : quamobrem etiam a Poëtis infame illud genus ad inferos detrusum.

58 *Omnibus*] Pro Ab omnibus. Ita sæpe et eleganter loquuntur Poëtæ ; Horatius præsertim.

59 *Si manus*] Nunc consilium de interficiendo marito respuit.

60 *Dominæ*] Mei ipsius, quæ me potius ipsa, quam maritum, interficerem.

Quo meruere necem, patruelia regna tenendo,  
 Quæ tamen externis danda forent generis ?  
 Finge viros meruisse mori ; quid fecimus ipsæ ?  
 Quo mihi commisso non licet esse piæ ?  
 Quid mihi cum ferro ? quo bellica tela puellæ ? 65  
 Aptior est digitis lana colusque meis.  
 Hæc ego : dumque queror, lacrymæ sua verba sequuntur,  
 Deque meis oculis in tua membra cadunt.  
 Dum petis amplexus, sopitaque brachia jactas,  
 Pæne manus telo saucia facta tua est. 70  
 Jamque patrem, famulosque patris, lucemque timebam.  
 Expulerunt somnos hæc mea dicta tuos :  
 Surge age, Belide, de tot modo fratribus unus :  
 Nox tibi, ni properas, ista perennis erit.

*re illi digni sunt morte possidendo regna patruelia, quæ tamen essent tradenda generis peregrinis? Pone viros dignos esse interire: quid nos commeruimus? Quo facinore non licet mihi esse piæ? Quid mihi cum ense? Quorsum militaria tela virgini? Lana et colus est magis idonea digitis meis. Hæc ego: et dum conqueror, lacrymæ subsequuntur sua verba, et fluunt in tuos artus de meis oculis. Dum quæris me complecti, et agitas lacertos sopitos, manus tua est propemodum vulnerata gladio. Jamque metuebam patrem, et ministros patris, et diem. Hæc mea verba excusserunt somnos tuos: Surge age, Belide, solus de tot modo fratribus.*

Gn. 1. regna timendo.—62 Gr. externis regna tenenda forent. Mor. et duo al. ext. accipienda forent.—64 Piæ P. vulgo piom.—65 Quo bellica P. et Ar. vulgo quid.—69 Heins. putat amplexu.—72 Expulerunt P. vulgo Expulerant.—

## NOTÆ

61 Quo] Qua re? quo crimine? Nullum dicit esse in patruelibus crimen, ad quos, ex suo cum Danai filiabus conjugio, jure ejus regnum perveniat, cum hæredibus masculis ille careret.

Patruelia] Quæ hæreditario jure ad patruelas suas obvenirent; quæque per suum cum illis conjugium sua fierent.

62 Externis] Qui ex sua gente non essent: quibusvis aliis hominibus.

63 Finge] Pone. Gall. Supposez.

64 Quo commisso] Propter quod peccatum?

65 Quid mihi] Quamobrem in ma-

nus meas gladium pater posuit?

Quo] Fine, scilicet. Sciebat equidem esse ea ad interficiendos patruelas; quorsum vero spectaret illa cædes, nesciebat, aut nescire simulabat.

67 Hæc ego] Depressa voce dixi, supple.

Sua verba] Id est, quæ ejusmodi querimoniam et lacrymis competere.

69 Pctis amplexus] Inter dormiendum vis me amplecti.

Jactas] In somnis moves.

73 Belide] Beli nepos. Ille vero est vocativus Græcorum more, a no-

- Territus exurgis : fugit omnis inertia somni.** 75  
 Aspicias in timida fortia tela manu.  
**Quærenti causam, Dum nox sinit, effuge, dixi :**  
 Dum nox atra sinit, tu fugis ; ipsa moror.  
**Mane erat : et Danaus generos ex cæde jacentes**  
 Dinumerat. Summæ criminis unus abes. 80  
**Fert male cognatæ jacturam mortis in uno ;**  
 Et queritur facti sanguinis esse parum.  
**Abstrahor a patriis pedibus ; raptamque capillis**  
 (Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.  
**Scilicet ex illo Junonia permanet ira ;** 85  
 Quo bos ex homine est, ex bove facta Dea.

*Ista nox crit tibi perpetua, nisi festinas. Tremefactus excuteris : omnis segnitias somni dilabitur : cernis tela valida in manu parida. Dixi tibi sciscitanti causam, Prorumppe, dum nox concedit. Dum nox obscura facit copiam, tu abis : ego remaneo. Mane erat : et Danaus enumerat generos prostratos ex nece : solus desideraris summæ flagitii. Inique patitur damnum mortis consanguineæ in uno ; et queritur esse parum sanguinis effusi. Abripior a pedibus paternis ; et vincula (pietas meruit hanc mercedem) tenent ablatam coma. Nempe ira Junonia perstat ex illo tempore, quo vacca fuctu est sæmina, et ex vacca Dea. At satis est supplicii mollem puel-*

74 Vulgo *properes*.—76 Gr. *in tremula*.—79 Heins. *mavult at Danaus*. Vulgo scribitur *in cæde*.—82 *Facti præstantiores*, et Gu. *omnes*, et Helm. Al. *factum*.—83 Al. *patriis manibus*. Sc. Ha. et E. *laribus*.—86 *de bove R*.—

## NOTÆ

minativo *Belides*.

*Unus*] Solus.

74 *Perennis*] Per annos omnes duratura : eterna.

75 *Inertia*] Illam intelligit pigritiam qua non bene experrecti teneri solent.

76 *Fortia*] Id est, quæ solent esse fortium virorum.

77 *Causam*] Quamobrem telum manibus haberem.

79 *Erat*] Pertinet istud ad sequentem narrationem.

80 *Summæ*] Ex omni numero, tu solus deeras, qui non esses conjugis socerique crimine mactatus.

81 *Male*] Inique. Danaum dicit iratum ideo, quod unus ex suis consanguineis morti esset ereptus.

*Cognatæ*] Consanguineæ. Id est, pro morte unius consanguinei.

82 *Facti*] Sparsi, effusi.

83 *Abstrahor*] Scilicet ad patriis pedes delicti veniam petens procubuerat. Quanquam alii codices habent *manibus* : alii *laribus*.

*Raptamque*] Quæ in carcerem capillis protracta fuit.

84 *Pietus*] Erga te. Ironice, adversus patrem, loquitur.

85 *Scilicet*] Tantam domus suæ et patruelium calamitatem, muliebri more, altius repetit ; ab ira Junonis scil. propter Jovis cum Io vacca consuetudinem.

*Illo*] Tempore, scilicet.

86 *Bos*] Io est ab Jove in vaccam mutata, de qua postea in *Metamor-*

At satis est pœnæ teneram mugisse puellam :

Nec, modo formosam, posse placere Jovi.

Astitit in ripa liquidi nova vacca parentis,

Cornuaque in patriis non sua vidit aquis :

90

Conatoque queri mugitus edidit ore ;

Territaque est forma, territa voce sua.

Quid furis, infelix ? quid te miraris in umbra ?

Quid numeras factos ad nova membra pedes ?

Illa Jovis magni pellex, metuenda sorori,

95

Fronde levas nimiam cespitibusque famem.

*lam mugisse : nec jam pulchram posse gratum esse Jovi. Nova juvenca constitit in ripa patris fluidi, et aspexit cornua aliena in aquis paternis ; et mugitus emisit ore nixo conqueri : et tremefacta est figura sua, tremefacta est sono. Quamobrem insanis, misera ? Quamobrem te stupes in umbra ? Quamobrem dinumeras pedes accommodatos ad novos artus ? Illa adultera timenda sorori excelsi Jovis, sedas foliis et herbis ni-*



87 Vulg. *Ah, satis.* Gr. *mugire.*—89 Gr. *constitit.*—91 *Conatoque queri* unus R. et Gu. 1. Vulgo *Et conata queri.* Gu. 2. *Et conata loqui.* P. *conatu eloqui.*—93 Gu. 4. cum al. *Quid fugis.* P. alter Mor. et Gu. 2. et 4. *umbra.* Vulgo

#### NOTÆ

phosi videbimus. Supra ex ea Danaum Ægyptumque per avos suos ortos esse diximus : adeoque jam notandum est tantum, quod, pellici illi ab Junone immisso æstro, per furorem maxima orbis terrarum parte pererrata, tandem in Ægyptum delata sit ; ubi pristinam formam postquam Jovis auxilio recuperasset, ab Ægyptiis pro Dea est habita, vocataque *Isis*.

87 *Satis est pœnæ*] Io supplicio satis magno a Junone afflicta est ; jamque ejus posteris deberet parcere.

*Mugisse*] In vaccam mutatam esse. Ab ipso Jove in vaccam mutata est Io, ne suum cum illa adulterium ab interveniente Junone cognosceretur.

88 *Nec posse placere*] Propter vaccæ formam : quanquam nec ipse Jupiter quamlibet, satiandi turpissimi amoris causa, induere dignatus est.

*Modo formosam*] Pulcherrima fuit Io, antequam vaccæ formam indueret.

89 *Liquidi*] Inachi, fluvii Peloponnesi.

*Nova*] Non a longo tempore ex puella facta.

90 *Non sua*] Non enim cornua hominum, sed brutorum sunt.

91 *Querit*] De sua transmutatione, et infortunio.

93 *Furis*] Æstro percita Io, huc illuc furens a Poëtis errasse fingitur. Quamobrem illud fecerit, ejus calamitatis, Junonisque iræ describendæ causa, Hypermnestra quærit.

*In umbra*] Cum tuam umbram vides.

94 *Numeras*] Quia quatuor erant hoc petit. Commiserationem vero habent ejusmodi compellationes.


95 *Illa*] Tu, Io, ante pellex illa, quam Juno ob formam metueret, jam, &c.

*Pellex*] Ita vocatur Io, quæ Junone ex Jovis marito lecto pelliciendo, si vim vocis spectes, pelleret.

96 *Levas*] Minuis, sedas. Non

- Fonte bibis, spectasque tuam stupefacta figuram :  
 Et te ne feriant, quæ geris, arma, times.  
 Quæque modo, ut possis etiam Jove digna videri,  
 Dives eras, nuda nuda recumbis humo. 100  
 Per mare, per terras, cognataque flumina curris ;  
 Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.  
 Quæ tibi causa fugæ ? quid Io freta longa pererras ?  
 Non poteris vultus effugere ipsa tuos.  
 Inachi, quo properas ? eadem sequerisque fugisque. 105  
 Tu tibi dux comiti ; tu comes ipsa duci.  
 Per septem Nilus portus emissus in æquor  
 Exuit insanæ pellicis ora bovi.  
 Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus  
 Auctor ? dant anni quod querar, ecce, mei. 110

*miam famem. Fonte potas, et mirabunda aspicias tuam formam : et metuis arma, quæ gestas, ne te appetant. Et quæ modo eras opulenta, ut possis etiam videri digna Jove, jaces nuda in terra nuda. Erras per mare, per terras, et flumina consanguinea. Mare præbet tibi iter, flumina præbent, terra præbet. Quæ tibi causa fugæ ? Quamobrem, Io, discurras per vasta maria ? Non ipsa poteris vitare tuam faciem. Inachi, quo festinas ? Eadem insequeris et fugis. Tu dux tibi comiti, tu ipsa comes duci. Nilus erumpens in mare per septem ostia detraxit faciem pellicis vaccæ furenti. Quamobrem commemorem remotissima, quorum senectus cana est mihi auctor ? Ecce meu ætas suppeditat, quod conquerar. Pater et patruus bella*



*unda.—95 Al. Ipsu Jovis.—97 D. spectasque novam.—98 Libri multi te ne.—99 Al. posses.—100 Quidam scripti dura humo, aut uda, aut gelida, aut solida.—103 L. vel quid freta : Mor. quæ, dic, freta.—107 L. portas. Gu. 4. cum al. demissus in : Helm. immissus. Gr. pro var. lect. diffusus.—108 Bovi L. ce-*

#### NOTÆ

vero sine commiseratione hæc proferenda.

*Cespitibusque*] Herbis. Proprie vero est cespes, herba cum terra revulsa.

98 *Arma*] Cornua.

101 *Cognata*] Propter patrem fluvium.

102 *Dat mare*] Hujus est versus qui superioris idem sensus : verba differunt.

104 *Vultus*] Bovillos, scil.

105 *Inachi*] Vocativus Græcus Patronymici fæminini. Id est, filia Inachi.

*Eadem sequerisque*] Id est, Cum ipsa vacca sis, fugiendo vaccam, eadem sequeris ; nec fugiendo vaccam, esse desines.

107 *Per septem*] Dicit eam in Ægypto figuram bovis deposuisse.

*Nilus*] Fluvius est Ægypti maximus, in mare per septem ostia influens : quanquam plura alii memorant.

*Portus*] Ostia Nili portus appellat : bene quidem ; ejusque ratio aperta.

108 *Insanæ*] Cestro, et Junonis ira furentis.



Bella pater patruusque gerunt; regnoque domoque

Pellimur: ejectos ultimus orbis habet.

Ille ferox solus solio sceptroque potitur:

Cum sene nos inopi turba vagamur inops.

De fratrum populo pars exiguissima restas;

115

Quique dati leto, quæque dedere, fleo.

Nam mihi quot fratres, totidem periere sorores;

Accipiat lacrymas utraque turba meas.

En ego, quod vivis, pœnæ crucianda reservor:

Quid fiet sonti, cum rea laudis agar?

120

*exercent: ejicimur regno et domo: remotissimæ regiones tenent expulsos. Ille ferociens solus occupat solium et sceptrum: nos turba egena erramus cum sene egeno. Superas pars minima de turba fratrum; lugeo illos, qui morti traditi sunt, et quæ tradiderunt. Nam quot fratres mihi amissi, totidem sorores amissæ. Uterque populus habeat meas lacrymas. Ecce ego torquenda destinor supplicio, quia vivis. Qua pœna mulctetur conscia, cum ejus accessar quod laudandum? Et misera, olim*

teri bovis: Gu. 1. a librar. ara bovis, a corr. ora bovis, atque hoc etiam in reliquis Gu.—112 Gu. 4. cum al. ejectas.—113 Gu. 1. solio solus. Vulg. sceptrique.—115 Olim restat: at Gr. et alii restas.—117 Gu. 1. cum quinque al.

## NOTÆ

*Pellicis*] Quæ fuerat Junonis pellex, dum formam hominis obtineret.

*Ora*] Omnemque adeo formam.

109 *Ultima*] Remota et antiqua.

*Quid referam*] Vel contra librorum auctoritatem *refero* reponendum esse censet clarissimus Heinsius. Quamobrem non video. Sensum enim optimum illa alia lectio efficit; ut innuat Hypermnestra plura a se de Io posse referri, quibus ejus pœnarum atrocitatem Junonisque erga suam domum sævitiam auget; nisi amplam querendi materiam de novo haberet. Atque egregie illud ad Hypermnestræ scopum pertinet. Forte dicat aliquis, 'At omnia de Io memoraverat Hyperm.' Ne omnia quidem: illud etiam si esset, tamen ex Rhetorica arte, sic loqui, ubi rem augere est opus, sæpe solemus.

*Quorum cana senectus Auctor*] Id est, Quæ a senibus didici.

111 *Gerunt*] Quas vidit ipsa calamitates narrare incipit.

112 *Ultimus*] Peloponnesus est; quo aufugisse Danaum in argumento vidimus. Ultimus vero dicitur, vel ex puellæ ingenio, pro remotissimo; vel, quia ea parte orbis terrarum terminus est, cum mari cingatur: qua ratione etiam Britanniam, alterum orbem dixerunt.

113 *Ille*] Patruus Ægyptus.

114 *Sene*] Danao patre nostro.

115 *Exiguissima*] Quippe solus superstes, ceteris ab uxoribus interfectis.

*Restas*] Lyncenn alloquitur, cui aliam suam calamitatem memorat.

116 *Quæque*] Quia miseræ, quæ tantum facinus perpetraverant; quibus Hypermnestræ carendum erat.

117 *Periere sorores*] Quia cum illis non est; quia perditæ illæ, quæ nocentes; quia pœna sua illas attinget.

Et, consanguineæ quondam centesima turbæ,  
 Infelix, uno fratre manente, cadam.  
 At tu, si qua piæ, Lynceu, tibi cura sororis,  
 Quæque tibi tribui munera, dignus habes;  
 Vel fer opem; vel dede neci: defunctaque vita 125  
 Corpora furtivis insuper adde rogis.  
 Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa,  
 Scriptaque sint titulo nostra sepulcra brevi:  
 Exul Hypermnestra, pretium pietatis iniquum,  
 Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit. 130  
 Scribere plura libet; sed pondere lassa catenæ  
 Est manus; et vires subtrahit ipse timor.

*centesima populi cognati, moriar, uno fratre superstite. At tu, Lynceu, si qua tibi cura piæ patruelis, et non immeritus frui donis quæ tibi exhibui; vel auxilium præbe, vel trade morti: et insuper impone rogis secretis artus jacentes. Et conde ossa delibuta lacrymis fidelibus: et noster tumulus sit signatus brevi elogio: Hypermnestra profuga mercedem injustam reportavit pietatis, necem, quam a fratre summovit. Vellem plura scribere; sed manus est defessa onere catenæ; et ipse timor aufert vires.*

*Nam tibi.*—120 Septem Quid fieret: duo fiat.—121 Heins. mavult En consang.—123 Lynceu cod. Hercul. Vulgo Line, est tibi, et Line tibi.—126 Leid. Corpora finitimis. Heins. i, superadde: Francius pro adde vult abde, vel ure.—128 Gu. omnes et Helm. cum plurimis Sculptaque sint.—131 Gu. 1. a manu pr. pondere pressa.

## NOTÆ

118 *Utraque*] Patruelium et sororum.

119 *Quod vivis*] Quia te non jugulavi.

120 *Quid fiet*] Quasi dicat, Multo crudelius. Patris crudelitatem arguit. Alii codices habent *fiat; fieret*.

*Reu laudis*] Cum de eo accuser quod laudem meretur.

121 *Centesima*] Omnino: fuerunt enim quinquaginta Danaï filiæ, totidemque Ægypti filii, patruelles, qui omnes centesimum numerum implent.

122 *Uno fratre*] Solo Lynceo superstite.

123 *Piæ*] Quæ te servavit.

124 *Quæque*] Vitam, scilicet.

*Dignus habes*] Mereris. Si mereris vitam, quam tibi dedi.

126 *Furtivis*] Quos, si non ausus fueris, aut non potueris palam, furtim et occulte excitaveris.

128 *Titulo*] Epigrammate sequenti.

129 *Pretium, mortem*] Appositio. Id est, mortem in pretium.

132 *Timor*] Ne pater, aut ab eo aliquis, scribenti interveniat.

## EPISTOLA XV.

## SAPPHO PHAONI.

## ARGUMENTUM.

TRADUNT scriptores, duas hoc nomine Sappho extitisse: quarum altera Eresia, poëtria percelebris, quæ Tarquini Prisci tempore claruit: quæ etiam plectrum prima adiunxit: altera Mytilenea, longe junior, quæ psalteria et meretrix fuit. Ælianus, lib. XII. scribit, pulcherrimum mortalium omnium Phaonem fuisse, in cuius amorem omnes mulieres Lesbiæ exarsissent: præ ceteris vero impatientissime atque ardentissime eum esse a Sappho adamatum. Cum vero Phaon in Siciliam forte discessisset, Sappho amoris ignibus incensa, et plane ardens, se ab illo sperni timens, statuit etiam capitis periculo furorem lenire, præcipitato in mare corpore, ex Leucate Epiri promontorio. Sed antequam illuc accederet, per inconstantiam muliebrem tentans quod desperaverat, hac epistola eum advocare studet: faciens absentem invidiam suæ conditionis et calamitatis, quam omnibus incommodis miserabilem ostendit. Denique omnes misericordiæ angulos percurrit: nec quicquam, quod movere possit, prætermittit.

ECQUID, ut inspecta est studiosæ litera dextræ,

Protinus est oculis cognita nostra tuis?

An, nisi legisses auctoris nomina Sapphus,

Hoc breve nescires unde veniret opus?

*Anon, postquam visum est signum manus sedulae, statim nostrum est agnitum oculis tuis? An, nisi legisses nomina Sapphus auctoris, ignorares, a quo est hoc*

1 *Ecquid ut N. vulgo Num quid ubi. Inspecta Ma. vulgo aspecta est.*—4 *Veni-*

## NOTÆ

*Epistola*] In nullis Heroidum Ovidianarum exemplaribus nisi recentissimis apparere hanc epistolam testatur Clarissimus Heinsius; qui eam insuper in calcem operis rejectam dicit. Quod forte non sine causa factum fuit, cum sit omnium pulcherrima.

1 *Ecquid*] Interrogatio hæc Ironiam habet, et affectum auget: ut hinc Sapphus dolorem intelligas; quæ se usque adeo a Phaone neglectam saltem simulat, ut manum nequidem suam, nisi addito nomine, ab ipso potest cognitum iri.

*Studiosæ litera*] A manu accurata

Forsitan et, quare mea sint alterna, requiras, 5  
 Carmina; cum lyricis sim magis apta modis.  
 Flendus amor meus est; elegeia flebile carmen:  
 Non facit ad lacrymas barbiter ulla meas.  
 Uror, ut, indomitis ignem exercentibus Euris,  
 Fertilis accensis messibus ardet ager. 10  
 Arva Phaon celebrat diversa Typhoidos Ætnæ:  
 Me calor Ætnæo non minor igne coquit.  
 Nec mihi, dispositis quæ jungam carmina nervis,  
 Proveniunt, vacuæ carmina mentis opus.

*breve opus? Forte etiam petas, quare mei versus sint alterni; cum sim magis parata ad numeros lyricos. Amor meus est lugendus: Elegia carmen lugubre. Nulla cithara apta est meis lacrymis. Ardeo, ut cunpus fertilis flagrat messibus inflammati, Euris furentibus excitantibus ignem. Phaon incolit agros dissitos Ætnæ Typhoidos: ardor non levior flamma Ætnæa me torret. Nec mihi profuunt carminu, quæ accommodem chordis concinnatis; carmina sunt opus animi tranquilli.*

*ret Sa. et Fr. vulgo moveret. Gud. 1. 2. et Scr. movetur, quod placet Heus.—5 Requiras unus Med. et Fr. Vulgo requiris. Scr. requires.—7 Ma. elegeia. Gudd. et Scr. cum al. elegi fleb. Al. elegi quoque.—8 In vett. illa meos: in quibusdam meas.—11 Scr. celebrat.—12 Ma. Gudd. et Scr. igne tenet.—*

## NOTÆ

et docta scripta.

3 *Legisses*] Annon, nisi inscriptum vidisses, 'Sappho Phaoni,' unde esset epistola nescivisses?

4 *Opus*] Epistolam suam intelligit, cui nomen suum de more præfixerat.

5 *Alterna*] Qualia sunt Elegiaca, quæ alternis vicibus Hexametris et Pentametris constant.

*Requiras*] Postquam quæsieris, cuius sit epistola, forsan et velis scire quamobrem, &c.

6 *Cum lyricis*] Cum magis soleam carmina, quæ ad lyram cantentur, componere. Hoc vero dicit, quia in lyricis Sappho maxime claruit; a qua etiam Sapphæum carmen, cuius ea inventrix fuit, appellatum est.

7 *Flendus*] Rationem reddit, quamobrem elegos scripserit.

*FleBILE*] Rebus quæ fletum movent scribendis aptum.

8 *Facit*] Convenit, apta est.

*Barbiter*] Instrumentum est musicum citharæ seu lyræ proximum, quod multis chordis fuisse indicat Theocritus. Hic vero, per *Barbiton*, carmina ad barbiton cantari solita intelligenda sunt.

9 *Indomitis*] Vehementibus.

*Exercentibus*] Huc illuc jactantibus; urgentibus et excitantibus.

10 *Ardet*] Ardere solet.

11 *Celebrat*] Pro *Incolit*, frequentat. Sed vox illa dignitatem habet.

*Dirersa*] Remota, et hinc procul posita.

*Typhoidos*] Sub quo Typhonem seu Typhæum gigantem fulmine ictum Jupiter cœruit.

*Ætnæ*] Ætna mons Siciliæ, ignibus quos evomit notissimus.

12 *Calor*] Amoris, nempe.

13 *Nec mihi*] Id est, Jam, nimio amore tabida, ad versus deducendos

Nec me Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ, 15  
 Nec me Lesbiadum cetera turba juvant.  
 Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno:  
 Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis.  
 Atque aliæ centum, quas non sine crimine amavi.  
 Improbe, multarum quod fuit, unus habes. 20  
 Est in te facies, sunt apti lusibus anni.  
 O facies oculis insidiosa meis!

*Nec Pyrrhiades aut Methymniades puellæ mihi gratæ sunt, nec populus reliquæ Lesbiadum mihi gratus est. Anactorie, Cydno, mihi nullius pretii: Atthis non est accepta meis oculis ut ante. Atque aliæ centum, quas non amavi sine flagitio, viles sunt. Proterve, solus tenes, quod fuit multarum. Est in te forma, ætas est apta deliciis. O forma insidiosa oculis meis! Cape citharam et pharetram; eris*

15-16 Ita N. et Aldinæ. Al. *Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisve puellæ. Domitius Cald. item cod. W. Gudd. Scr. et al. Nec mihi Pevides s. Dryadesque p. (Gud. 1. et Scr. Naiadesque) Nec me Thespiadum c. t. jurat.*—17 Al. *Vilis Amythone.* Gudd. et Scr. cum al. *Amatorie. Al. Amintorie, vel Ametoris.*—19 Gudd. et Scr. cum plurimis al. *quas hic sine.*—23 Scr. *pharetras, et eris.*—

## NOTE

sum inutilis.

*Dispositis]* Scilicet suo quoque loco, pro ratione gravis aut acuti soni, nervi seu chordæ instrumentis musicis accommodantur.

*Quæ jungam]* Lyrica; quæ simul voce et cithara cantentur.

*Carmina, opus]* Appositio. Carmina dicit ab otiosa mente provenire.

15 *Nec me]* Dicit se puellarum, quibus ad pangendos versus olim incitabatur, jam nulla moveri.

*Pyrrhiades]* Musæ; a Pyrrha et Pyrrhæa sen Thessalia sic dictæ: enimvero a locis, quæ incoluerunt, Poëtæ solent illas appellare. Sed malim per Pyrrhiades, Pyrrhæ, Lesbix urbis, puellas, quam Musas, intelligere: quanquam Domitio aliter visum; cujus hic certe in quærendis allegoriis odiosa visa est nimia diligentia.

*Methymniadesve]* A Methymna Lesbi insulæ urbe celebri.

16 *Lesbiadum]* Puellarum in Lesbo

*Dclph. et Var. Clas.*

insula commorantium.

*Juvant]* Ad versus pangendos incitant; si tamen probanda sit Domitii expositio. Vel *non juvant*, id est, Non curo.

17 *Anactorie]* Una fuit ex iis, quas tribus Sappho impudice amavit: nisi tamen, quod Telesippam et Megaram pro Anactorie et Cydno apud Suidam positas invenies.

*Vilis]* Non curo, postquam tui amore correpta sum.

19 *Atque aliæ]* Viles sunt, scilicet.

*Centum]* Numerus certus, pro incerto.

20 *Improbe]* Bene pro avido, neque etiam re inmodica contento, improbum sumi, optime annotavit Domitius. Attamen hic locum non habet hæc significatio; sed simpliciter per *improbam*, malus est intelligendus.

*Quod fuit]* Amor; quem in multas dispensaveram.

21 *Est in te]* Jam suum amasium

*Ovid.*

Q

Sume fidem et pharetram ; fies manifestus Apollo :  
 Accedant capiti cornua ; Bacchus eris.  
 Et Phœbus Daphnen, et Gnosida Bacchus amavit : 25  
 Nec norat Lyricos illa, vel illa, modos.  
 At mihi Pegasides blandissima carmina dictant ;  
 Jam canitur toto nomen in orbe meum :  
 Nec plus Alcæus, consors patriæque lyræque,  
 Laudis habet ; quamvis grandius ille sonet. 30  
 Si mihi difficilis formam natura negavit ;  
 Ingenio formæ damna rependo meæ.

*vere Apollo. Cornua addantur capiti, eris Bacchus. Et Apollo amavit Daphnen, et Bacchus Gnosida. Nec illa, vel illa, sciebat numeros Lyricos. At Pegasides suggerunt mihi carmina mollissima: jam nomen meum celebratur per omnes terras. Nec Alcæus, socius patriæ et lyræ, consecutus est majorem gloriam; quamvis ille cantet sublimius. Si natura iniqua mihi non tribuit pulchritudinem; compenso dis-*

26 Heins. vult *norant*.—30 R. unus Heins. et Gud. 1. *sonat*.—32 Pro *mæa*

## NOTE

laudat.

*Facies*] Pro pulchritudine et elegantia.

*Sunt apti*] Id est, Juvenis es.

23 *Fidem*] Citharam. Synecdoche est; pars pro toto; chorda pro toto instrumento ponitur.

*Pharetram*] *Le carquois*. Fuerunt vero Cithara et Pharetra Apollinis, qui Musica et sagittis claruit, duo insignia.

*Fies manifestus*] Id est, Tam elegans es, ut nullus te cum Apolline comparare diffiteatur.

25 *Et Phœbus*] Jam Phaonem ad amorem sui, rationibus ab exemplo petitis, Sappho perducere nititur.

*Daphnen*] Daphnes Penei fluvii filia in laurum mutatae historiam postea in Metamorphosi videbimus.

*Gnosida*] Id est, Ariadnen, Minois filiam, qui Cretam insulam tenuit, ubi Gnosus civitas.

26 *Nec norat*] Se dicit, quam Daphne et Ariadne, quod neutra versus

pangere docta fuisset, præstantiorem.

27 *Pegasides*] Musæ; Græca etymologia, ab Heliconis fonte clarissimo, quem ictu ungu læ Pegasus alatus equus aperuisse fingitur, sic dictæ.

*Blandissima*] Suavissima. Carminum vero suavitate præcipue Sappho commendatur.

29 *Nec plus*] Quia sicuti ille granditate laudem consecutus est, ita ego suavitate.

*Alcæus*] Poëta fuit Mitylenæus seu Lesbicus, cui, propter granditatem et elocutionis sublimitatem, aureum plectrum veteres attribuerunt.

*Consors*] Ejusdem patriæ: nam uterque patriam habuit Lesbos.

*Consors lyræque*] Qui ejusdem generis carmina lyræ aptanda, sicut et ego, scripsit.

31 *Si mihi difficilis*] Quod firmissimum causari potuisset Phaon, formæ vitium, scilicet, ipsa Sappho diluere conatur.

Sum brevis; at nomen, quod terras impleat omnes,  
 Est mihi: mensuram nominis ipsa fero  
 Candida si non sum, placuit Cephæia Perseo 35  
 Andromede, patriæ fusca colore suæ.  
 Et variis albæ junguntur sæpe columbæ;  
 Et niger a viridi turtur amatur ave.  
 Si, nisi quæ facie poterit te digna videri,  
 Nulla futura tua est; nulla futura tua est. 40  
 At, me cum legeres, etiam formosa videbar:  
 Unam jurabas usque decere loqui.  
 Cantabam; memini; (meminerunt omnia amantes)  
 Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.  
 Hæc quoque laudabas; omni a parte placebam: 45  
 Sed tum præcipue, cum fit Amoris opus.

*pendia pulchritudinis meæ ingenio. Sum parva: at fama est mihi, quæ feratur per omnes terras: ipsa fero vastitatem meæ gloriæ. Si non sum alba; Andromede Cephæia grata fuit Perseo, nigra colore patriæ suæ. Columbæ etiam candidæ sæpe copulantur cum versicoloribus; et turtur ater diligitur ab alite viridi. Si nulla futura est tua, nisi quæ poterit videri te digna pulchritudine, nulla futura est tua. At cum legeres mea opuscula, videbar etiam pulchra: sine fine jurabas mihi soli decorum esse loqui. Cantabam; recorder: (amantes omnia recordantur) tu oscula capiebas canentis. Probabas hæc etiam; et grata eram ab omni parte: sed tum*



Burm. malit malic.—33-34 Ita N. Vulgo: *Nec me despicias, si sum tibi corpore parva, Mensuramque brevis nominis ipsa fero.* Scr. gero.—35 Scr. non sim.  
 36 Calore malebat Francius, quod et erat in Li.—39 Maz. et Pal. *quæ facies.*  
 —41 Vett. *At mea cum legeres.* Gud. 2. *tibi jam formosa.*—45 Maz. *omnique*

## NOTE

- Difficilis*] Iniqua et maligna.  
 32 *Rependo*] Compenso.  
 33 *Brevis*] Parva statura.  
 34 *Ipsa fero*] Adeoque magna sum.  
 35 *Cephæia*] Andromede est, Cephæi Æthiopum regis filia, a Perseo liberata, et amata.  
 36 *Patriæ*] Scilicet Æthiopia, solis ardoribus exusta, candidos non gignit homines.  
 37 *Variis*] Colorum varietate distinctis.  
 38 *Viridi acē*] Psittaco. De hoc Psittacorum amore Plinius: de quo etiam postea aliquid ab ipso Nasone habebimus.  
 39 *Faciē*] Pulchritudine.  
 40 *Nulla*] Puella, scil. Prior vero hæc negatio conditioni annexa est: Posterior absolute et affirmando intelligenda est. *Si vous n'en voulez point qui ne vous paroisse digne de vous par sa beauté, vous n'en aurez point du tout.*  
 41 *Me*] Meos versus.  
 42 *Unam*] Me solam sine fine jurabas decere loqui.  
 43 *Rapta dabas*] Furtim raptimque oscularis.  
 45 *Hæc*] Oscula rapta. Multa vero est hic non suavitas modo, sed lascivia.

Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat,  
 Crebraque mobilitas, aptaque verba joco ;  
 Quique, ubi jam amborum fuerat consumpta voluptas,  
 Plurimus in lasso corpore languor erat. 50  
 Nunc tibi Sicelides veniunt, nova præda, puellæ.  
 Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.  
 At vos erronem tellure remittite nostrum,  
 Nisiades matres, Nisiadesque nurus.  
 Neu vos decipiant blandæ mendacia linguæ : 55  
 Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.  
 Tu quoque, quæ montes celebras, Erycina, Sicanos,  
 (Nam tua sum) vati consule, Diva, tuæ.

*præsertim, cum tentatur negotium amoris. Tunc luxuria nostra tibi placebat plus solito, et frequens mobilitas, et verba idonea lusibus; et languor multus, qui erat in corpore defesso, postquam gaudia amborum fuerant commixta. Nunc Sicelides puellæ accedunt tibi nova rapina. Quid mihi cum Lesbo? Cupio esse Sicula. At vos matronæ Nisiades, et nurus Nisiades, remittite terra vestra vagum nostrum. Neve doli mitis linguæ vos fallant; mihi ante dixerut, quæ dicit vobis. Tu quoque, Dea Erycina, quæ frequentus colles Siculos, fave vati tuæ; nam tua sum.*

*in parte: Fr. omni tibi parte.—47 V. et R. et duo ex Heins. juvabant.—48 Quidam membra joco: al. verba loco.—49 Quique e conj. Heins. Scripti plurimi Atque. Ma. Gu. 1. et Scr. At simul amborum. Gud. 2. At ubi jam. Al. Et quid, ubi. Pal. consumpta: ceteri confusa.—51 R. Sicelides, et mox Sicilis.—53 Al. O vos, Nec vos, Ne vos, Neu vos. Gudd. et Scr. cum al. errorem. Mox Gud. 2. cum al. admittite nostr. Scr. remittite vestrum.—54 Gudd. Sicelides matres, Sicelidesque: al. Nisiades matres, Sicelidesque.—55 Gnd. 1. Ne vos, 2. et Scr. Nec.—57 Montes N. Fr. Gudd. et Scr. Ceteri immites.—59 Li. Fortuna labo-*

## NOTÆ

51 *Sicelides*] Siculæ. Phaoni exprobrat, quod veteris amoris oblitus, ad puellas Siculas animum adjece- rit.

52 *Quid mihi*] Patriam, ut in Sici- liam, ubi suus est Phaon, concedat, cupit Sappho deserere.

53 *At vos*] Corrigit votum; meli- usque judicat, si a Siculis suus sibi remittatur Phaon.

*Vos*] Clarissimus Heinsius putat *vestra* legendum.

*Erronem*] Phaonem; qui, relicta patria, in [alienis regionibus errat.

54 *Nisiades*] Megarenses intellige; quæ a Niso, qui Megaris in Sicilia,

non procul a Syracusis, regnavit, illud nomen habuerunt.

55 *Mendacia*] Quæcumque Phaon, ut vos ad sui amorem pelliciat, pro- ferre poterit.

56 *Quæ dicit*] Quæ vobis ille nunc promittit, eadem et mihi ante polli- citus erat, fidem, constantiam, &c. et tamen me destituit.

57 *Erycina*] Venus est; quæ ab Eryce Siciliæ monte, ubi matri Ve- neri templum Æneas constituit, illud nomen sortita est.

*Sicanos*] Siculos; a Sicano rege sic dictos.

58 *Tua sum*] Omnino; siquidem



An gravis inceptum peragit Fortuna tenorem,  
 Et manet in cursu semper acerba suo? 60  
 Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis  
 Ante diem lacrymas ossa bibere meas.  
 Arsit inops frater, captus meretricis amore,  
 Mixtaque cum turpi damna pudore tulit.  
 Factus inops agili peragit freta cœrula remo; 65  
 Quasque male amisit, nunc male quærit opes.  
 Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit:  
 Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.  
 Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,  
 Accumulat curas filia parva in eas. 70  
 Ultima tu nostris accedis causa querelis:  
 Non agitur vento nostra carina suo.

*An fortuna aduersa absoluit tenorem inceptum, et crudelis perstat semper in suo processu? Sex anni mihi præterierant, cum ossa patris collecta ante tempus hausserunt meas lacrymas. Frater egenus incensus est superatus amore scorti; et passus est dispendia juncta cum infamia. Egenus factus excurrit maria glauca remo celeri; et nunc male captat diritius, quas male perdidit. Me etiam odio persequitur, quia plurima fideliter admonui. Facilitas et ingenuitas mihi hoc attulit, hoc pia lingua. Et, tanquam absint, quæ me indesinenter urgeant, parva filia auget meam sollicitudinem. Tu aduenis causa postrema nostris querimoniis. Nostra navis*

~~~~~

*rem.—63 Gudd. et Scr. cum vulg. victus meretr. W. vincus.—67 Gud. 2. Et me quod.—68 Scr. mihi lingua.—69 Gud. 1. Ut nunquam desint.—70 Gud. 2.*

## NOTÆ

amans amatoria scripserit.

59 *An gravis*] Fatorum iniquitatem et pertinaciam hac interrogatione arguit.

*Inceptum peragit*] Ut mihi antehac, ita porro infesta erit.

61 *Natales*] Anni intelliguntur: quibus singulis natalis dies celebrabatur.

*Lecta*] Ossa, cineresque mortuorum, quos cremare olim solebant, postquam rogi flamma subsedisset, colligebantur.

62 *Ante diem*] Patrem dicit funere immaturo obiisse.

63 *Inops*] Meretricis Rhodopes

causa bonis omnibus dilapidatis.

*Frater*] Charaxus. Larychus et Enrigius duo alii fuerunt.

65 *Peragit*] Piraticam, amissis bonis, exercuit.

66 *Male*] Turpiter, et, per infamiam.

67 *Monui*] Immo fratrem multis carminibus laceravit.

68 *Hoc*] Fratris odium.

70 *Filia*] Cleis nomine; quam ex Cercyla aut Cercola viro peperisse Sappho auctor est Suidas.

72 *Non agitur*] Metaphora a nautis petita se infelicem esse dicit.

*Suo*] Propitio.

Ecce, jacent collo sparsi sine lege capilli;

Nec premit articulos lucida gemma meos.

Veste tegor vili; nullum est in crinibus aurum;

75

Non Arabo noster rore capillus olet.

Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem?

Ille mei cultus unicus auctor abest.

Molle meum, levibusque cor est violabile telis;

Et semper causa est, cur ego semper amem.

80

Sive ita nascenti legem dixere sorores;

Nec data sunt vitæ fila severa meæ;

Sive abeunt studia in mores, artesque magistræ;

Ingenium nobis molle Thalia facit.

*non impellitur vento suo. Ecce, coma diffusa recumbit collo sine ordine: nec gemma micans circumdat meos digitos. Induor amictu minimi pretii: nullum aurum est in capillis; coma nostra non fragrat rore Arabo. Cui orner misera, aut cui cupiam placuisse? Ille solus causa mei ornatus abest. Cor meum tenerum est obnoxium telis mollibus: et est semper causa, cur ego semper amem. Seu sorores sic posuerunt legem nascenti; nec fila dura sunt tradita vitæ meæ; sive studia concedunt in consuetudinem, et in artes magistras; Thalia nobis dat ingenium tenerum.*

-----

*accumulas.*—73 Al. *collo positi. R. passi.*—76 N. et Aldinæ *Arabum noster dona. Al. Arabum n. rore. Fr. Arabum n. dona cap. habet.*—78 Heins. *malebat abes.*—79 Fr. *levibusque. Vulgo levibus.*—82 Fr. *Nec. Vulgo Et.*—83 *Magistræ emend. H. Codd. magistras. Burm. conj. artisque magistra Ingenium, &c. Fr. et W.*

#### NOTÆ

73 *Sine lege*] Incomiti et sine ordine.

74 *Articulos*] Digitis annulum nullum ornatus causa habeo.

76 *Arabo rore*] Myrrham, aut quemlibet odorem intellige. Ex Arabia vero plurimos asportari non opus est indicare.

77 *Cui*] In cuius gratiam.

78 *Auctor*] Phaon, scil. cui ut placeret sese Sappho ornabat.

79 *Levibus*] Qualia Amoris esse decet.

81 *Sorores*] Parcæ; quas antea cuique vitam et sortem assignare vidimus.

82 *Nec*] Contra librorum fidem vocem istam pro *et* reposuit clar. Heinsius. Quæ lectio, qualemcum-

que ex alia sensum eruere satagas, meliorem et elegantiozem efficit.

*Fila*] Per fila, quæcumque ad vitam spectant intellige.

83 *Artesque magistræ*] *Vulg. magistras.* Omnino vero scribendum esse *magistræ* clarissimus Heinsius censebat. Attamen, re accuratius pensata, sensum prope eundem esse, nec, sine manuscriptorum auctoritate, lectionem mutantam esse, contendere me posse arbitror. Utrobique enim significaverit Sappho, ex studio, et ad rem aliquam propensione, deinde et artibus, formari mores; quibus difficile sit resistere. Illa vero de artibus amatorii præcipue hoc in loco intelligit.

84 *Thalia*] Novem Musarum una

Quid mirum, primæ si me lanuginis ætas 83  
 Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?  
 Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam:  
 Et faceres; sed te prima rapina tenet.  
 Hunc si conspicias, quæ conspicias omnia, Phœbe;  
 Jussus erit somnos continuare Phaon. 90  
 Hunc Venus in cœlum curru vexisset eburno;  
 Sed videt et Marti posse placere suo.  
 O nec adhuc juvenis, nec jam puer; utilis ætas!  
 O decus, atque ævi gloria magna tui!  
 Huc ades; inque sinus, formose, relabere nostros: 95  
 Non ut ames, oro, verum ut amare sinas.

*Quid mirum, si ætas primæ lanuginis me abripuit, et anni, quos vir potest amare? Aurora, metuebam, ne hunc tolleres pro Cephalo. Et tolleres: sed prima præda te retinet. Si Phæbe, quæ videt omnia, hunc videat; Phaon coactus erit prorogare somnos. Venus transtulisset hunc in cœlum curru eburneo; verum scit eum posse etiam gratum esse suo Marti. O nec adhuc juvenis, nec jam puer; ætas idonea! O honor, et gloria magna tui sæculi! Huc redi; et pulcher redi in gremium nostrum. Non precor ut ames, verum ut concedas amare. Scribimus, et oculi irrigan-*



*facit: vulgo dedit.—89 Gudd. cum al. conspiciat, quæ conspicit.—90 Scr. cum al. eris.—96 Gud. 1. cum plerisque scriptis sed quod amare sinas. Gr. d. 2. cum*

## NOTÆ

est, quam a cantus amœnitate et lascivia sic dictam volunt. Hic vero per illam studium intellige Poëtices, et rerum delectabilium.

85 *Primæ lanuginis ætas*] Id est, Juvenilis.

*Lanuginis*] Lanugo vocantur primi et teneri pili, quales adolescentium genis cernuntur. *Du poil follet.*

86 *Abstulit*] In amores illectam ab omni re alia avertit.

*Anni*] Id est, Si amoribus eo tempore indulsit, cum a viris poteram amari.

87 *Hunc*] Phaonem.

*Cephalo*] Hunc Aurora amavit; cujus fabulam prolixè in *Metamorph.* videbimus.

*Aurora*] Vocativi est casus: illam enim compellat Sappho. Quo artifi-

cio Phaonem suum elegantissimum fingit.

88 *Prima*] Cephalus; quem rapuisse Auroram finxerunt Poëtæ.

89 *Phæbe*] Luna, Phœbi soror.

90 *Jussus*] Ad Endymionis pastoris fabulam alludit; quem perpetuo somno a Jove damnatum Luna dicitur amasse.

91 *Eburno*] Lunæ argenteum, Veneri eburneum currum Poëtæ tribuerunt.

92 *Marti*] Martis cum Venere adulterium vel pueris notum. Dicit Sappho, quod nisi Venus suis cum Marte amoribus detineretur, Phaonem sibi præriperet.

93 *O nec*] Phaonis sui ætatem aliaque bona, furore amoris correpta, Sappho miratur.

Scribimus, et lacrymis oculi rorantur obortis:

Aspice, quam sit in hoc multa litura loco.

Si tam certus eras hinc ire, modestius isses;

Et modo dixisses: Lesbi puella, vale.

100

Non tecum lacrymas, non oscula summa tulisti.

Denique non timui, quod dolitura fui.

Nil de te mecum est, nisi tantum injuria; nec tu,

Admoneat quod te, pignus amantis habes.

Non mandata dedi; neque enim mandata dedissem

105

Ulla, nisi, ut nolles immemor esse mei.

Per tibi, qui nunquam longe discedat, Amorem,

Perque novem juro, numina nostra, Deas;

*tur lacrymis prorumpentibus. Vide, quam multa litura sit in hoc loco. Si tam bene constitueras hinc discedere, lenius discessisses; et saltem dixisses: Vale, puella Lesbi. Non portasti tecum lacrymas, non suavia ultima. Denique non metui, quod fui fletura. Nihil est mecum de te, nisi tantum injuria: nec te coarguit, quod tu habes pignus amantis. Non jussis instruxi: neque vero jussis ullis instruxissem, nisi ut non oblivisceris mei. Juro tibi per Cupidinem, qui nunquam procul abeat, et per novem Deas, nostra numina! cum,*

//////////

al. *sed ut am.* Unus *sed te ut am.*—100 Al. *Si mihi dixisses.* Nonnulli *Si modo.*—101 Al. *oscula nostra.*—103-104 Vulgo *nec te Admoneat* (vel *Admonuit*) *quod tu munus a. h. V.* et Ma. *nec te Admonui, quod tu munus a. h.*—107 Al. *discedit.*

#### NOTE

96 *Verum ut]* Durum hoc cl. Heinsio visum: adeoque legeret *Me sed.*

98 *Multa]* Quam fecerunt lacrymæ.

99 *Moderius isses]* Rusticitatem accusat, quod discedens ne amasiam quidem salutaverit.

100 *Lesbi puella]* Hæc erat appellatio, sine omni amoris indicio.

101 *Summa]* Ultima.

102 *Non timui]* Nulla vero hic a Phaone injuria, verba si spectes: at metonymice per *non timere discessum*, intelligendum est, de eo Phaonem non monuisse.

*Quod dolitura]* Discessum.

103 *Injuria]* Quod, scil. me deseruisti. Nam ad concubitum referre non placet.

104 *Admoneat]* *Admonuit* alii. Cau-

sam ostendit, inquit Domitius, quare munera discedentibus amicis dari accipique soleant; ut, scilicet, sint mementa amici absentis, cujus repræsentent memoriam. Malim ego ita intelligere, Nec pignora, quæ habes mei amoris, te admonuerunt, ut saltem discedens valediceres. Si tamen legas *admoneat*, Domitii favebis interpretationi.

105 *Non mandata dedi]* Sicuti mos est valedicentibus.

107 *Per tibi, qui nunquam longe discedit]* Alii habent *Per tibi, qui nunquam longe discedit, Amorem*, sensu, ut vides, diverso. Quamvis tu discesseris; perque amorem præsens es.

108 *Novem]* Musas.

Cum mihi nescio quis, Fugiunt tua gaudia, dixit;  
 Nec me flere diu, nec potuisse loqui. 110  
 Et lacrymæ deerant oculis, et lingua palato:  
 Astrictum gelido frigore pectus erat.  
 Postquam se dolor invenit; nec pectora plangi,  
 Nec puduit scissis exululare comis. 115  
 Non aliter, quam si gnati pia mater ademti  
 Portet ad exstructos corpus inane rogos.  
 Gaudet, et e nostro crescit mœrore Charaxus  
 Frater; et ante oculos itque reditque meos.  
 Utque pudenda mei videatur causa doloris;  
 Quid dolet hæc? certe filia vivit, ait. 120  
 Non veniunt in idem pudor atque amor: omne videbat  
 Vulgus; eram lacerò pectus aperta sinu.

*nescio quis, mihi dixit, Excessit tua voluptas, me diu nec lugere potuisse, nec verbum proferre. Et lacrymæ destituebant oculos, et lingua palatum: pectus erat oppressum gelido frigore. Postquam dolor se comperit; nec puduit pectora percuti, nec effietim ejulare capillis laniatis. Non aliter feci, quam si pia mater ferat ad rogos congestos corpus vacuum filii erepti. Frater Charaxus lætatur, et augetur ex nostro luctu; et meat et remcat ante vultus meos. Et ut causa meæ mœstitiæ videatur erubescenda; Quamobrem hæc luget? inquit: certe filia vivit. Pudor et amor non conveniunt: vulgus omne cernubat, nuda eram pectus amictu laniato. Tu, Phaon,*

Scr. discedet.—108 Ma. numina sancta.—111 Al. verba palato.—113 Al. dolor imminuit. Gudd. et Scr. cum al. mea pect. planxi.—114 Al. roptis comis.—116 Quidam codd. ferret ad. Li. ad extinctos.—117 Gudd. et Scr. mœrore Charaxis.—119 R. pudenda magis.—120 Scr. Quid dolor hic.—124 Mer. formosa.

## NOTÆ

109 *Gaudia*] Phaon, scil. quem gaudia sua, amatorie dicit.

110 *Nec potuisse*] Muti sunt, scilicet, affectus violenti.

112 *Frigore*] Sanguine, scilicet, per dolorem ad præcordia retracto.

113 *Invenit*] Alii *imminuit*, eodem sensu; sed istud præcedit: postquam enim remiserunt dolores, qui naturam opprimebant, ipsa sensus et vires revocat, et invenit. *Les sens se rappellent.*

116 *Inane*] Ex quo anima evolavit.

117 *Crescit*] Hanc figuram Gallice retinimus, cum ita aliquem ex alie-

nis malis exultantem interrogamus, *Etes-vous bien plus gras?*

118 *Ilque reditque*] Ejusmodi vero itiones sunt quasi insultationes: atque, ut metuunt, qui in mœrore degunt luctus suos, inimicos testes habere; ita aliis, qui sunt infensi iis, præsentia sua dolorem refricare et augere amant.

119 *Pudenda*] Quod te amem.

120 *Quid dolet hæc*] Verba sunt Charaxi sororem objurgantis: Quamobrem hæc luget?

*Vivit*] Adeoque luctus causam hanc non habet. Ex quo pronum erat ali-

- Tu mihi cura, Phaon; te somnia nostra reducunt,  
Somnia formoso candidiora die.
- Illic te invenio; quanquam regionibus absis; 125  
Sed non longa satis gaudia somnus habet.  
Sæpe tuos nostra cervice onerare lacertos,  
Sæpe tuæ videor supposuisse meos.
- Blandior interdum, verisque simillima verba  
Eloquor; et vigilant sensibus ora meis. 130  
Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,  
Aptaque consueras accipere, apta dare.  
Ulteriora pudet narrare; sed omnia fiunt:  
Et juvat, et sine te non libet esse mihi.
- At cum se Titan ostendit, et omnia secum; 135  
Tam cito me somnos destituisse queror.  
Antra nemusque peto; tanquam nemus antraque prosint:  
Conscia deliciis illa fuere tuis.

*mihî cura; somnia nostra, somnia splendidiora pulchro die, te reducunt. Illic te reperio; quanquam sis terris dissitus. Sed somnus non habet voluptatem satis prolixam. Sæpe videor premere brachia tua nostro collo; sæpe submisisse mea tuo. Nonnunquam mulceo, et profero voces simillimas veris; et ora mea sunt experrecta sensibus meis. Agnosco suavia, quæ solitus eras concedere linguæ, et sumere jucunda, et offerre jucunda. Erubesco referre cetera: sed omnia fiunt: et prodest, et mihi non placet esse sine te. At cum Titan se profert, et omnia secum; doleo somnos me dereliquisse tam cito. Me confero in specus et sylvas; tanquam sylvæ et specus juvent. Illæ fuerunt testes tuorum gaudiorum. Illic irrumpo amens, coma*

—129 Hoc distichon in Gud. Scr. et al. proxime sequenti postponitur.—131 Fr. lingua.—133 Gudd. et Scr. cum al. *Ulterius pudet hic.*—134 Gudd. et Scr. cum plerisque al. *non licet.* Fr. et sicca non licet; unde Burm. facit *siccæ.*

## NOTÆ

am et veram suspicari.

121 *Non veniunt*] Ratio est ejus quod sequitur. Pudorem dicit et amorem non eadem curare; adeoque se pudoris, quæ amorî indulsisset, rationem non habuisse. Ovidius alibi; 'Quid deceat non videt ullus amans.'

*Omne*] Populus tametsi me videret, negligebam tamen, et coram illo lacero eram pectore.

122 *Aperta*] Præ dolore, ob tuum discessum.

123 *Reducunt*] Reducem fingunt.

124 *Candidiora*] Quæ tuam speciem mihi exhibent.

125 *Illic*] In somniis.

126 *Non longa*] Quia experrectis evanescent.

129 *Verisque*] Id est, iis, quæ a vigilante proferuntur.

130 *Vigilant sensibus*] Id est, Os linguaque experrecta est, et prompta ad exprimendum ea, quæ animo percipio et sentio.

135 *Titan*] Sol, ex Titanibus ortus.

136 *Queror*] Voluisset nempe diu-

Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho  
 Impulit, in collo crine, jacente, feror. 140  
 Antra vident oculi scabro pendentia topho,  
 Quæ mihi Mygdonii marmoris instar erant.  
 Invenio sylvam, quæ sæpe cubilia nobis  
 Præbuit, et multa texit opaca coma:  
 At non invenio dominum sylvæque meumque. 145  
 Vile solum locus est; dos erat ille loci.  
 Agnovi pressas noti mihi cespitis herbas:  
 De nostro curvum pondere gramen erat.  
 Incubui; tetigique locum, qua parte fuisti:  
 Grata prius lacrymas combibit herba meas. 150  
 Quin etiam rami positis lugere videntur  
 Frondibus, et nullæ dulce queruntur aves.

*sparsa per cervicis, ut quam Erichtho furibunda percudit. Oculi aspiciunt specus arcuatas topho aspero, quæ mihi erant pro Mygdonio marmore. Reperio sylvam, quæ sæpe suppeditavit nobis lectos, et obscura nos velavit multis frondibus: at non reperio Dominum et sylvæ et meum. Locus est terra aspernanda: ille erat præstantia loci. Agnovi herbas proculcatas cespitis mihi cogniti: herba erat trita de nostro pondere. Incubui; et tetigi locum, qui parte fuisti. Herba ante jucunda absorbet meas lacrymas. Quin etiam rami videntur dolere foliis amissis; et nullæ*

//////////

—138 Fr. Gnd. 2. et sex al. *fuere meis.*—139 Fr. *furialis Enyo.* Pal. et Fr. *Erinnis.*—140 Scripti multi, in his Gudd. et Scr. *Attulit in. Fr. Attigit.*—142 Scr. *Qui mihi erat.*—144 Vulgo *pressit opaca.* Ms. *Bersmanni multis pressit op. comis.*—145 Vulg. *sed non.*—147 Unus Heins. *Agn. pr. vestigia corporis, herbas.* Unus R. *modo vivi cesp.* Mer. *modo noti.*—150 Plerumque legitur *cum bibit.*—

## NOTE

tius Phaonem suum in sonnis amplecti.

139 *Erichtho*] Veneficiis famosa fuit Thessala mulier; cujus nomen hic pro qualibet venefica positum.

140 *Jacente*] Sparso; furentium more.

*Feror*] Huc illuc discurreo.

141 *Scabro*] *Raboteux.*

*Pendentia*] Abrupto, et, a natura, cavato topho facta.

142 *Mygdonii*] Phrygium intellige, quod pretiosissimum fuit: nam Mygdonia Phrygiæ est contermina, aut pars ejus, si Stephano credimus.

*Marmoris*] Quamdiu tecum eras, scilicet.

144 *Coma*] Arborum frondibus.

146 *Dos erat*] Phaon mens pretium dabat loco.

147 *Pressas*] Ubi Phaon et Sappho procubuerant, ibi herba erat proculcata. Affectus vero movent ejusmodi locorum commemorationes.

150 *Grata*] Nunc vero ingrata, cum tu absis.

151 *Positis*] Ingeniose admodum Inctus sui arbores, anni tempestate folia ceteroquin dimittentes, participes facit, ut suum augeat. Illæ enim

Sola virum non ulta pie mœstissima mater

Concinit Ismarium Daulias ales Ityn :

Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores.

153

Hactenus ; ut media cetera nocte silent.

Est nitidus, vitroque magis perlucidus amni,

Fons sacer ; hunc multi numen habere putant :

Quem supra ramos expandit aquatica lotos,

Una nemus ; tenero cespite terra viret.

160

*aves suaviter conqueruntur. Sola avis Daulias mater tristissima impie ulta matrem cantat Ityn Thracium. Avis celebrat Ityn, Sappho amores destitutos. Hactenus ; reliqua tacent, ut media nocte. Fons est sacer limpidus, et splendidior omni vitro : multi arbitrantur hunc habere Deum : supra quem lotos aquatica, quæ sola sylvam efficit, porrigit ramos : humus virescit molli cespite. Cum ego huc misissen*

~~~~~

153 *Prius pro pie antiqui libri habent.*—155 *Al. miseros decantat.*—156 *Mss. quidam et media. Gud. I. in media.*—157 *Maz. vitroque amni. Al. ut Gudd. et Scr. vitroque omne. N. vitroque magis p. amnis.*—159 *Scr. cum al. ram. extendit.*

#### NOTE

viriditate sua spoliata, solitudinem, frigus, mœstitiamque inducere videntur.

152 *Nullæ queruntur*] Adeoque maximus luctus ; maximi enim doloris signum est silentium.

*Dulce*] Est vero etiam sua in cantu lugubri suavitas.

153 *Non pie*] Quia in eo ulciscendo filium Ityn patri epulandum apposuit. Qua de re postea in *Metamorph.*

*Mater*] Progne est, Terei uxor, cuius fabulam vide sis in *Metamorph.* Philomelam vero sororem in lusciniam mutatam fuisse trita est fabula ; sed hic cum quibusdam aliis facit Ovid. qui Prognem dicit.

154 *Concinit*] Filii fata queritur.

*Ismarium*] Thracium ; ab Ismaro monte Thraciæ. Pater enim Tereus rex fuit Thraciæ.

*Daulias ales*] Luscinia avis, in quam mutata fingitur Progne. Quanquam, ut dixi, plerique, ipse etiam alibi Poëta noster, Philomelam in lusciniam, Prognem in hirundinem muta-

tam esse dicit. Vocatur vero *Daulias* a Daulia Phocidis urbe, ubi etiam Tereus imperium tenuisse scribit Thucydides.

*Ityn*] Fuit Itys Terei ex Progne filius, quem ipsa, quod Philomelæ sorori vim intulisset, patri comedendum apposuit.

155 *Ales*] Progne in lusciniam mutata.

156 *Hactenus*] Dixerat, ‘ nullæ queruntur aves :’ deinde tamen querularum et luctus consortem sibi fecerat Prognem, seu Lusciniam : nunc omnino præter suam et lusciniæ vocem, aliam ullam in sylva audiri negat.

*Media*] Quo tempore omnia silent et quiescunt.

159 *Lotos*] Arbor est in Africa, cuius fructu qui vescuntur lotophagi dicti sunt. Tantæ autem dicitur esse fructus ille suavitatis, ut vix illinc abduci possint, qui eum semel gustaverunt : patriæque oblivionem inducat.

160 *Una nemus*] Appositio. Dicit



Hic ego cum lassos posuissem fletibus artus,  
 Constitit ante oculos Naias una meos.  
 Constitit, et dixit, Quoniam non ignibus æquis  
 Ureris, Ambracias terra petenda tibi.  
 Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit æquor; 165  
 Actiacum populi Leucadiumque vocant.  
 Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore,  
 Misit, et illæso corpore pressit aquas.  
 Nec mora: versus Amor tetigit lentissima Pyrrhæ  
 Pectora; Deucalion igne levatus erat. 170  
 Hanc legem locus ille tenet. Pete protinus altam  
 Leucada; nec saxo desiluisse time.

*membra defessa luctibus, Naias una astitit ante vultus meos. Astitit, et dixit, Quandoquidem non inflammata es ignibus mitibus, tellus Ambracias tibi est adenda. Phæbus spectat e sublimi, mare, quantum porrigitur: populi appellant Actiacum et Leucadium. Deucalion, flagrans amore Pyrrhæ, se hinc præcipitem dedit, et impulit aquas corpore inoffenso. Et statim, amor mutatus morit frigidissimum cor Pyrrhæ; Deucalion erat sanatus ardore. Ille locus habet hanc conditionem: adi sublimem Leucada sine mora; nec reformida te misisse ex scopulo. Postquam*

//////////

—161 Scr. et al. cum fessos. *Fletibus* quatuor Heins. vulgo *febilis*.—162 Ita N. Plerique, in his Gudd. et Scr. *Formosus puer est visus adesse mihi*: alii, *Ante oculos visa est Nais adesse meos*.—163 Gud. 1. et Scr. cum pluribus al. *quæ nunc non ign.* Bersm. *quid nunc non*.—164 *Ambracia* V. Gud. et Scr. Al. *Ambrachiis, Ambrachiæ, Ambrachis*.—166 *Actiacum* Scal. et Sa. vulgo *Actæum*.—169 N. *amor fugit lentissimam mersi*. Al. *jussus am. tet. lætissima Pyrrhæ, vel justus amor, vel jussus amans, quomodo* Gud. 1. et Scr. Gud. {2. *usus amans*.—

#### NOTE

unam arborem ramorum suorum vastitate nemus efficere.

162 *Naias*] Sunt Naiades fontium nymphæ.

163 *Non æquis*] Omnino, siquidem a Phaone relicta esset.

164 *Ambracias*] Alii habent *Ambracia*. Acarnaniam intellige, ad Ambracium sinum positam; in qua urbs fuit Actium, quæ templum Apollini seu Phæbo sacrum habuit.

*Petenda*] Quamobrem dicitur postea.

165 *Phæbus*] Templum illi dicatum.

166 *Actiacum*] Ab Actio oppido.

*Leucadiumque*] A Leucade nunc vi-

cina insula; quam olim Acarnaniæ adhæsisse, unamque simul cum illa Peninsulam, seu Chersonesum, fecisse scripsit Strabo.

167 *Deucalion*] Promethei fuit filius; a quo et Pyrrha uxore post diluvium reparatum dicitur genus humanum.

169 *Versus*] Mutatus: a Deucalione in Pyrrham conversus.

*Tetigit*] Ad amandum impulit.

*Tetigit lentissima Pyrrhæ*] Nageirius habet, *fugit lentissima mersi*.

*Lentissima*] Tarde ad amorem inclinantia; non amantia. Convitium est amatorium.

Ut monuit; cum voce abiit. Ego frigida surgo:  
 Nec gravidæ lacrymas continuere genæ.  
 Ibimus, o Nymphæ, monstrataque saxa petemus: 175  
 Sit procul insano victus amore timor.  
 Quicquid erit, melius quam nunc erit. Aura, subito;  
 Hæc mea non magnum corpora pondus habent.  
 Tu quoque, mollis Amor, pennas suppone cadenti;  
 Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ. 180  
 Inde chelyn Phœbo, communia munera, ponam;  
 Et sub ea versus unus et alter erunt:  
 Grata lyram posui tibi, Phœbe, poëtria Sappho:  
 Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

*hortata est, excessit cum voce. Ego frigida erigo: nec palpebræ turgidæ cohibuerunt lacrymas. Proficiscemur, o Nymphæ, et adibimus scopulos indicatos. Metus recedat superatus amore furioso. Quicquid erit, erit jucundius quam nunc. Aura subito: et mea corpora non sunt multum gravia. Tu etiam, tener Cupido, submitte pennas ruenti: ne defuncta sim probrum aquæ Leucadiæ. Inde appendam Phæbo cithuram, munera communia: et versus unus et alter inscribentur sub ea: Sappho vates, memor tibi suspendi lyram, Phæbe: illa mihi apta est, illa tibi apta*

//////////

173 Al. *territa surgo. Scr. pallida.*—174 Fr. *Nec lacrymas oculi contin. mei.*—177 Scr. *melior.*—178 *Hæc mea Scr. Vulgo Et mea.*—182 *Erunt Sa. et Fr. Vulgo erit.*—183 *Posui F. et unus Heins. Vulgo posuit. Nonnulli habent*

#### NOTÆ

- 170 *Ignē*] Amore.  
 171 *Hanc legem*] Ut qui ex illa petra in mare sese immitteret amoris flamma levaretur.  
 172 *Desiluisse*] In mare te dedisse.  
 173 *Abiit*] Naias, scil.  
 176 *Timor*] Se de saxo dejiciendi.  
 177 *Quicquid erit*] Mortem sibi non vult ominari: sed eam tamen præsentī calamitate minus molestam dicit.  
*Aura, subito*] Jam, quasi sese in mare mittere vellet, auram, quæ corpus sustineat, appellat, ut subeat.  
 178 *Non magnum*] Adeoque me facile poteris sustinere.  
 179 *Pennas*] Mos fuit, ut in Apollinis Actiaci sacrificio, sontem aliquem ex specula dejicerent, avertendæ numinis iræ gratia; quem ta-
- men pennis instruebant, multisque naviculis excipere conabantur, ut postea servatum extra patrios fines mitterent. Ad illud jam alludit Sappho.  
 180 *Crimen*] Id est, invidiæ et infamiæ causa.  
 181 *Inde*] Postquam ex aqua prodierim.  
*Chelyn*] Per Testudinem, seu Græcorum Chelyn, citharam intellige, ex testudine animali primo a Mercurio fabricatam.  
*Communia*] Fuit vero Cithara, quam suam facit Sappho, quod versus lyricos ad eam cantandos compoueret, etiam Apollinis ejus inventoris proprium gestamen.  
*Ponam*] Appendam; sacra faciam.  
 183 *Grata*] Quod tuo numine sim

Cur tamen Actiacas miseram me mittis ad oras, 185  
 Cum profugum possis ipse referre pedem?  
 Tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda:  
 Et forma et meritis tu mihi Phœbus eris.  
 An potes, o scopulis, undaque ferocior illa,  
 Si moriar, titulum mortis habere meæ? 190  
 At quanto melius jungi mea pectora tecum,  
 Quam poterant saxis præcipitanda dari!  
 Hæc sunt illa, Phaon, quæ tu laudare solebas;  
 Visaque sunt toties ingeniosa tibi.  
 Nunc vellem facunda forent. Dolor artibus obstat; 195  
 Ingeniumque meis substitit omne malis.  
 Non mihi respondent veteres in carmina vires:  
 Plectra dolore taent; muta dolore lyra est.

*est. Cur tamen me alegas in littora Actiaca, cum ipse possis retroagere pedem exulem? Tu mihi plus potes esse salutaris, quam aqua Leucadia: tu eris mihi Phœbus et pulchritudine et beneficiis. An potes, o scior saxis, et aqua illa, dici causa meæ mortis, si peream? At quanto melius mea pectora poterant copulari tecum, quam tradi dejicienda ex scopulis! Hæc sunt illa, Phaon, quæ tu consueveras probare; et sunt visa tibi toties solertia. Nunc vellem diserta essent: mæror officit ingenio; et omne acumen obtusum meis malis. Antiquæ vires non mihi sufficiunt, in carmina. Plectra silent luctu: lyra muta est luctu. Lesbides marinæ, pro-*

*Poetica.*—185 Gud. 1. *Cur mihi:* 2. cum al. *Cur nunc:* Li. *Cur modo ad:* Sa. *Cur precor:* unus Heins. *Cur ferus.* Quidam codd. *mæstam me m.*—188 *Et forma et meritis e conj.* Heins. vulgo *formæ meritis:* R. *forma.*—189 Fr. *ferocior omni:* Maz. et W. *ulla.*—191 Al. *Ah quanto, Ah quantum, O quanto.* W. *mea corpora.*—194 Gud. 2. *sunt oculis invidiosa tuis.*—195 Gud. cum al. *forem.*—196 Fr. *succidit omne.* Scr. *sustulit omne magis.*—197 Duo Li. *in carmine.*

## NOTÆ

servata, grato animo recolens.

185 *Cur tamen*] Jam Phaonem Sappho alloquitur.

190 *Titulum*] Adeoque mortis meæ causa esse.

193 *Hæc*] Carmina.

195 *Facunda*] Ut reditum persuaderent.

*Dolor*] Dolorem dicit non sinere ut artificiosa pangat carmina.

196 *Substitit*] Vere equidem necessitatem omnium inventorum matrem esse dicunt: at certe non om-

nis necessitas est inventrix. Necessitati sua est lex etiam et necessitas, ne certas quasdam metas transgrediatur, quas ultra adeo non acuit ingenium, ut contra illud retundat atque hebetet.

197 *Respondent*] Non mihi præsto sunt. Elegantissime vero hic illa est vox posita.

198 *Plectra*] Plectrum instrumentum est quo chordæ fidesve pulsantur.

Lesbides æquoreæ, nupturaque nuptaque proles ;  
 Lesbides, Æolia nomina dicta lyra ; 200  
 Lesbides, infamem quæ me fecistis amatæ,  
 Desinite ad citharas turba venire meas.  
 Abstulit omne Phaon, quod vobis ante placebat ;  
 (Me miseram ! dixi quam modo pæne, meus !)  
 Efficite ut redeat ; vates quoque vestra redibit. 205  
 Ingenio vires ille dat, ille rapit.  
 Ecquid ago precibus ? pectusne agreste movetur ?  
 An riget ? et Zephyri verba caduca ferunt ?  
 Qui mea verba ferunt, vellem tua vela referrent :  
 Hoc te, si saperes, lente, decebat opus. 210

*genies nuptura et nupta ; Lesbides, nomina celebrata lyra Æolia ; Lesbides dilectæ quæ me præstitistis infamem, omittite accedere turba ad meas lyras. Phaon, (me infelicem ! quam propemodum modo dixi, Meus !)* auerit omne, quod vobis antea arridebat. Perficite, ut revertatur ; vates quoque vestra reverietur. Ille præbet vires ingenio, ille aufert. Ecquid promorvo precibus ? Anne cor durum tungitur ? An obfirmatur ? et Zephyri rapiunt verba inania ? Opturem, ut qui abripiunt mea verba, reducerent tua velu. Hoc opus, si saperes, tarde, te decebat.

—198 Unus Med. dolore silent : margo Bersm. jucent.—199 Gud. 1. Scr. nuptura nuptaque.—200 Gud. 2. numina.—201 Gud. et Scr. amare.—203 W. O. Li. et Maz. quod nobis.—204 Al. quem modo : al. quæ.—207 Al. Ecquid ego : Ecquid ego hæc : Hæc quid ego an : unus Hæc ego quid. Sa. Hæc quid ego ? an precibus tibi pectus agr. m.—210 Scr. si faceres.—211 Al. paramus. Gudd. puppisque tua rot.

## NOTÆ

199 *Lesbides*] Quas docuit et amavit puellas, Sappho compellat. Hujus vero vocis repetitione non modo usus est Ovidius majoris affectus declarandi, sed etiam Sapphus, cui hæc figura fuit familiaris, imitandi causa.

*Æquoreæ*] Quia insulares.

200 *Æolia*] Id est, lyra Sapphus Æoliæ, sen Lesbix : fuit enim Lesbos Æoliæ, Asiæ minoris regiunculæ, immo Æolicarum ferme urbium Metropolis, ut scribit Strabo : unde et Æolicam linguam originem sortitam esse auctor est Dionysius.

*Dicta*] Celebrata.

201 *Infamem quæ*] Concubinas intelligit.

202 *Desinite*] Quamobrem dicit versu sequenti.

203 *Abstulit*] Scilicet neque versus facere, neque eos lyræ sociare, absente Phaone suo, amabat.

205 *Efficite*] Puellas easdem quas modo appellat.

207 *Ecquid ago*] Scripti plerique, *Hæc quid ego*, vel *Ecquid ego* ; Unus, *Hæc ego quid ?* Heinsius legit, *Sei quid ego hæc ?* prout sæpe noster alii que locuti sunt : quæ quidem lectio mihi placeret.

*Pectus*] Phaonis, scil.

208 *Riget*] Duritiam suam servat. *Zephyri*] Venti. Spirat vero Zephyrus ab occasu æquinoctiali.

*Caduca*] Mea, scil. quæ Phaonis animum non possint mollire.

*Ferunt*] Inutilia sunt.

209 *Qui mea*] Non frustra ferunt

Sive redis, puppique tuæ votiva parantur  
 Munera; quid laceras pectora nostra mora?  
 Solve ratem. Venus orta mari, mare præstat amanti.  
 Aura dabit cursum; tu modo solve ratem.  
 Ipse gubernabit residens in puppe Cupido; 215  
 Ipse dabit tenera vela, legetque, manu.  
 Sive juvat longe fugisse Pelasgida Sappho:  
 (Non tamen invenies, cur ego digna fuga):  
 Hoc saltem miseræ crudelis epistola dicat:  
 Ut mihi Leucadiæ fata petantur aquæ. 220

*Seu reverti cogitas, et dona votiva apparantur tuæ navi; quamobrem mactas nostrua pectora cunctatione? Tolle anchoras. Venus procreata mari, præbeat mare venienti. Ventus præstabit reditus. Tu tantum tolle anchoras. Ipse Cupido sedens in puppi reget: ipse pandet et colliget vela molli manu. Sive placet longe effugisse Sappho Pelasgida; non tamen comperies, quamobrem ego digna fuga. O saltem epistola dura dicat miseræ; ut fata mihi quærantur aquæ Leucadiæ.*

paramus; Scr. totum hoc distichon omittit.—212 Fr. quid crucias p. n. tuis.—213 In Li. hoc et sequens distichon desiderantur. Gudd. et Scr. cum al. præstat eunti. Al. sternet, vel sternit am.—214 In hoc versu Gud. 2. epistolam finit.—216 Nonnulli Mss. regetque manu.—219 Gud. 1. et Scr. cum al. O saltem.—220 R. saxa petantur.

## NOTÆ

vela, qui venti frustra ferunt verba.

210 *Hoc opus*] Reditus.

211 *Redis*] De reditu cogitas.

*Votiva*] Quæ navi salva, teque re-  
 duce persolvantur.

213 *Orta mari*] Ex ejus spuma for-  
 matam voluerunt Poëtæ.

*Mare*] Alii habent, mare præstat  
 amanti; quod Heinsio placuit.

216 *Leget*] Contrahet.

217 *Pelasgida*] Græcam, Lesbiam-  
 que: per universam enim Græciam  
 vagos errasse Pelasgos, nomenque  
 suum plurimis dedisse auctor est Stra-  
 bo, Hesiodum Homerumque secu-  
 tus.

218 *Non tamen*] Parenthesim, quam  
 hinc deturbaverat Heinsius, huc re-  
 vocandam judicavi.

219 *Hoc saltem*] Alii *O saltem*, eo-

dem prope sensu: quod et ex Scrip-  
 tis, Cl. Heinsii testimonio, procul du-  
 bio est præferendum. Postremum  
 vero hoc distichon, quod attinet, vix  
 est ut pro legitimo agnoscat idem  
 Heinsius; nec satis assequi, quid sibi  
 velit, fatetur. Cur ita crediderit Vir  
 clarissimus certe non video: immo,  
 absque hoc disticho epistolæ clausu-  
 lam suam deesse, mihi quidem vide-  
 tur. Sensus profecto apertus est: Si,  
 inquit, velis longe a me fugere, mo-  
 neas saltem, ut huic malo remedium  
 in aquis Leucadiiis quæram.

220 *Leucadiæ fata*] Id est, Quæ  
 per eas aquas absolvantur. In eas  
 vero se immisisse Sappho, auctor est  
 Strabo: quod quidem mihi loco est  
 fabulæ.

## EPISTOLA XVI.

## PARIS HELENÆ.

## ARGUMENTUM.

PARIS, qui alio nomine Alexander dictus est, ob Helenam sibi a Venere promissam, navigat Lacedæmona: ubi a Menelao honorifice acceptus est. Menelaus, ad procurandam ab Atreo relictam hæreditatem, in Cretam proficiscitur: atque interea, dum alias res agit, Helenam suam committit Paridi, serioque bonum hunc illi hospitem commendat. Paris amator, hanc oblatam sibi opportunitatem minime negligendam ratus, omnibus modis Helenam sollicitat, eidemque hac epistola artificiose amoris sui æstum significat, ab omnibus sese commendans virtutibus, quibus laudari amatores solent. Et, quia muliebrem esse sexum fragilem noverat, formæque gloria duci, nihil prætermittit Paris, quo conciliare sibi Helenes animum possit, maritumque in contentum ejus adducit. Suadet ergo fugam, quam facile tueri sese Trojanis viribus posse confirmat.

HANC tibi Priamides mitto, Ledæa, salutem;

Quæ tribui sola te mihi dante potest.

Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ;

Et plus, quam vellem, jam meus extat amor?

Ille quidem malim lateat; dum tempora dentur

5

Lætitiæ mixtos non habitura metus:

Ego Priamides mitto tibi, o filia Ledæ, hanc salutem, quæ potest mihi advenire te sola præbente. Dicamne? An non est opus indice flammæ cognitæ; et amor jam plus apparet, quam cuperem? Malim equidem ille tegatur; donec tempora

//////////

1 Burm. Hac tibi. Heins. malebat Ledæi.—6 Gr. pro divers. lect. nexos

## NOTÆ

1 Priamides] Filius Priami.

Ledæa] Helena, filia Ledæ.

3 Eloquar] Anne opus est verbis tibi amorem meum patefacere? De liberatione vero utitur, ut paulatim,

utpote in turpi causa, subdola obrepit oratio.

Flammæ] Amori jam tibi cognito.

4 Extat] Apertus, cognitus est.

6 Non habitura] Postquam cogno-

Sed male dissimulo; quis enim celaverit ignem,  
 Lumine qui semper proditur ipse suo?  
 Si tamen expectas, vocem quoque rebus ut addam;  
 Uror. Habes animi nuntia verba mei. 10  
 Parce, precor, fasso; nec vultu cetera duro  
 Perlege, sed formæ conveniente tuæ.  
 Jamdudum gratum est, quod epistola nostra recepta  
 Spem facit, hoc recipi me quoque posse modo:  
 Quæ rata sint, nec te frustra promiserit, opto, 15  
 Hoc mihi quæ suasit, mater Amoris, iter.  
 Namque ego divino monitu, ne nescia pecces,  
 Advehor; et cæpto non leve numen adest.

*concedantur non habitura timores conjunctos gaudio. Sed male fingo: quis enim occultaverit ignem, qui ipse semper detegitur splendore suo? Si tamen cupis ut verba quoque rebus adjiciam, urdeo: habes voces indices meæ mentis. Ignosce, quæso, confitenti; nec perlege reliqua vultu scervo, sed digno tuæ pulchritudinis. Jamdudum juvat, quod litera nostra accepta spem fovet, me quoque posse accipi hoc modo. Quæ certa sint, percipio, nec mater Cupidinis, quæ me ad hoc iter compulit, te incassum pollicita sit. Namque, ne ignorans impingas, ego advenio hortatu divino; et numen non parvum favet ausibus. Peto equidem magnam mercedem,*

//////////

pro mixtos.—9 Jun. et quatuor al. expectes. Leid. et duo al. Sed tamen expectas.—12 L. unus Respice, scd.—13 Vulgo recepta est: Spem, &c. Sed a P.

#### NOTÆ

vero me tibi non esse ingratum, te quoque uno et eodem amore teneri; si modo tanta me manet delectatio.

7 *Ignem*] Egregia Amoris cum igne comparatio.

9 *Rebus*] Quibus satis superque amorem meum prodidi.

10 *Uror*] Amore ardeo.

11 *Fasso*] Mihi, qui confessus sum amorem meum.

*Duro*] Difficili, irato, infeaso.

12 *Conveniente*] Leni, facili.

13 *Jamdudum*] *Il y a long-temps.* Temporis habet rationem hæc vocula: at nonnunquam rerum de quibus agitur connexum, et consequentiæ necessitatem notat. Quæ vis vocis et significatio melius sentitur, quam exprimitur. Locus est in Terentii Eunucho, ex quo maxime, quid

ego velim, cognosci possit. Ibi, de meretricula, sic ad Thrasonem loquitur Gnatho; 'Quando illud, quod tu das, expectat atque amat, Jamdudum amat te: jamdudum illi facile fit, Quod doleat.' *Jamdudum* in nostro Ovidii loco sic resolvat: Statim mihi et valde gratum fuit; mihi quæ gratulatus sum, jamque gratum est, quod aperte et statim gratum fuit.

*Recepta*] Metri causa ea voce usus est: cujus loco dicimus *accepta*.

14 *Hoc*] Quo epistola recepta.

15 *Quæ*] Ab Helena recipi, scilicet: Lætum amoris exitum habere, &c.

*Te*] Helenam Paridi Venus promiserat, cum pro sua pulchritudine iudicium in monte Ida tulisset.

16 *Hoc*] Quod tui videndæ et ob-

Præmia magna quidem, sed non indebita, posco ;  
 Pollicita est thalamo te Cytherea meo. 20  
 Hac duce Sigæo dubias a littore feci  
 Longa Phereclea per freta puppe vias :  
 Illa dedit faciles auras ventosque secundos :  
 In mare nimirum jus habet orta mari.  
 Perstet ; et, ut pelagi, sic pectoris adjuvet æstum ; 25  
 Deferat in portus et mea vota suos.  
 Attulimus flammæ, non hic invenimus, illas ;  
 Hæ mihi tam longæ causa fuere viæ.  
 Nam neque tristis hyems, neque nos huc appulit error :  
 Tænaris est classi terra petita meæ. 30

*sed non indebitam. Cytherea promisit te cubiculo meo. Hac duce, iter feci incertum ab ora Sigæa, per vasta maria navi Phereclea. Illa præbuit auras lenes, et ventos faventes. Scilicet mari procreata habet potestatem in mare. Permaneat ; et, sic mulceat impetum cordis, ut mulsit impetum maris : et perducatur in portus suos mea optata. Adveximus illos ignes, non hic reperimus. Illi fuerunt mihi causa tam prolixo itineris. Nam neque sæva tempestas, neque error nos huc applicuit. Tellus Tænaris est quæsitæ meæ classi. Nec arbitrare me sulcare maria*

et quatuor al. abest τὸ est, et distinctio.—15 Sint P. Vulgo sit.—24 Pro nimirum Gu. 3. et a correct. 2. cum al. nil mirum.—25 Gu. 3. Præstet et : 4.

## NOTÆ

tinendæ causa in Græciam suscepti.

*Mater amoris*] Venus.

17 *Ne nescia pecces*] Sic intellige : Ne pecces, si nesciveris me divino instinctu quicquid in hac re conor, incipere.

19 *Non indebita*] Quia a Venere promissa ; quo tempore maxima in ejus gratiam, a Junone et Minerva, Paris contempsit.

20 *Cytherea*] Venus ; a Cytheris insula inter Cretam et Peloponnesum, quo primum e mari emergens appulisse dicitur, ita dicta.

21 *Sigæo*] Trojano ; a Sigæo promontorio.

*Dubias*] Scilicet in mari via non est trita.

*Feci*] Dubiam a Troja in Græciam navigationem suscepti.

22 *Phereclea*] Eo nomine, a Phereclo fabricatore, appellata est navis quæ Alexandrum vexit, quod ex Homero liquet.

25 *Perstet*] Ut mihi hactenus, ita porro faveat Venus.

*Pectoris æstum*] Amorem.

26 *Deferat*] Ad optatum exitum vota mea perducatur.

*Vota*] Quæ erant, ut Helena potiretur.

27 *Attulimus*] Se dicit, ante visam Helenam, Trojæ ejus amore arsisse.

29 *Hyems*] Tempestas. Ita et loquitur Horatius, itemque Virgilius.

30 *Tænaris*] Laconica ; a Tænaro promontorio.

*Petita*] Id est, Dedita opera, propter te, in hanc regionem iter direxi.



Nec me crede fretum merces portante carina  
 Findere : quas habeo, Di tueantur, opes.  
 Nec venio Graias, veluti spectator, ad urbes :  
 Oppida sunt regni divitiora mei.  
 Te peto ; quam lecto pepigit Venus aurea nostro. 35  
 Te prius optavi, quam mihi nota fores.  
 Ante tuos animo vidi, quam lumine, vultus :  
 Prima fuit vultus nuntia fama tui.  
 Nec tamen est mirum, si, sicut oporteat, arcu  
 Missilibus telis eminus ictus, amo. 40  
 Sic placuit fati : quæ ne convellere tentes,  
 Accipe cum vera dicta relata fide.  
 Matris adhuc utero, partu remorante, tenebar ;  
 Jam gravidus justo pondere venter erat :

*navi ferente mercimonia : Dii servent divitias, quas possideo. Nec advehor tanquam spectator ad urbes Græcas : urbes mei regni sunt splendidiore. Te quæro ; quam formosa Venus pollicita est nostro toro. Te ante expetivi, quam mihi esses cognita. Intuitus sum prius tuam faciem mente, quam oculis : fama fuit prima nuntia tuæ formæ. Nec tamen est mirum, si, ut par est, sagittis procul arcu emissis, vulneratus amo. Sic fata voluerunt ; quæ ne studeas infringere, accipe verba prolata cum certa fide. Eram adhuc in matris utero, partu cunctante ; jam*

*Præstitit. Al. æstus.—26 Helm. vota tuos.—33 Alii veni.—39 Heins. sicut oportuit actum. Versus, qui proxime sequuntur, centum et quatuor (39-142.) desiderantur in Guelferbytanis, Helm. atque in omnibus omnino scriptis codd. uno Palatino, eoque recentiori, excepto. Scaliger etiam versus 39-42. quod cum superioribus non satis apte cohæreant, ut spurios hinc summoven-*

## NOTÆ

31 *Nec me*] Neque etiam credas me, faciendæ mercaturæ causa, per maria currere.

32 *Quas habeo*] Quasi dicat, Nil mihi est opus, ut fiam dives, maris pericula subire : jam sunt amplissimæ, si modo Dii servaverint, opes paratæ.

35 *Aurea*] Formosa, magnifica, munifica, &c.

37 *Lumine*] Oculis.

39 *Nec tamen*] Ab hoc versu 39. ad 143. ex omnibus scriptis codicibus centum et quatuor versus absunt, quos tanquam nothos non im-

merito, qui, neque hac una causa rejiciendi, plerique rejecerunt.

*Si, sicut oporteat, arcu*] Hæc sana non esse putat clariss. Heinsius : legitque *sicut oportuit actum*. Nihil mutavero. Sensus vero est, nihil mirum esse, si Cupidinis arcu et telis, eminus, sicuti missilibus oporteat, ictus, amet.

41 *Convellere*] Irrita facere.

42 *Accipe*] Id est, Andi, quæ mihi dicta sunt, tibi que cum vera fide refero. Digressio est, qua causam et amoris sui originem est expositurus.

|                                                 |    |
|-------------------------------------------------|----|
| Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni   | 45 |
| Flammiferam pleno reddere ventre facem.         |    |
| Territa consurgit; metuendaque noctis opacæ     |    |
| Visa seni Priamo, vatibus ille, refert.         |    |
| Arsuram Paridis vates canit Ilion igni:         |    |
| Pectoris, ut nunc est, fax fuit illa mei.       | 50 |
| Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar, |    |
| Indicium tectæ nobilitatis erant.               |    |
| Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ       |    |
| Devius, et piceis ilicibusque frequens;         |    |
| Qui nec ovis placidæ, nec amantis saxa capellæ, | 55 |
| Nec patulo tardæ carpitur ore bovis:            |    |
| Hinc ego Dardaniæ muros, excelsaque tecta,      |    |
| Et freta prospiciens, arbore nixus eram.        |    |
| Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moveri:    |    |
| Vera loquar, veri vix habitura fidem:           | 60 |

*venter tumescebat justo onere. Illa visa est sibi sub specie somni emittere utero gravido tædam maximam inflammatam. Tremefacta erigitur, et narrat Priamo seni somnia reformidanda noctis obscuræ; ille enarrat aruspibus. Aruspex respondet Trojam flagraturam flamma Paridis. Illa fuit fax pectoris mei, ut nunc est. Species, et vis animi, quamvis videbar de plebe, erant signum nobilitatis absconditæ. Est locus devius in vallibus frondosis mediæ Idæ, et consitus piceis et ilicibus: qui neque tundetur ore mitis ovis, nec capræ sectantis rupes, nec patulo ore lentæ vaccæ. Ego hinc prospectans mœnia, et domus sublimes Trojæ, et maria, fultus eram arbore. Ecce tellus visa est mihi agitari ictu pedum: dicam vera, vix*

dos existimat.—49 Ed. Ald. *Arsurum*.—53 Francius malebat mediis nemorosæ vallibus Idæ.—60 Veri reposuit Heins. pro vulg. vero.—62 Al. *Atlantisque*

#### NOTE

47 *Noctis*] Id est, Quæ per noctem in somnis viderat.

*Opacæ*] Obscuræ.

48 *Vatibus*] Ut somni sensum scrutarentur, illudque interpretarentur.

49 *Paridis*] Prolepsis est; nondum enim nomen illud habebat, qui nequidem natus erat.

*Igni*] Quem Patriæ ex suo amore, bello ideo inter Græcos Trojanosque concitato, intulit.

50 *Pectoris*] Id est, Amorem, quo uror, fax illa significabat. *Vatum*

conjectionem invertit, ut de amore suo tantum facem illam interpretetur.

51 *Forma vigorque*] Hoc distichon post hujus epistolæ versum nonagesimum rejicit clar. Heinsius. Quam merito hoc loco alienum dixerit, nullus, credo, non videbit.

52 *Tectæ*] Sub pastoris habitu latentis.

53 *Idæ*] Ida mons fuit Phrygiæ, in quo Paris educatus fuit.

54 *Devius*] Ab omni via trita remotus.

Constitit ante oculos, actus velocibus alis,  
 Atlantis magni Pleionesque nepos:  
 Fas vidisse fuit; fas sit mihi visa referre:  
 Inque Dei digitis aurea virga fuit.  
 Tresque simul Divæ, Venus, et cum Pallade Juno, 65  
 Graminibus teneros imposuere pedes.  
 Obstupui, gelidusque comas erexerat horror;  
 Cum mihi, Pone metum, nuntius ales ait.  
 Arbiter es formæ: certamina siste Dearum;  
 Vincere quæ forma digna sit una duas. 70  
 Neve recusarem, verbis Jovis imperat: et se  
 Protinus ætherea tollit in astra via.  
 Mens mea convaluit, subitoque audacia venit;  
 Nec timui vultu quamque notare meo.  
 Vincere erant omnes dignæ; judexque verebar, 75  
 Non omnes causam vincere posse suam.

*consecutura fidem veri. Nepos magni Atlantis et Pleiones, impulsus alis celeribus, substitit ante oculos. Fas mihi fuit spectasse: fas sit spectata enarrare: et baculus aureus fuit in manibus Dei. Et tres Deæ simul, Venus et Juno cum Pallade, herbis immiserunt molles pedes. Dirigui, et horror frigidus arrexerat capillos; cum alatus nuntius mihi dixit: Depone timorem. Judex es pulchritudinis: finem impone litibus Dearum; utra sit digna superare duas pulchritudine. Et ne abnuerem, jubet nomine Jovis; et statim evehitur in cælum via ætherea. Animus meus confirmatus est, et repente confidentia orta est: nec expavi unquamque spectare oculis meis. Omnes merebantur superare; et arbiter pavebam non omnes*

nepos.—72 Francius malebat *æria*.—75 Heins. *querebar pro ver.*—76 Heins.

## NOTÆ

57 *Dardaniæ*] Improperie, pro Troja urbe, regionem posuit.

60 *Veri*] Hanc vocem pro *vero*, aut *verum*, forte sine necessitate supposuit Heinsius.

62 *Pleionesque*] Fuit Pleione Nympha Oceani et Tethyos filia, uxor Atlantis, Maiæ mater, ex qua Maia Jupiter Mercurium suscepit.

*Nepos*] Mercurius; ut patet ex proxime præcedenti nota.

64 *Aurea virga*] Caduceum; Mercurii gestamen. *Son Caducée*.

68 *Ales*] Mercurius, talariis instructus; itemque galero, et virga

pariter alatis.

69 *Arbiter*] Paridis de trium Dearum forma, ut pulchriori Discordiæ pomum traderetur, iudicium notius est, quam ut opus sit, prolixam ea de re fabulam huc transcribere.

*Siste*] Paridis iudicio standum statuerat Jupiter.

70 *Vincere*] Pronuntia, supple.

*Duas*] Deas, scil.

71 *Verbis*] Mercurius, Jovis nomine, imperat, ut dicerem, utra Dearum esset pulchrior.

73 *Audacia*] Ut Dearum litem cognosceret, deque ea sententiam ferret.

Sed tamen ex illis jam tunc magis una placebat :

Hanc esse ut scires, unde movetur amor.

Tantaque vincendi cura est; ingentibus ardent

Judicium donis sollicitare meum.

80

Regna Jovis conjux, virtutem filia jactat.

Ipse potens dubito, fortis an, esse velim.

Dulce Venus risit, Nec te, Pari, munera tangant

Utraque, suspensi plena timoris, ait :

Nos dabimus quod ames: et pulchræ filia Ledæ

85

Ibit in amplexus, pulchrior ipsa, tuos.

Dixit; et ex æquo donis formaque probata,

Victorem cœlo retulit illa pedem.

*posse tenere suam causam. Sed tamen una ex illis jam tunc magis placebat; ut cognosceres hanc esse, a qua amor ingeneratur. Et tantum est desiderium superandi; flagrant corrumpere meum judicium præmiis maximis. Uxor Jovis prædicat regna, filia virtutem. Ipse nescio, cupiamne esse opulentus, an virtute præditus. Venus suaviter arrisit, Nec te, inquit, moveant dona, Pari; utraque sunt plena metus solliciti. Nos exhibebimus, quod diligas; et filia formosæ Ledæ, ipsa formosior, veniet in complexus tuos. Dixit; et illa, muneribus, et pulchritudine pariter approbata, retulit pedem victorem cœlo. Interea (puto, futis flexis ad*

\*\*\*\*\*

*causa sua.*—84 Heins. conj. *Munera pro Utraque.*—86 Edd. Ald. 1. Mycilli et Bersm. *pulchrior illa.*—88 Francius volebat *retulit inde pedem.*—90 Post

#### NOTÆ

74 *Quamque notare]* Nudas vero vidisse eas fingitur apud Lucianum.

75 *Vincere]* Quia pulcherrima erat quælibet.

76 *Causam]* Vincere causam, Latini non esse annotavit Heinsius; quanquam tenere causam bene dicatur.

78 *Ut scires]* Ut facile esset scire.

79 *Vincendi cura est]* Dicit Deas maxime cupivisse singulas, ut pro sua pulchritudine Paris judicaret.

80 *Sollicitare]* Immo corrumpere.

81 *Jovis conjux]* Juno.

*Filia]* Pallas, seu Minerva.

*Jactat]* Quæ Paridi esset datura, si pro se judicaret, certatim ostentabat Dearum quælibet.

82 *Potens]* Ex regnis a Junone promissis, scilicet.

*Fortis]* Ex virtute, quam Pallas offerebat.

83 *Risit]* Apposite, et ex Veneris ingenio et more istud.

84 *Plena]* Dicit Junonis et Pallas munera ea esse, quæ sine assiduo metu non possint retineri.

85 *Nos dabimus]* Egregie vero Venus, quæ semper grata adveniens; mox tamen pectus totum curis, timoribus, et omni mœrore implet.

*Filia Ledæ]* Helena, Jovis et Ledæ filia.

86 *Ibit]* Id est, Illam tibi tradam.

87 *Ex æquo donis]* Hujus loci sensus est, Paridem donis, Helena scilicet a Venere promissa, contentum fuisse; eundemque Veneris pulchritudinem approbasse, Junonique et

Interea (credo, versis ad prospera fatis)  
 Regius agnoscor per rata signa puer. 90  
 Læta domus, nato per tempora longa recepto:  
 Addit et ad festos hunc quoque Troja diem.  
 Utque ego te cupio, sic me cupiere puellæ:  
 Multarum votum sola tenere potes.  
 Nec tantum regum natæ petiere ducumque, 95  
 Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.  
 At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam  
 Conjugii spes est, Tyndari, facta tui.  
 Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,  
 Lumina cum placido victa sopore jacent. 100

*lætiora) cognoscor filius regis per indicia certa. Regia festiva, filio recuperato per producta tempora. Troju annumerat quoque et hunc diem feriat. Et ut ego te expeto, sic puella me expetiverunt. Sola potes frui optatis multarum. Nec solummodo filia Regum et Dynastarum me cupiverunt; sed fui quoque cura et amor Nymphis. At contemptum omnium mentem occupavit, Tyndari, postquam spes est indulta tui connubii. Expectatus intuebar te oculis, te nocte intuebar mente; cum oculi superati jucundo somno jucent. Quid præstabis præsens, quæ nondum*

//////////

hunc versum Douza volebat inserere distichon illud, quod supra v. 51. legitur; 'Forma vigorque, &c.'—91 Margo Bersm. *nato est*. Heins. vult *post tempora*.—92 Margo Mycilli et Bersm. *Addit ad. Pal. festas*.—96 Post hunc Pal. et vet. edd. addunt hos versus haud dubie Ovidianos: *Quas super CEnonem facies mutarer in orbem. Nec Priamo est ad te (Heins. corr. a te) dignior ulla nurus*. Priorem Hensing. restitui posse putat hoc modo: *Quas super CEnonæ facies mutabar in urbem*.—100 Francius malebat *vincta*.—101 Heins. *Quid*

## NOTE

Palladi prætulisse.

89 *Versis*] Fata vero adversa fuerant, cum regia domo ejectus inter pastores tenuissima fortuna educaretur: atque adeo nunc versa sunt, cum ad patris regiam reducitur.

90 *Rata*] Crepuudia scil. aliaque certa signa.

91 *Domus*] Priami regiam intellige.

*Per*] Pro Post.

92 *Hunc*] Illum quo receptus fuit.

94 *Multarum votum*] Me, scil.

96 *Nymphis*] De CEnone supra multa vidimus. Ceterum sua omnia egregie, more amantium, extollit.

*Amorque fui*] Post hunc versum Palatinus et veteres editiones addunt, 'Quas super CEnonem facies mutarer in orbem. Nec Priamo est ad te dignior ulla nurus.' Quos Ovidianos esse versus non dubito. Sed prior est mendosissimus, ac proinde uterque a nuperis editionibus jussus exulare, ni fallor: idque pessimo exemplo. Posteriori legendum *a te*. Noster alibi, 'A Veneris facie non est prior ulla, tuaque.' Heinsius.

98 *Tyndari*] Helena, Tyndari filia, ut vulgo credebatur. Vocativi casus.

99 *Videbam*] Videre credebam, aut fingebam.

Quid facies præsens, quæ nondum visa placebas?

Ardebam, quamvis hinc procul ignis erat.

Nec potui debere mihi spem longius istam,

Cœrulea peterem quin mea vota via.

Troia cæduntur Phrygia pineta securi, 105

Quæque erat æquoreis utilis arbor aquis:

Ardua proceris spoliantur Gargara sylvis:

Innumerasque mihi longa dat Ida trabes.

Fundatura citas flectuntur robora naves:

Texitur et costis panda carina suis. 110

Addimus antennas, et vela sequentia malos:

Accipit et pictos puppis adunca Deos.

Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine parvo,

Sponsor conjugii stat Dea picta sui.

Imposita est factæ postquam manus ultima classi, 115

Protinus Ægæis ire jubebar aquis.

*aspecta placebas? Flagrabam, quamvis hæc flamma longe erat. Nec potui distineri diutius spe ista, quin quærerem mea desideria via glauca. Pineta Trojana abscinduntur securi Phrygia, et arbor quæ erat apta aquis marinis: Gargara excelsa viduantur excelsis arboribus: et vasta Ida mihi præbet trabes sine numero. Incurvantur robora fundamenta datura navibus celeribus: et curva carina construuntur suis lateribus. Adjicimus antennas, et vela concomitantia malos: et puppis curva sumit Deos pictos. Dea tamen sponsor sui connubii, stipata parvo Cupidine, erigitur picta navi qua ipse feror. Postquam manus novissima admota est structæ classi, statim volebam vehi aquis Ægæis. Et pater et mater morantur mea desi-*

//////////

*faceres, vel facias.—113 Mycillus legit Qua tunc.—114 Naugerius pro sui vult tui.—116 Priscæ editit. jubebat: unde Heins. conj. lubebat, vel juvabat.*

#### NOTÆ

102 *Ignis*] Helenam suum ignem vocat. Ita et Terentianus ille Parmeno ad dominum de Thaide meretricula, 'Accede ad ignem hunc.'

103 *Debere spem longius istam*] Id est, Spem mei amoris longius differre.

104 *Cærulea*] Per mare cœruleum.

*Mea vota*] Te Helenam, quam mihi exoptabam.

107 *Gargara*] Mons et oppidum Troadis, in summitate montis Idæ.

110 *Panda*] Curva.

111 *Antennas*] Antenna lignum est

illud malo transversum cui vela alligantur.

112 *Adunca*] Curva.

*Deos*] Ex eo, quod ita Deos aliaque insignia in puppi locarent, multus fabulæ locus datus est.

114 *Sponsor*] Venus est.

116 *Ægæis*] Scilicet mare Ægæum Græciam a Troja dividit.

*Jubebar*] Pro voce *lubebat*, quam hic Clariss. Heinsius substituit, *priscæ* editiones *jubebat* aut *jubebar* habent: atque Mycillus intelligit Pari-

Et pater et genetrix inhihent mea vota rogando,  
 Propositumque pia voce morantur iter.  
 Et soror effusis, ut erat, Cassandra capillis,  
 Cum vellent nostræ jam dare vela rates; 120  
 Quo ruis? exclamat; referes incendia tecum:  
 Quanta per has, nescis, flamma petatur aquas.  
 Vera fuit vates, dictos invenimus ignes:  
 Et ferus in molli pectore flagrat amor.  
 Portubus egredior; ventisque ferentibus usus 125  
 Applicor in terras, CEBali Nympha, tuas.  
 Excipit hospitio vir me tuus: hoc quoque factum  
 Non sine consilio numinibusque Deum.  
 Ille quidem ostendit, quicquid Lacedæmone tota  
 Ostendi dignum, conspicuumque fuit. 130  
 Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,  
 Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.  
 Ut vidi, obstupui; præcordiaque intima sensi  
 Attonitus curis intumuisse novis.

*deria orando; et retardant iter ineaptum voce pia. Et soror Cassandra, ut erat, coma sparsa, cum nostræ naves jam vellent pandere vela; Quo festinas? exclamat; revehes tecum incendia. Ignoras quantus ignis quærat per has aquas. Vera fuit fatidica; reperimus flammam prædictas: et amor sævus ardet in tenero pectore. Solvo e portubus; et, potitus ventis secundis, appello ad tua littora, Nympha CEBali. Maritus tuus me accipit hospitio: hoc quoque factum non sine voluntate et numinibus Deorum. Ille quidem monstrat quicquid dignum monstrari, et insigne fuit tota Lacedæmone. Sed nihil aliud erat mihi desideranti aspicere pulchritudinem celebratam, quo oculi detinerentur. Ut aspexi, stupefactus hæsi; et percussus ultima viscera expertus sum tursisse novis curis. Cum Cytherea descendit in meum*

—118 Heins. reposuit *pia voce*: nam vulg. legebatur *via voce*.—120 *Propera* pro *nostræ* malebat Heins.—124 Idem, *en ferus*, vel *efferus*. Francius *regnat* pro *flagrat*.—126 Idem ad *terras*.—127 Burm. conj. *Accipit*.—133 Francius, *ut vidi, ut stupui*.—134 Al. *intonuisse novis*. Heins. conj. *indoluisse*, vel *in-*

## NOTÆ

dem a fatis jussum fuisse.

117 *Pater*] Priamus.

*Genetrix*] Hecuba.

119 *Effusis*] Furentium, dolentium, et vaticinantium more.

*Cassandra*] Paridis soror, quæ in concubitus mercedem vaticinandi facultatem ab Apolline acceperat.

120 *Vellent*] Inanimatis tribuit na-

vibus quod animatorum est; quod Paridis fuit.

121 *Incendia*] Fuit vero Heleuæ raptus incendii Trojani causa.

122 *Aquas*] Per mare Ægæum.

124 *Amor*] Aliorsum Cassandræ sororis vaticinia detorquet.

126 *CEBali*] Helena est, sic ab avo CEBalo, Tyndari patre, cognominata.

His similes vultus, quantum reminiscor, habebat, 135  
 Venit in arbitrium cum Cytherea meum.  
 Si tu venisses pariter certamen in illud;  
 In dubium Veneris palma futura fuit.  
 Magna quidem de te rumor præconia fecit,  
 Nullaque de facie nescia terra tua est; 140  
 Nec tibi par usquam Phrygia, nec Solis ab ortu  
 Inter formosas altera nomen habet.  
 Credis et hoc nobis? minor est tua gloria vero:  
 Famaque de forma pæne maligna tua est.  
 Plus hic invenio, quam quod promiserit illa: 145  
 Et tua materia gloria victa sua est.

*judicium, habebat, quantum recorder, faciem huic parem. Si tu accessisses pariter in illam pugnam; palma Veneris ventura fuit in discrimen. Fama equidem magnis laudibus te celebravit, et nulla pars orbis est ignara formæ tuæ: nec tibi usquam similis in Phrygia, nec altera ab ortu Solis famam consecuta est inter pulchras. Fidem etiam nobis adhibes in hac re? Laus tua est minor vero: et fama de pulchritudine tua est propemodum invida. Plus hic reperio, quam quod illa pollicita sit:*

//////////

*tepnisse.—138 Mycillus in dubio.—141 Phrygia emendat Heins. Vulg. Phrygiæ: conj. Nanger. Phrygiæ.—142 Francius, In tot formosis.—143 Tres scripti Credis et hæc. B. Cr. ad hæc: al. Crede sed hoc.—145 Leid. inveniat; forte, invenias. Promiserit tres Heins. et Gu. 4. Reliqui promiserat.*

#### NOTÆ

129 *Lacedæmone*] In celebri illa Peloponnesi urbe regnavit Menelaus, Helenæ maritus.

134 *Intumuisse*] Libri habent *intumuisse*: quod, non sine causa Heinsius aliique alienum huic loco judicarent. Porro idem Heinsius mallet *indoluisse*.

136 *Venit in arbitrium*] Loquitur de famigerato illo de tribus Deabus judicio.

*Cytherea*] Venus, ob autem dictam rationem.

137 *Illud*] Quod Deas inter de pulchritudine fuit.

138 *In dubium*] Ita et Terentius dixit, 'me esse in tantum honorem.' Sed usitatus est sextus casus in locis ejusmodi.

*Palma*] Notum, eam arborem vic-

toriam fuisse indicium; non immerito, siquidem curvata validius in sublime nitatur. Ergo dicit Paris, quod Veneri certa non fuisset de pulchritudine victoria, si quarta ad judicium accessisset Helena.

139 *Magna*] Multum equidem tuam formam fama celebravit.

141 *Phrygia*] Pro In Phrygia.

*Nec Solis*] Id est, Tibi non est similis.

143 *Minor est*] Minus quam digna est laudatur tua forma.

144 *Maligna*] Quæ parce bene prædicat.

145 *Hic*] Cum video te.

146 *Et tua*] Id est, Et gloria tua ex pulchritudine minor est, quam materia et pulchritudo ipsa.



Ergo arsit merito, qui noverat omnia, Theseus :  
 Et visa es tanto digna rapina viro :  
 More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra  
 Ludis ; et es nudis foemina mixta viris. 150  
 Quod rapuit, laudo : miror, quod reddidit unquam :  
 Tam bona constanter præda tenenda fuit.  
 Ante recessisset caput hoc cervice cruenta,  
 Quam tu de thalamis abstraherere meis.  
 Tene manus unquam nostræ dimittere vellent ? 155  
 Tene meo paterer vivus abire sinu ?  
 Si reddenda fores, aliquid tamen ante tulissem :  
 Nec Venus ex toto nostra fuisset iners.  
 Vel mihi virginitas esset libata ; vel illud,  
 Quod poterat salva virginitate rapi. 160  
 Da modo te ; quæ sit Paridi constantia, nosces.  
 Flamma rogi flammæ finiet una meas.  
 Præposui regnis ego te ; quæ maxima quondam  
 Pollicita est nobis nupta sororque Jovis.

*et laus tua est superata causa sua. Ergo Theseus, cui omnia perspecta, jure inflammatus est ; et visa es præda digna tanto viro ; dum nuda ludis more tuæ gentis in palæstra uncta ; et puella es immixta viris nudis. Probo, quod abstulit ; stupeo, quod restituit unquam : tam bona rapina fuit firmiter retinenda. Caput hoc prius detractum esset collo sanguinolento, quam tu avellereris de meis cubiculis. Manusne nostræ vellent unquam te remittere ? Vicusne sincerem te excedere gremio meo ? Si esses restituenda, tamen aliquid prius consecutus essem ; nec Venus nostra fuisset omnino ignava. Vel virginitas mihi esset derepta ; vel illud, quod poterat decerpi integra virginitate. Trade te modo ; cognosces quæ sit firmitas Paridi. Solus ignis rogi finem imponet ignibus meis. Ego te anteposui regnis ; quæ maxima et*

//////////

—148 Al. *visa est.*—150 Barthius legit *is nudis*. Gu. 1. *mixta puella.*—151 Gu. 1. *Quod laudo, rapuit* ; ita quidem, ut hæc connectantur cum præcedenti disticho, commate post *viris* posito.—154 Gu. 2. *extraherere meis.*—155 Heins. *vellet dimittere ferrent* : Francius *possent.*—157 O. *inde tulissem.*—159 Gu. 4. et Helm. cum al. *Vel tua*. Gu. 2. *foret libata.*—160 Helm. *Quod potuit*. Ha. *virg. dari* : Gu. 4. *capi* : D. *Quo potui s. virg. frui.*—161 Vulg. *Paridis*. Heins.

#### NOTÆ

147 *Arsit*] Tui amore correptus est : qua de re in præcedentibus epistolis.

149 *Nitida*] *Uncta*.

*Palæstra*] *La lutte*. Ad illud vero studium se maxime adjugebant Læconici.

153 *Hoc*] Meum.

157 *Aliquid tamen*] Non te intactam, ut Theseus, remisissen.

158 *Ex toto*] Penitus.

159 *Vel illud quod*] Oscula, puta.

162 *Flamma rogi*] Postquam mortuus fuero.

- Dumque tuo possem circumdare brachia collo, 165  
 Contemta est virtus, Pallade dante, mihi.  
 Nec piget; aut unquam stulte legisse videbor:  
 Permanet in voto mens mea firma suo.  
 Spem modo ne nostram fieri patiare caducam;  
 Te precor, o tanto digna labore peti. 170  
 Non ego conjugium generosæ degener opto:  
 Nec mea (crede mihi) turpiter uxor eris.  
 Pliada, si quæres, in nostra gente, Jovemque  
 Invenies; medios ut taceamus avos.  
 Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora, 175  
 Finibus immensis vix obeunda, tenet.

*uxor et soror Jovis nobis olim promisit. Et dummodo possem amplecti collum tuum lacertis, virtus spreta est, Pallade eam mihi exhibente. Nec pœnitet; aut unquam videbor inepte elegisse: animus meus perstat constans in desiderio suo. Te oro tantum, ne spem nostrum sinas esse inanem, o merita quæri tanto labore. Ego non sum ignobilis, qui cupiam connubium nobilis: nec, crede mihi, eris inhoneste uxor mea. Si exquiras, reperies Pleiadem et Jovem in nostris stemmatibus; ut prætereamus avos medios. Pater tractat sceptrum Asiæ, qua regione nulla opulentior,*

//////////

legit *Paridi quæ sit*, atque hoc jam exhibet ed. Gryph. ann. 1554. Gu. 2. *mihî quæ sit*.—165 Cod. D. *Utque tuo*.—166 Post hunc versum Gu. 2. 4. Helm. et al. intrudunt hoc distichon, quod a melioribus abest: *Cum Venus et Juno Pallasque in vallibus Idæ Corpora judicio supposuere meo. Douzæ sequebatur aliud: Primaque cum regnum, belli daret altera laudem, Tertia, conjugii laude frueris, ait*.—167 P. edd. *priscæ et Bersm. haud unquam stulte. P. et quinque al. legisse Vulgo elegisse. Mor. et duo al. fatebor pro videbor*.—168 L. *Et manet in v. m. m. certa suo: Helm. spes meo firma*.—170 *Te precor unus V. Vulgo Deprecor*.—173 *Quæres P. et Gu. 1. Vulgo quæras. Gu. 2. et 3.*

#### NOTE

- Una*] Sola.  
 163 *Quondam*] Cum de pulchritudine inter Deas judicavit.  
 165 *Dumque*] Modo ut. Gall. *Pourvu que*.  
 167 *Legisse*] Elegisse: Cum te potius, quam Juuonis aut Palladis dona, elegerim, nunquam stulte elegisse videbor.  
 168 *Voto suo*] Ut te conjugem habeam.  
 169 *Caducam*] Vanam.  
 171 *Degener*] Ignobilis. Alias degener est qui a Majorum virtute descivit.  
 173 *Pliada*] Alii habent *Pleiada*. Hic vero Electra intelligitur, ex septem Pleiadibus Atlantis et Pleiones filiabus una, ex qua Jupiter Dardanum, qui, ut habet Virgilius, 'Dardanus Iliacæ primus pater urbis et auctor:' ex quo adeoque, per Erichthonium, Troëm, Ilium, Laomedontem, Priamum, Paris genus ducebat.  
*Si quæres*] Si in natales meos inquires.  
 174 *Medios*] Qui modo recensiti Reges fuerunt.  
 175 *Ora*] Pro regione posita est.  
 176 *Finibus*] Propter immensa spa-

Innumeras urbes, atque aurea tecta videbis ;  
 Quæque suos dicas templa decere Deos.  
 Ilion aspicias, firmataque turribus altis  
 Moenia, Phœbeæ structa canore lyræ. 180  
 Quid tibi de turba narrem numeroque virorum ?  
 Vix populum tellus sustinet illa suum.  
 Occurrent denso tibi Troades agmine matres ;  
 Nec capient Phrygias atria nostra nurus.  
 O quoties dices, Quam pauper Achaia nostra est ! 185  
 Una domus quasvis urbis habebit opes.  
 Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram :  
 In qua tu nata es, terra beata mihi est.  
 Parca sed est Sparte ; tu cultu divite digna es :  
 Ad talem formam non facit iste locus. 190

*vix ambienda infinitis finibus. Cernes oppida sine numero et domos magnificas : et ædes, quas fatearis decere Deos suos. Cernes Ilion, et muros suffultos excelsis turribus, positos ad sonum lyræ Phœbeæ. Quid tibi commemorem de populo et copia virorum ? Vix illa terra fert suos incolus. Matronæ Troades tibi obviam procedent spisso agmine ; nec atria nostra continebunt nurus Phrygias. O quoties dices, Quam misera est nostra Achaia ! unica domus fruetur omnibus divitiis urbis. Nec mihi fas fuerit spernere vestram Sparten. Tellus, in qua nata es, est mihi felix. Sed Sparte est frugalis : tu mereris ornatum splendidum. Iste locus non*



*quæris.*—174 Burm. conj. *invenias.*—178 Helm. *dices.*—180 O. *facta can.*—181 Fr. *de turbis.*—183 Leid. et Scr. *ordine matres.*—185 O. *Ah quoties.*—186 Go. *quasvis* : ceteri. *quævis* : Fr. tamen *quamvis* : Helm. *quævis.*—189

## NOTE

tia, et longe remotos fines vix peragranda.

177 *Aurea*] Auro ornata ; adeoque magnifica.

179 *Ilion*] Urbem, Trojæ caput : nam Troja regio est ; quæ etiam pro urbe ipsa ponitur.

180 *Phœbeæ*] Jam supra Phœbum, seu Apollinem, cum Neptuno, Trojanæ urbis conditorem vidimus.

*Canore*] Dicuntur ad Apollinis cantum saxa in opus exsiliisse : ejus fabulæ ad Politicos accommodationem passim apud Mythologos reperies.

181 *Numeroque virorum*] Quibus, scil. imperium nostrum Asiaticum

suffultum est.

182 *Illa*] Asiatica, seu Trojana.

183 *Occurrent*] Honoris gratia.

184 *Nec capient*] Cum in regiam ad te excipiendum concurrent.

185 *Achaia*] Peloponnesus est : alibi pro Græcia sumitur.

186 *Quasvis*] In una domo, quamcumque in nostra regione delegeris, unius Græcæ urbis opes invenire licebit.

189 *Parca*] Ex institutis Lycurgi, dixit aliquis. Quasi vero ex illius institutis, qui mortuo Paride, et post ejus mortem longo interjecto tempore, in lucem prodierit. Parca fuit

Hanc faciem largis sine fine paratibus uti,  
 Deliciisque decet luxuriare novis.  
 Cum videas cultum nostra de gente virorum ;  
 Qualem Dardanidas credis habere nurus ?  
 Da modo te facilem : nec dedignare maritum, 195  
 Rure Therapnæo nata puella, Phrygem.  
 Phryx erat, et nostro genitus de sanguine, qui nunc  
 Cum Dis potandas nectare miscet aquas.  
 Phryx erat Auroræ conjux : tamen abstulit illum  
 Extremum noctis quæ Dea finit iter. 200  
 Phryx etiam Anchises, volucrum cui mater Amorum  
 Gaudet in Idæis concubuisse jugis.  
 Nec, puto, collatis forma Menelaus et annis,  
 Judice te, nobis antefendus erit.

*aptus est ad ejusmodi pulchritudinem. Hos decet vultus semper uti multis ornatis, et affluere novis deliciis. Cum aspicias ornatum virorum de nostra natione; qualem arbitraris puellas Dardanidas habere? Præbe te tantum lubentem; nec aspernare maritum Phrygem, puella nata rure Therapnæo. Qui nunc cum Divis miscet nectare aquas bibendas, erat Phrygius, et procreatus de nostro sanguine. Maritus Auroræ erat Phrygius; tamen Dea, quæ terminat viam ultimam noctis, illum rapuit. Anchises etiam erat Phrygius: cum quo mater Amorum alatorum amat latus conseruisse in collibus Idæis. Nec, arbitror, Menelaus, specie et ætate*

Multi ex scriptis *digna es.*—193 *Cultum* tres Heins. et Gu. 3. vulgo *cultus.*—194 *Qualem* meliores: al. *Quales.* Gu. 1. 2. 3. cum al. *Dardanidas.*—196 *Quidam* codd. *Theramnæo.*—198 Gu. 3. 4. et Helm. cum al. *potando.*—201 Gu. 2. cum quibusdam al. *Phryx erat.*—203 *Quidam* codd. et ed. vett. *collatus.*

## NOTE

Sparta, quia nec divites, adeoque nec sumtuosi Lacedæmonii, sicut Asiatici seu Trojani, qui sua luxuria famosi facti sunt.

190 *Talem*] Qualis est tua, o Helena.

*Non facit*] Non respondet. Indignus est iste locus, qui te talem habeat.

191 *Paratibus*] Ornatis; cultibus.

193 *Luxuriare*] Abundare; affluere.

194 *Qualem*] Multo pulchriorem et splendidiorem.

195 *Facilem*] Exorabilem.

196 *Therapnæo*] Laconico: sunt enim Therapnæ agri Laconici non longe a Sparta, ad flumen Eurotan.

*Phrygem*] Paridem intellige, qui Trojanus; adeoque Phryx fuit.

197 *Qui nunc*] Ganymedem intelligit; qui, Trois Trojanorum regis filius, a Jove, in Aquilam transmutato, raptus est; cui in deliciis, et pincernæ loco fuit.

199 *Conjux*] Tithonus est, Laomedontis filius, Priamque frater.

200 *Quæ Dea*] Aurora, scilicet; quæ noctem finit, diem inchoat.

201 *Anchises*] Filius fuit Capyos, adeoque ex stirpe regia, Æuæ pater.

Non dabimus certe socerum tibi, clara fugantem 205  
 Lumina; qui trepidos a dape vertat equos.  
 Nec pater est Priamo soceri de cæde cruentus;  
 Et qui Myrtoas crimine signet aquas.  
 Nec proavo Stygia nostro captantur in unda  
 Pema, nec in mediis quæritur humor aquis. 210  
 Quid tamen hoc refert, si te tenet ortus ab illis?  
 Cogitur huic domui Jupiter esse socer.

*comparatis, nobis erit præponendus, te iudice. Non exhibebimus certe tibi socerum in fugam vertentem clarum Solem; qui avertat equos territos a convivio. Nec pater est Priamo sanguinolentus de nece soceri; et qui nollet fægitio aquas Myrtoas. Nec poma expetuntur a proavo nostro in fluctibus Stygiis, nec aqua desideratur in mediis aquis. Quid tamen hoc interest, si illis satius te habet? Jupiter tenetur*

P. et al. quidam et annis: vulgo et armis.—206 L. Pat. et Gu. 4. Sidera; qui. Heins. cui trepidos Sol dape.—208 Gu. 1. 3. signat: Gu. 4. sanguine signet: Helm. sanguine tinget.—109 Mor. Stygius in undas. Fr. captentur.—211 Multi

## NOTE

[*Volucrum*] Quippe finguntur alati.

[*Mater Amorum*] Vennus est, quæ cum Anchise in monte Ida concubuisse, deinde Ænean peperisse, fingitur.

203 [*Collatis*] Forma et annis meis cum forma et annis Menelai comparatis, Menelaus, credo, non erit nobis præferendus.

205 [*Socerum*] Qualis est Atreus, Menelai pater, supple.

[*Tibi, clara*] Qui te cogat oculos avertere. Ad Atrei, Menelai patris factum alludit; qui, ut violati a Thyeste fratre tori sui injuriam ulcisceretur, ei proprios ejus filios epulandos apposuit. Cujus facioris horrore Sol retrocessisse dicitur.

206 [*A dape*] Nefaria, scil. qualis fuit illa Atrei.

[*Equos*] Equis vehi Solis currum apud Poëtâ vulgatum est: adeoque *vertere equos*, est *retrocedere*.

207 [*Nec pater*] Sienti Atreo Menelai patri est pater Pelops, qui, ut Hippodamia potiretur, Cœnomauum ejus patrem interfecit. Istud vero

*Delph. et Var. Clas.*

contra Menelaum Paris commemorat.

208 [*Myrtoas*] Mare Myrtoum, quod pars est Ægæi, a Myrtilo Cœnomai anrigo, quem in illud Pelops præcipitavit, quidam dictum esse volunt; quos quidem Paridi serviendi causa hic sequitur Ovidius.

[*Crimine*] In eo fuit Pelops crimen, quod Myrtilum bene meritum, et cuius opera Cœnomau Hippodamiæ patrem curuli certamine vicerat, in mare præcipitaverit.

209 [*Prouæ*] Sicuti Tantalo Pelops patri, supple: cuius apud inferos supplicium Menelao pronepoti objicitur. Fingitur vero ille, aquis tantum non submersus, fugientia flumina captare, quæ ad extinguendam sitim attingere non liceat; pomisque circumstantibus inhiare, quæ comprehendere nequeat. Qua de re Poëtâ sunt multi.

[*Stygia*] Styx inferorum fluvius esse dicitur, per quem Dii jurare soliti.

211 [*Ortus*] Menelaus, scilicet.

212 [*Socer*] Omnino, si Menelao Helena Jovis filia nupta mansisset,

*Ovid.*

S

- Heu facinus ! totis indignus noctibus ille  
 Te tenet ; amplexu perfruiturque tuo.  
 At mihi conspiceris posita vix denique mensa : 215  
 Multaque, quæ lædant, hoc quoque tempus habet.  
 Hostibus eveniant convivia talia nostris,  
 Experior posito qualia sæpe mero.  
 Pœnitet hospitii, cum, me spectante, lacertos  
 Imposuit collo rusticus iste tuo. 220  
 Rumpor, et invidéo (quid enim tamen omnia narrem ?)  
 Membra superjecta cum tua veste fovet.  
 Oscula cum vero coram non dura daretis ;  
 Ante oculos posui pocula sumta meos.  
 Lumina demitto, cum te tenet arctius ille ; 225  
 Crescit et invito lentus in ore cibus.  
 Sæpe dedi gemitus : et te, lasciva, notavi  
 In gemitu risum non tenuisse meo.  
 Sæpe mero volui flammam compescere : at illa  
 Crevit ; et ebrietas ignis in igne fuit. 230

*esse socer huic familiæ. Heu nefas ! ille indignus te tenet totis noctibus ; et usque gaudet tuo amplexu. At ægre a me spectaris tandem mensa admota : et hoc quoque tempus habet plurima, quæ offendant. Epulæ, quilibet admittor sæpe, vino apposito, admoveantur tales hostibus nostris. Piget hospitii, cum, me intuente, ille agrestis admovit brachia collo tuo. Crucior, et æmulor (quid enim tamen omnia referam ?) cum calefacit artus tuos tunicis superstratis. Cum vero præberetis in meo conspectu suavia mollia ; tenui pocula cupta ante oculos meos. Dejicio oculos, cum ille te urget plusculum : et cibus gravis crescit in ore nauseante. Sæpe duxi suspiria ; et observari, proterra, te non repressisse risum in suspirio meo. Sæpe volui coercere ignem vino ; at ille auctus est ; et ebrietas fuit ignis in igne.*

*hæc refero, vel referam.—220 Plerique codd. Imponit collo, uti Gu. omnes et Helm. P. Gu. 3. et Helm. iste: vulgo ille.—221 Quid enim tamen Ar. vulgo quid nunc tamen: quidam quid nam tamen, quid non tamen (quomodo Gu. 3. et 4.) quid tamen omnia: quid enim non: Gu. 1. cum exc. I. quid ne tamen; unde Heins. conj. quid ni: Gu. 2. quod tamen.—223 Jamum Vlitium voluisse Oscula cumque viro coram non dura darentur, notavit Francius.—229 Gu. 1. 2. 4. cum*

## NOTÆ

- ipsius Menelai Jupiter socer fuisset. lem hospitium mihi cum Menelao esse.  
 215 *At mihi*] Queritur quod tantum vixque etiam tempore cœnæ Helenam videre possit.  
 216 *Tempus*] Quo cœna sumitur, scil.  
 219 *Pœnitet hospitii*] Id est, Nol-  
 220. *Rusticus iste*] Menelaus.  
 221 *Rumpor*] Discrucior.  
*Quid enim*] Alii *quid nunc*. Alii aliter.  
 223 *Non dura*] Mollia et lasciva.

Multaque ne videam, versa cervice recumbo:  
 Sed revocas oculos protinus ipsa meos.  
 Quid faciam dubito: dolor est meus illa videre;  
 Sed dolor a facie major abesse tua.  
 Qua licet et possum, luctor celare furorem: 235  
 Sed tamen apparet dissimulatus amor.  
 Nec tibi verba damus: sentis mea vulnera, sentis:  
 Atque utinam soli sint ea nota tibi!  
 Ah quoties, lacrymis venientibus, ora reflexi,  
 Ne causam fletus quæreret ille mei! 240  
 Ah quoties juvenum narraui potus amores,  
 Ad vultus referens singula verba tuos!  
 Indiciuræque mei ficto sub nomine feci.  
 Ille ego, si nescis, verus amator eram.

*Et ne aspiciam multa, decumbo collo reflexo. Sed tu statim retrahis meos oculos. Incertus sum quid agam: piget illa cernere; sed major est dolor recedere a vultu tuo. Quatenus licet et possum, conor occultare mentis impetum; sed tamen amor tectus cernitur. Nec tibi imponimus; sentis meas plagas, sentis. Atque utinam illæ sint tibi soli perspectæ! Ah quoties detorsi faciem, lacrymis erunpentibus, ne ille peteret causam mei luctus! Ah quoties potus commentus sum aliquem amorem, affingens singulas voces ad oculos tuos! et me declaravi sub nomine commentitio. Ego ille eram verus amator, si ignoras. Quin etiam, ut possem procacius*

prius vulgatis *Sæpe meam.*—231 *Leid. flexa cervice.*—235 *Helm. ut possum. Quidam scripti et ed. nitor celare.*—239 *Francius volebat orientibus vel manantibus.*—241 *Gu. 1. 2. et 4. cum al. plerisque quoties aliquem narr. p. amorem: Gu. 3. juvenum amorem.*—243 *Indicium ipse mei Francius conj.*—245 *Al.*

## NOTE

- 224 *Posui]* Ne videret, scil.  
 226 *Crescit]* Videtur crescere, quia præ dolore comedere non possum.  
 227 *Notavi]* Adverti.  
 229 *Flammam]* Amorem.  
 230 *Ignis]* Vini calor amoris flammam acuebat.  
 231 *Versa cervice]* Id est, Cervice et capite in aliam partem verso, dis-cumbo.  
 232 *Revocas]* Id est, Facit formam tua, ut statim oculos ad te convertam.  
 237 *Sentis mea vulnera]* Scis certo me tui amore teneri.  
 239 *Ora reflexi]* Faciem alio converti, ne lacrymas videret Menelaus.  
 240 *Ille]* Menelaus; cujus invidiose nomen reticuit.  
 241 *Juvenum]* Vnlq. aliquem. Puteaneus et alii nonnulli habent *juvenum.* Se dicit aliorum exposuisse amores, ut suum aperiret.  
 242 *Referens]* Ut intelligeres me propter te, et tui amore incensum, ea omnia dicere.  
 243 *Indiciuræque]* Me amare indicavi.  
 244 *Ille]* Cujus tibi amorem enarrabam.

- Quin etiam, ut possem verbis petulantius uti, 245  
 Non semel ebrietas est simulata mihi.  
 Prodita sunt (memini) tunica tua pectora laxa,  
 Atque oculis aditum nuda dedere meis;  
 Pectora vel puris nivibus, vel lacte, tuamque  
 Complexo matrem candidiora Jove. 250  
 Dum stupeo visis, (nam pocula forte tenebam,)  
 Tortilis e digitis excidit ansa meis.  
 Oscula si natæ dederas; ego protinus illa  
 Hermiones tenero lætus ab ore tuli.  
 Et modo cantabam veteres resupinus amores; 255  
 Et modo per nutum signa tegenda dabam.  
 Et comitum primas, Clymenen Æthramque, tuarum  
 Ausus sum blandis nuper adire sonis:  
 Quæ mihi non aliud, quam formidare, locutæ,  
 Orantis medias deseruere preces. 260

*verba profundere, ebrietas non est mihi semel ficta. Aperta sunt (recordor) tua pectora veste laxata, et nuda præbuerunt accessum meis oculis; pectora splendidiora vel nivibus intaminatis, vel lacte, et Jove complexo tuam matrem. Dum stupidus hæreo aspectis, (nam forte tractabam pocula,) ansa flexuosa elapsa est meis digitis. Si oscula præbueras filiæ; ego statim gaudens illa sumsi ab ore molli Hermiones. Et modo resupinus celebrabam veteres amores: et modo exhibebam per nutum indicia occultanda. Ausus sum etiam nuper alloqui suavis verbis Clymenen et Æthram, primas comitum. Quæ mihi non aliud respondentes, quam se timere, de-*

*Petulantibus.*—249 Francius tuamve.—250 Voss. candidiora cygno.—252 Omnes Gu. et Helm. a digitis. Duo Mss. decidit.—256 Excerpta Gallicana signa tegenda.—258 Gu. 1. 2. 3. cum P. et al. Ausus cum blandis: Burm. conj. Ausus eram blandis.—259 Gu. 1. cum al. nil aliud.—260 Barb. et Voss. destituere

## NOTE

245 *Petulantius*] Alii habent *petulantibus*: quod magis placeret.

247 *Prodita*] Aperta; patefacta.

250 *Jove*] Cycni vero, natura candidissimi, formam indutus, Ledam Helenæ matrem Jupiter vitiauit.

252 *Tortilis*] Ansas amabant in poculis intortas et implicatas.

255 *Modo*] Interdum.

*Vetres*] Veterum, qui amoribus inclaruerunt.

*Resupinus*] Tanquam nimio mero

correptus fuisset.

256 *Signa tegenda*] Signa, quibus amorem meum tibi declarabam, celandam omnibus, præsertim vero Menelao marito.

257 *Primas*] Præcipuas et intimas.

*Æthramque*] Hanc Thesei matrem fuisse scribit Hubertinus; quod tamen temporum ratio non sinit. Adeoque hæc ab illa Thesei matre alia est.

258 *Ausus sum*] Alii habent *Ausus cum*.



Di facerent, magni pretium certaminis esses ;  
 Teque suo victor posset habere toro :  
 Ut tulit Hippomenes Schœneida, præmia cursus,  
 Venit ut in Phrygios Hippodamia sinus ;  
 Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit, 265  
 Dum petit amplexus, Deianira, tuos ;  
 Nostra per has leges audacia fortior isset :  
 Teque mei scires esse laboris opus.  
 Nunc mihi nil superest, nisi te, formosa, precari,  
 Amplectique tuos, si patiare, pedes. 270

*stituerunt medias preces rogantis. Dii annuerent, esses præmium gravis pugnae ; et victor posset te fovere suo lecto. Quemadmodum Hippomenes reportavit Schœneida, pretium cursus ; quemadmodum Hippodamia ixit in gremium Phrygium ; quemadmodum sævus Alcides elisit cornua Acheloia, dum cupit tuos complexus, Deianira : nostra fortitudo strenue certasset his conditionibus : et nosces te esse præmium mei laboris. Nunc nihil mihi est reliquum, o pulchra, nisi te orare ; et complecti tuos*

*prec.—262 Helm. et Gu. 2. habere sinu, quod placet Heusing. si v. 264. rescribas in Phrygios toros.—263 Post hunc versum Gu. 2. et 4. item Helm. cum al. intrudunt duo subditios : Quæ propero cursu vicerat ante procos : Sic et tu Phrygias venias, regina, per urbes. Alii, altero omisso, priorem tantum exhibent pro eo, qui vulgo legitur Venit ut in Phrygios, &c.—267 Audacia for-*

## NOTÆ

*Adire]* Ut sibi in suis amoribus opem ferrent.

259 *Quam formidare, loquuta]* Quæ, cum nihil mihi respondissent, nisi quod dicerent se timere.

260 *Descruere]* Adeoque noluerunt ejus preces auscultare ; multo minus illi obtemperare. Sed alii habent *destituere.*

261 *Di facerent]* Utinam, supple.

263 *Ut tulit]* Quorundam sumit exempla, qui pro suis amoribus certarunt ; quos fortiter se esse dicit imitatorum.

*Hippomenes]* Hic fuit Macarei, vel, ut alii scribunt, Megarei filius, qui Atalantam Schœneï filiam, a Venere adjutus, quæ illi tria poma ex Hesperidum hortis dedit, quorum pulchritudine puellæ cursum impedit, cursu superasse traditur. Qua de re

postea in *Metamorph.*

*Præmia]* Ipsam Atalantam, quæ se ea lege in viri manus venturam spondederat, si a quopiam cursu vince retur.

264 *Phrygios]* Pelopis Phrygii ; qui Cœnomauum Hippodamiæ patrem curuli certamine superavit.

265 *Alcides]* Hercules est a robore, Græca etymologia sic dictus ; ἀλκή enim robur est : vel ab Alcæo avo, ut placet Herodoto.

*Acheloia]* Acheloi fluvii ; qui cum Hercule pro Deianira sibi promissa pugnavit ; a quo altero cornu in certamine mulctatus est.

267 *Per has leges]* Ut pariter victori, tu, Helena, in matrimonium cederes.

*Audacia fortior]* Sic Vossianus codex. Vulg. habent *fortiter.* Nostra

O decus, o præsens geminorum gloria fratrum;  
 O Jove digna viro, ni Jove nata fores!  
 Aut ego Sigeos repetam te conjuge portus;  
 Aut ego Tænaria contegar exul humo.  
 Non mea sunt summa leviter dstricta sagitta 275  
 Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.  
 Hoc mihi, (nam repeto,) fore ut a cœleste sagitta  
 Figar, erat verax vaticinata soror.  
 Parce datum fatis, Helene, contemnere amorem:  
 Sic habeas faciles in tua vota Deos. 280  
 Multa quidem subeunt; sed coram ut plura loquamur,  
 Excipe me lecto, nocte silente, tuo.  
 An pudet, et metuis Venerem temerare maritam,  
 Castaque legitimi fallere jura tori?

*pedes, si sinas. O honos, o gloria certa fratrum gemellorum; o digna Jove marito, nisi esses Jove procreata! aut ego revehar in portus Sigeos, te uxore; aut ego extorris sepeliar in terra Tænaria. Mea pectora non sunt leviter vulnerata extrema sagitta: plaga mea porrigitur ad ossa. Soror vere prædixerat hoc mihi (nam recordor) futurum, ut confoderer a cœleste sagitta. Noli, Helene, spernere amorem immisum fatis: sic fruaris Diis propitiis tuis desideriiis. Multa quidem succurrunt: sed, ut plura proferamus in conspectu, excipe me toro tuo nocte tacita. An pudet, et times violare Venerem conjugalem? et ludificare jura pudica lecti legi-*

*tior Voss. Vulgo fortiter: Gu. 1. 3. et 4. cum al. victoria fortiter.—274 Gu. omnes cum vulg. Aut hic.—275 Dstricta rescriptis Burm. vulgo dstricta.—277 Gu. 2. et 4. cum multis al. nam recolo.—278 D. rerum vaticinata.—279 Heins. ratum fatis.—283 Al. an metuis. Multi edd. et scripti, Aut pudet, aut met. Helm. temer. pudicam.—284 Mor. solvere jura. Multi jura viri.—*

## NOTE

vero lectio Cl. Heinsio, mihi quoque placet. Alii *victoria* pro *audacia*.  
 268 *Opus*] *Victoria* meæ præmium.  
 271 *Præsens*] *Magnum certumque*.  
 Hanc vocem nota; vim habet et dignitatem.  
*Geminorum*] *Castoris et Pollucis*.  
 273 *Sigeos*] *Trojanos; a Sigeo promontorio*.  
 274 *Tænaria*] *Laconica; a Tænaro promont.*  
 275 *Summa*] *Id est, sagittæ tantum parte extrema*.  
*Dstricta*] *Vulnerata; sed vulnus leve indicat per se vox ista: quod*  
*notandum. Ce n'est pas une petite égratignure.*  
 276 *Vulnus*] *Amor*.  
 277 *Repeto*] *Recolo multi ex scriptis. Id est, In memoriam reduco.*  
*Cœlste*] *Pro cœlesti, antique, metri necessitate.*  
 278 *Soror*] *Cassandra; de qua supra.*  
 279 *Parce*] *Noli.*  
*Datum*] *Clar. Heinsius vellet ratum. Pro amore a fati necessitate arguit.*  
 280 *Sic*] *Ita invenias Deos ad ea, quæ optaveris, exorabiles, ut mihi*

- Ah nimium simplex, Helene, ne rustica dicam, 285  
 Hanc faciem culpa posse carere putas!  
 Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est:  
 Lis est cum forma magna pudicitiae.  
 Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis:  
 Hæc tibi nempe patrem furta dedere Jovem. 290  
 Vix fieri, si sunt vires in semine avorum,  
 Et Jovis et Ledæ filia, casta potes.  
 Casta tamen tum sis, cum te mea Troja tenebit:  
 Et tua sim, quæso, crimina solus ego.  
 Nunc ea peccemus, quæ corrigat hora jugalis; 295  
 Si modo promisit non mihi vana Venus.  
 Sed tibi et hoc suadet rebus, non voce, maritus:  
 Neve tui furtis hospitis obstet, abest.

*timi? Ah nimium rudis, Helene, ne dicam stupida, credis talem formam posse carere crimine! Aut oportet immutes vultus, aut sis non crudelis. Gravis est discordia castitatis cum pulchritudine. Jupiter letatur adulteriis, Venus splendida illis letatur. Nempe hæc adulteria tibi fecerunt Jovem patrem. Filia Jovis et Ledæ vix potes fieri pudica, si sit aliqua potestas in semine avorum. Pudica sis tamen tum, cum Troja te habeat: et ego solus, precor, sim tua fugitia. Nunc ea delinquamus, quæ hora conjugalis emendet: si saltem Venus non est mihi pollicita inania. Sed et maritus tibi est hujus auctor factis non verbis: et ne prohibeat*

286 Tres libri, teste Heins. *putes.*—291 Si sunt P. et tres alii: vulgo *sint*: Gn. 1. et 4. cum plerisque al. *semine amorum*: 2. et B. *amoris.*—295 *Corrigat* Scr. et Mor. Al. *corriget*, vel *corrigit.*—297 *Ipse tibi hoc suadet* Francius.—

## NOTÆ

nunc auscultaveris.

281 *Multa*] Quæ tibi scribam, Leda concubitu Helenam genuit.

*Supple.*

283 *Pudet*] Me toro tuo excipere, Utriusque adulterio.

284 *Castaque legit.*] Maritalem Venerem hic versus interpretatur. An pudicitiam maritalem violare metuis?

286 *Hanc*] Tuam, tam pulchram.

287 *Necesse est*] Male vero cessit pulchritudini, si necessario cum impudicitia conjuncta sit.

288 *Lis est*] 'Rara est adeo concordia formæ Atque pudicitiae.'

289 *Furtis*] Adulteriis,

290 *Hæc*] Jupiter vero furtivo cum Leda concubitu Helenam genuit.

291 *Vix fieri*] Scilicet, ut 'Fortes creantur fortibus et bonis,' ita plerumque ex corvi malo ovo malus corvus nascitur.

*Si sunt*] Atque sunt certe ut plurimum, etiam quod ad mores attinet.

292 *Et Jovis et Ledæ*] Utriusque adulterio.

294 *Crimina solus*] Cum nemine præterea pecces.

295 *Corrigat*] Faciat legitima; aut saltem resarciat. Quædam habent *corriget*: sed *corrigat* Cl. Heinsius retinuit.

- Non habuit tempus, quo Cressia regna videret,  
 Aptius: o mira calliditate virum! 300  
 Ivit, et, Idæi, mando tibi, dixit iturus,  
 Curam pro nobis hospitis, uxor, agas.  
 Negligis absentis (testor) mandata mariti:  
 Cura tibi non est hospitis ulla tui.  
 Hunccine tu speres hominem sine pectore dotes 305  
 Posse satis formæ, Tyndari, nosse tuæ?  
 Falleris; ignorat: nec, si bona summa putaret  
 Quæ tenet, externo crederet illa viro.  
 Ut te nec mea vox, nec te meus incitet ardor;  
 Cogimur ipsius commoditate frui. 310  
 Aut erimus stulti, sic ut supremus et ipsum,  
 Si tam securum tempus abibit iners.

*adulteria sui hospitis, peregre est. Non habuit tempus commodius, quo adiret regna Cretensia: o virum egregia astutia! Discessit, et profecturus dixit, Conjux, tibi præcipio curam geras hospitis Idæi pro nobis. Contemnis (juro) jussa viri absentis: nulla est tibi cura tui hospitis. Anne tu speres hunc hominem insulsum posse satis cognoscere pretium formæ tuæ? Hullucinaris, nescit: nec si crederet magna bona esse quæ possidet, illa committeret viro peregrino. Quamvis te nec mea verba, nec te meus amor urgeat; cogimur uti facilitate ipsius. Aut erimus stolidi, ita ut etiam ipsum vincamus, si opportunitas tam tuta prætereat inutilis.*

298 Tui R. Ceteri sui.—299 Cretica D. Cod.—301 Al. Exit et Idæi: Sa. Ibat: Gu. 2. cum Helm. Ipse abiit: P. mendose Esset et Idæi: Gu. 1. Esset ut.—302 Quinque libri uxor habe.—303 Plurimi scripti mandata Tyranni.—305 Speres L. vulgo sperus.—307 Al. nam si. Exc. Gallic. et edit. Colin. bona summa pro bona magna.—308 Helm. cum al. ille viro. Be. et L. Crederet externo, quæ tenet ille, viro.—309 Douza legebat, nec me tuus. Multi libri excitet.—310 Gr. absentis

## NOTÆ

- Hora jugalis*] Pro matrimonio.  
 296 *Si modo*] Id est, Si saltem uxor esse mea debeas, sicuti a Venere mihi est promissum: nec me illa deceperit.  
 297 *Rebus*] Quandoquidem, me hic tecum relicto, discesserit.  
 299 *Non habuit*] Menelaum irridet, qui tali forma conjugem secum reliquerit.  
*Cressia*] Cretæ Insulæ.  
 300 *O mira*] Irrisio est Menelai.  
 301 *Idæi*] Paridis; ab Ida monte Phrygiæ sic dicti.  
 302 *Pro nobis*] Loco nostro.  
 305 *Hunccine*] Menelaum eum esse negat hominem, qui Helenæ pulchritudinem satis noverit æstimare.  
*Sine pectore*] Sine sapientia. Ita et Horatius locutus est de Tibullo; 'Tu non corpus eras sine pectore.'  
*Dotes*] Excellentiam et pretium.  
 307 *Ignorat*] Quod sit formæ tuæ pretium, scil.  
 309 *Ut*] Quamvis.  
 310 *Ipsius*] Gronovianus, *absentis commoditate viri*.  
 311 *Sic ut*] Adeo ut ipso Menelao

- Pæne suis ad te manibus deducit amantem :  
 Utere non vafri simplicitate viri.  
 Sola jaces viduo tam longa nocte cubili : 315  
 In viduo jaceo solus et ipse toro.  
 Te mihi, meque tibi communia gaudia jungant :  
 Candidior medio nox erit illa die.  
 Tunc ego jurabo quævis tibi numina ; meque  
 Astringam verbis in sacra jura tuis : 320  
 Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,  
 Efficiam præsens, ut mea regna petas.  
 Si pudet, et metuis, ne me videre secuta ;  
 Ipse reus sine te criminis hujus agar.  
 Nam sequar Ægidæ factum, fratrumque tuorum : 325  
 Exemplo tangi non propiore potes.  
 Te rapuit Theseus ; geminas Leucippidas illi ;  
 Quartus in exemplis annumerabor ego.

*Perducit propemodum amantem ad te manibus suis. Utere imperitia mariti simplicis. Sola decumbis lecto destituto nocte tum proluxa: ipse etiam solus decumbo in lecto viduo. Voluptas communis copulet te mihi, et me tibi. Illa nox erit splendidior medio die. Tunc ego jurabo tibi quosvis Deos; et me obligabo vocibus tuis in jura sacra. Tunc ego, si fiducia nostri non est mendax, præsens præstabo, ut adeas nostra regna. Si pudet; et times, ne videaris secuta me; ipse constituitur reus hujus flagitii sine te. Nam imitabor admissum Ægidæ, et fratrum tuorum. Non potes moveri exemplo propiore. Theseus te abstulit: illi duas Leucippidas:*



*commoditate viri.—311 Helm. si sic superemus.—313 Al. Pæne suis man. ad te deduxit amantem.—314 Non vafri Me. et P. pro div. lect. Vulgo mandantis. Gu. 2. et 4. mandatis: B. non cauti.—320 Scripti plerique, in tua jura, tua jussa, vel tua verba: quinque Heins. verbis tuis: vulgo meis.—323 Vulgo aut metuis, ut Gu. 2. 3. 4. et Helm.—324 Agar Voss. cum uno Med. vulgo ero.—326 Nonnulli*

## NOTÆ

simus stultiores.

312 *Iners*] Sine amoris effectum.

313 *Amantem*] Me, scil.

318 *Illæ*] Qua jungemur, scil.

320 *Verbis tuis*] Jurando secundum eam, quam præscripseris, formulam.

*Jura*] Matrimonii, scil. quod nunquam dissolvam.

321 *Si non est*] Nisi forte majora, quam possim exequi, animo præsumo.

324 *Agar*] Alii *ero*. Id est, Volo hujus facti culpam omnem in me

transferri.

325 *Nam*] Dicit se Helenam a se raptam fuisse velle fateri.

*Ægidæ*] Thesei, Ægei filii, qui te rapuit.

*Fratrum*] Castoris et Pollucis.

326 *Propiore*] Sunt vero fratres inter se maxime propinqui.

327 *Leucippidas*] Leucippi filias, Phæben et Elairam. Qua de re postea plenius in Fastis.

Troia classis adest armis instructa virisque;  
 Jam facient celeres remus et aura vias : 330  
 Ibis Dardanias ingens regina per urbes;  
 Teque novam credet vulgus adesse Deam :  
 Quaque feres gressus, adolebunt cinnama flammæ;  
 Cæsaque sanguineam victima planget humum :  
 Dona pater fratresque, et cum genitrice sorores, 335  
 Iliadesque omnes, totaque Troja, dabunt.  
 Hei mihi ! pars a me vix dicitur ulla futuri :  
 Plura feres, quam quæ litera nostra refert.  
 Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur,  
 Concitet et vires Græcia magna suas : 340  
 Tot prius abductis, dic quæ repetita per arma est ?  
 Crede mihi, vanos res habet ista metus.

*ego quartus recenseor in exemplis. Classis Trojana, munita armis et viris, hic est. Remus et ventus jam præstabit iter expeditum. Incedes superba regina per opida Trojana: et vulgus arbitrabitur te adesse novam Deam. Et qua pedes movebis, immittet cinnamoma in ignem: et victima mactata percutiet terram cruentam. Pater et fratres et sorores cum matre, et omnes Iliades, totaque Troja præbebunt munera. Hei mihi! vix pars ulla futuri narratur a me. Pluribus cumulaberis, quam quæ epistola nostra commemorat. Nec tu abrepta metue, ne sæva bella nos persequantur, et magna Græcia commoveat opes suas. Tot ante ablatis, eoque revocatu est. per arma? Fidem mihi adhibe; res ista habet timores inanes. Thraces*

num pro non.—328 Sex Heins. enumerabor.—329 Vulg. Troica.—330 R. et Gr. faciant. Unus Be. Gu. 1. a corr. et Helm. faciunt.—334 Gu. 4. tanget humum, et pro div. lect. tinget; quomodo etiam Mor. et duo alii.—336 Ha. et unus V. dabunt. Vulg. dabit.—340 Gu. 4. cum Gr. Be. et quinque al. Græcia tota. Burm. conj. Græcia mota.—341 Dic quæ alter Be. vulgo eoque. Quidam quæ est, et quæ est, quæque est. Helm. et ed. Bersm. Quænam est.—

## NOTÆ

329 *Classis*] Adeoque facilis discessus.

330 *Facient celeres*] Id est, Facient, ut celeriter viam conficiamus.

333 *Feres gressus*] Ibis.

*Adolebunt*] In tuum honorem, tanquam Deæ, cremabunt.

*Cinnama*] Cinnamum et Cinnamomum frutex est, cujus corticis usus est etiam apud nos vulgaris; *de la canelle*. Hic vero pro quovis odoremento positum est.

334 *Sanguineam*] Postquam victi-

mæ sanguis eam roraverit, scilicet.

*Planget*] Percutiet, cum in terram cadet.

336 *Iliadesque*] Mulieres Trojanæ.

337 *Futuri*] Id est, bonorum et commoditatum, quæ tibi Trojæ tempore futuro evenient.

339 *Rapta*] Si rapta, vel, postquam rapta fueris.

341 *Tot*] Puellis, scil. antehac raptis.

*Quæ repetita*] Id est, Nulla repetita est.

Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces;  
 Et tuta a bello Bistonis ora fuit.  
 Phasida puppe nova vexit Pagasæus Iason; 345  
 Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.  
 Te quoque qui rapuit, rapuit Minoida Theseus;  
 Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.  
 Terror in his ipso major solet esse periclo;  
 Quæque timere libet, pertimuisse pudet. 350  
 Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum:  
 Et mihi sunt vires; et mea tela nocent.  
 Nec minor est Asiæ, quam vestræ copia terræ:  
 Illa viris dives, dives abundat equis.  
 Nec plus Atrides animi Menelaus habebit, 355  
 Quam Paris; aut armis anteferendus erit.

*abstulerunt Erechthida nomine Boreæ: et regio Thracia fuit secuta a bello. Jason Pagasæus abduxit Phasida navis nova: nec terra Thessala vexata est manu Colcha. Theseus, qui te abstulit, abstulit Minoida: Minos tamen nullos Cretas ciet ad arma. Trepidatio in his solet esse major ipso discrimine: et pudet reformidasse, quæ libet reformidare. Pone tamen, si vis, bellum grave excitari. Et mihi vires suppetunt; et mea arma efficiunt. Nec minores sunt opes Asiæ, quam terræ vestræ: illa opulenta viris, opulenta abundat equis. Nec Menelaus Atrides habebit plus audaciæ,*



344 Francio mollis videbatur, tuta sed a bello.—345 Pagasæus P. et Sa. Vulgo Pegasæus.—346 Bas. Thessalis ora.—351 Bas. concurrere bellum.—352 Duo

## NOTE

342 *Vanos res*] Id est, De nihilo et sine causa istud metueris.

343 *Erechthida*] Orithyiam, Erechthi Atheniensium regis filiam; quam cum Aquilo seu Boreas bona gratia non posset impetrare, vi rapuit: atque ex ea Zethen et Calaim suscepit, qui Argonautæ Harpyas fugaverunt.

344 *Bistonis*] Thracia; a Bistone palude, vel Bistonia urbe, vel, qui eam condidit, Bistone Martis filio.

345 *Phasida*] Medeam; a Phasi Colchorum fluvio celeberrimo sic dictam.

*Pagasæus*] Thessalicus; a Pagasi Thessaliæ urbe, juxta quam Argo navis ædificata est; a qua etiam pro-

pinquus sinus, unde Jason navem solvit, Pagasæus dictus est.

346 *Læsa nec*] Nec quisquam ex Colchis propter Medeam raptam adversus Thessalos bellum movit.

347 *Minoida*] Ariadnen, Minois filiam.

348 *Cretas*] Qui in Græciam, Ariadnen repetitum, navigent, supple.

349 *In his*] Cum rapta est aliqua puella.

350 *Libet*] Et pudet timuisse, quæ volumus timere, quanquam timenda non essent. Stultum et ex inepta libidine esse metum illum innuit.

351 *Finge*] Pone. Gal. *Supposez*.

355 *Atrides*] Atrei filius.

- Pæne puer cæsis abducta armenta recepi  
 Hostibus; et causam nominis inde tuli.  
 Pæne puer vario juvenes certamine vici;  
 In quibus Ilioneus, Deiphobusque fuit. 360  
 Neve putes, non me, nisi cominus, esse timendum:  
 Figitur in jusso nostra sagitta loco.  
 Num potes hæc illi primæ dare facta juventæ?  
 Instruere Atriden num potes arte mea?  
 Omnia si dederis; numquid dabis Hectora fratrem? 365  
 Unus is innumeri militis instar habet.  
 Quid valeam, nescis; et te mea robora fallunt:  
 Ignoras, cui sis nupta futura viro.  
 Aut igitur nullo belli repetere tumultu;  
 Aut cedent Marti Dorica castra meo. 370

*quam Paris, aut præferendus erit bello. Propemodum puer recuperavi armenta abacta, hostibus profligatis; et inde habui causam nominis. Propemodum puer superavi juvenes diversa pugna: inter quos Deiphobus et Ilioneus. Et ne credas, me non esse reformidandum, nisi ex propinquo: sagitta nostra tangit locum appetitum. Anne potes illi tribuere hæc facinora primæ juventutis? Anne potes adornare Atriden peritiam mea? Quamvis omnia tribueris; numquid tribues fratrem Hectorem? Is habet præstantiam militis innumeri. Ignoras, quanti sim; et meæ vires te latent. Nescis, cui viro sis futura conjux. Vel igitur nullo belli motu revocaberis; aut exercitus Græci vincuntur a Murte meo. Nec tamen ægre feram*

libri tela valent.—359 Leid. puer valido.—361 Gu. 1. Neve putes, Paridem, nisi cominus, esse timendum.—363 Francius, in jussum locum.—362 Gu. 4. in viso.—363 Num e conject. Heins. Scripti Non.—364 Num potes P. pro div. lect. Vulgo non potes.—365 Gu. 4. cum plerisque nunquam dabis.—366 Habet sex

## NOTE

- 357 *Abducta*] A latronibus, dum ille in Ida monte inter Pastores ageret.  
 358 *Causam nominis*] Ille vero Græca etymologia Alexander ἀπὸ τοῦ ἀνδρός, id est a viro, et ἀλέξω, auxiliior, dictus est.  
 360 *Ilioneus*] Vir fuit Trojanus, fortissimus Phorbantis filius, Æneæ comes.  
*Deiphobusque*] Paridis frater bellicosissimus.  
 362 *Figitur*] Sese sagittandi peritia commendat.  
 363 *Illi*] Menelao.  
*Juventæ*] Meæ, scilicet.  
 364 *Arte*] Ad omne certamen peritia.  
 365 *Dubis Hectora*] Id est, Tam strenuum, ut frater est.  
 366 *Instar*] Similitudinem notare hanc vocem dicunt Grammatici; at, ni fallor, præstantiam et dignitatem insuper habet: quod quidem hic etiam suum locum invenit.  
 367 *Fallunt*] Quæ sint, ignoras.  
 370 *Marti*] Virtuti et viribus bellicis: Mars enim Deus belli.



Nec tamen indigner pro tanta sumere ferrum  
 Conjuge : certamen præmia magna movent.  
 Tu quoque, si de te totus contenderit orbis,  
 Nomen ab æterna posteritate feres.  
 Spe modo non timida, Dis hinc egressa secundis,      375  
 Exige eam plena munera pacta fide.

*ferrum corripere pro tanta uxore : magna munera pugnam cient. Tu quoque, si uniuersus orbis certauerit propter te, consequeris famam ab æterna posteritate. Tantum hinc profecta Diis propitiis spe haud incerta, reposec promissa præmia cum certa fide.*

Heins. et Gu. 1. Vulgo *erit*.—371 Gn. 2. 3. 4. et Helm. *indignor*. Gu. 2. et 1. a giossat. item Helm. eum al. *sumere bellum*. B. *Nec tamen indignum est pro t. s. bellum*.—372 Gn. 1. a librar. *magna mouent*.

## NOTÆ

*Dorica*] Græca : Pars, pro toto.      enim pulcherrimam fuisse, ob quam  
 373 *De te*] Propter te : nam eam      tantæ motæ lites.  
 vim habet quoque præpositio *de* ; ex-      375 *Modo*] Tantummodo.  
 emplaque sunt obvia.      *Hinc*] Ex Menelai domo.  
*Totus*] Europam et Asiam intelli-      376 *Cum fide*] Non dubitans, quin  
 ge, quæ Helenæ causa bello decen-      omnia præstem.  
 nali colliisæ sunt.      *Pacta*] Tibi a me promissa.

374 *Nomen*] Gloriam. Credere est

## EPISTOLA XVII.

## HELENA PARIDI.

## ARGUMENTUM.

HELENA, lecta Paridis epistola, quasi offensa, primum objurgat eum. Deinde, ut pudorem tutetur, Paridis suasiones infringere conatur ; ita tamen, ne omnino illius amorem negligere videatur. Et sic aperte ostendit muliebrem ingenium varium esse, atque mutabile : juxta illud Ouidii in Arte amandi :

' Forsitan et primo veniet tibi litera tristis, Quæque roget, ne se solici-  
tare velis. Quod rogat illa, timet; quod non rogat, optat ut instes.  
Postremo, Paridis voluptatem expletura, ut honestius, ita tutius visum  
est, si quid sit, non literis mandare, sed per Clymenen et Æthram, socias  
fidissimas, agere. Idque cum fecissent, rebus compositis, una Trojam abi-  
erunt. Multi hanc epistolam non esse Ovidii contendunt, sed Sabini.

**N**UNC oculos tua cum violarit epistola nostros;

Non rescribendi gloria visa levis.

Ausus es, hospitii temeratis, advena, sacris,

Legitimam nuptæ sollicitare fidem?

Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum

5

Exceptit portu Tænaris ora suo?

Nec tibi, diversa quamvis e gente venires,

Oppositas habuit regia nostra fores;

Esset ut officii merces injuria tanti?

Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras?

10

*Postquam tuæ literæ læserunt oculos nostros; gloria non respondendi visa est parva. Ausus es, hospes, violatis sacris hospitii, labefactare fidem legitimum maritæ? Nempe ea causa regio Tænaris accepit portu suo te adductum per maria procellosa? Nec palatium nostrum habuit vultus tibi clausas, quanquam accederes e natione peregrina; ut injustitia esset præmium tanti beneficii? Qui sic ingre-*

//////////

P. margini ascriptos habebat hos versus initio Epistolæ: *Si mihi, quæ legi, Pari, non legisse liceret, Servarem numeros, sicut et ante, probæ.*—1 Med. unus et prima ed. *Cum tua nunc oculos.*—2 Quidam codd. *Non mihi scribendi.* Al. *Non rescribenti.* Be. *Nunc rescribenti.*—6 Go. *Tyndaris.* Be. *Trinacris.*—7 Alii a

#### NOTÆ

2 *Non*] Duplex potest esse sensus, qui tamen prope eodem redeat, prout voculam istam *non* ad *rescribendi* vel ad *levis* retuleris.

*Levis*] Parva.

3 *Temeratis*] Violatis. Enimvero hospitii jura violat, qui hospitii uxorem adulterio corrumpere nititur.

*Sacris*] Scilicet, Jovi et Diis hospitalibus sacra fiebant, in hospitii sanciendo fœdere.

5 *Scilicet*] Ironiæ apta etiam vocula.

*Idcirco*] Ut me corrumperes.

6 *Tænaris*] Laconica; a Tænaro

promontorio; de quo jam sæpe.

7 *Diversa*] Remota, et quæ aliis moribus vivit. Barbarorum vero nomine alios omnes Græci contemnebant. Hospites Spartani præsertim odio habebant.

8 *Oppositas*] Clausas. Regia non exclusus es.

9 *Officii*] Communicati hospitii.

*Injuria*] In adulterium sollicitationem intellige; quam beneficii mercedem Helena arguit.

10 *Sic*] Cum desiderio me abdu-  
cendi.

Nec dubito, quin hæc, cum sit tam justa, vocetur  
 Rustica, iudicio, nostra querela, tuo.  
 Rustica sim sane, dum non oblita pudoris;  
 Dumque tenor vitæ sit sine labe meæ.  
 Si non est ficto vultus mihi tristis in ore; 15  
 Nec sedeo duris torva superciliis;  
 Fama tamen clara est; et adhuc sine crimine vixi,  
 Et laudem de me nullus adulter habet.  
 Quo magis admiror, quæ sit fiducia cœpti;  
 Spemque tori dederit quæ tibi causa mei. 20  
 An, quia vim nobis Neptunius attulit heros,  
 Rapta semel, videor bis quoque digna rapi?  
 Crimen erat nostrum, si delenita fuisset:  
 Cum sim rapta, meum quid, nisi nolle, fuit?

*diebaris, erasne hospes an hostis? Nec dubito, quin hæc querimonia, cum sit tam justa, dicatur inepta iudicio tuo. Sim profecto inepta; modo non immemor pudicitiae; et modo ordo meæ vitæ sit sine macula. Si species mihi non est severa in ore simulato; nec sum terribilis sævis superciliis; fama tamen est illustris; et jocata sum adhuc sine flagitio: et nullus stuprator habet gloriam de me. Quo magis stupeo, quæ sit fiducia anso; et quæ causa tibi præbuerit spem lecti mei. An, quia heros Neptunius nobis vim fecit, abducta semel, videor quoque digna bis abduci? Nostrum erat flagitium, si pellecta fuisset. Cum sim abluta, quid fuit*

//////////

*gente.*—16 P. pro div. lect. et sex alii *Nec videor.* Al. *torvis dura sup.* Gu. 4. *torvis dira.*—17 Duo codd. *rara est.* P. pro div. lect. Gu. 2. 3. et Helm. 3. *crimine lusi.*—19 Al. *cœpto.*—21 Gu. 1. et 4. *intulit.*—23 *Delenita* scribit

#### NOTÆ

13 *Dum*] Dummodo; Gall. *Pourvu que.*

14 *Tenor*] Seriem, continuationem, et cursum notat vox ista. *Le cours de la vie.*

15 *Si non est*] Ad id, quod primum ex vultus hilaritate conjici potest, Helena respondet: testaturque se, quamvis festivam, castam tamen esse.

*Ficto*] Major non est profecto earum puellarum virtus, quæ tristitiam et severitatem nescio quam ridiculam affectant.

16 *Duris*] Quæ inexorabili severitatem prædicent.

*Torva*] Terribilis.

*Superciliis*] In quibus præsertim severitatis et superbiam sedes.

17 *Vixi*] Alii habent *lusi*, verbum amatorium.

18 *Laudem*] Id est, De me non potest sese jactare.

19 *Cœpti*] Tui, scil. qui me corrumpere quæras.

21 *An, quia*] Tota hæc Helenæ ratio persuadere magis, quam dissuadere videtur.

*Neptunius*] Theseus; Neptuni nepos.

23 *Crimen*] Culpa.

*Delenita*] Thesei blanditiis capta, et ad ejus amorem perducta.

- Non tamen e factu fructum tulit ille petitem ; 25  
 Excepto, redii passa, timore, nihil.  
 Oscula luctanti tantummodo pauca protervus  
 Abstulit : ulterius nil habet ille mei.  
 Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset.  
 Di melius : similis non fuit ille tui. 30  
 Reddidit intactam, minuitque modestia crimen ;  
 Et juvenem facti pœnituisse patet :  
 Thesea pœnituit, Paris ut succederet illi ;  
 Ne quando nomen non sit in ore meum ?  
 Nec tamen irascor : (quis enim irascatur amanti ?) 35  
 Si modo, quem præfers, non simulatur amor.  
 Hoc quoque enim dubito ; non quo fiducia desit,  
 Aut mea sit facies non bene nota mihi :

*meum, nisi nolle? Ille tamen non consecutus est ex cæpto præmium quæsitum : reverti nihil passa, si metum tollas. Tantum procaz rapuit renitenti pauca suavia : ille nihil habet mei amplius. Quæ tua est protervia, non fuisset contenta his. Di melius ! ille tibi par non fuit. Restituit illibatam ; et modestia leviorem fecit ejus culpam : et manifestum est juvenem pœnituisse facinoris. Pœnituit Theseum, ut Paris illi substitueretur ; ne aliquando nomen meum non teratur ore hominum ? Nec tamen succenseo : (quis enim succenset amanti ?) si modo amor, quem indicas, non fingitur. Nam de hoc etiam incerta sum : non quod confidentia absit, aut mea*

Burm. atque ita Gu. 1. vulgo *delinita*.—27 Gu. 2. 4. et Helm. cum al. *luctando*.—29 In multis codd. *est* non apparet. Burm. putat scriptum fuisse *nequitias*, omisso *est*.—32 Be. *pœnit. liquet*.—35 *Irascatur* a conj. Heins. pro *irascetur*, quod in Scr. Vulgo *succenset*.—36 Quidam Codd. *profers*, inter quos unus Be. qui et *simuletur*.—37 Quidam *Hoc etenim*. Gu. 2. *Hæc etenim* : al.

## NOTÆ

- 24 *Nisi nolle*] Per vim a Theseo se dicit abductam.  
 25 *Facto*] Raptu.  
*Petitem*] Desideratum.  
 27 *Luctanti*] Mihi, scil. quæ ipsi resistebam.  
 29 *Quæ tua nequitia*] Gall. dicimus, *Méchant comme vous êtes*.  
*His*] Osculis.  
 30 *Similis*] Ita ut tu es protervus et libidinosus.  
 31 *Intactam*] Non vitiatam. Quamquam non defuerunt, qui aliter senserint.  
 32 *Facti*] Raptus.  
*Pœnituisse patet*] Omnino, si quidem intactam sponte reddidisset : at vero vi magna repentibus fratribus red-dita est.  
 33 *Pœnituit*] Interrogative et quadam cum indignatione legendum.  
 34 *Ne quando*] Id est, Ut semper sinistris hominum rumoribus differar.  
 35 *Nec tamen*] Ecce, antea paciscentem verius quam resistentem Helenam, jam statim sese, more muliebri, prodentem.  
 36 *Profers*] Indicas et prædicas.  
 37 *Hoc quoque*] Ego quoque dubito, ne forte amorem similes,

Sed quia credulitas damno solet esse puellis ;  
 Verbaque dicuntur vestra carere fide. 40  
 At peccant aliæ ; matronaque rara pudica est.  
 Quid prohibet raris nomen inesse meum ?  
 Nam mea quod visa est tibi mater idonea, cujus  
 Exemplo flecti me quoque posse putes ;  
 Matris in admissio, falsa sub imagine lusæ, 45  
 Error inest ; pluma tectus adulter erat.  
 Nil ego, si peccem, possim nescisse, nec ullus  
 Error, qui facti crimen obumbret, erit.  
 Illa bene erravit, vitiumque auctore redemit :  
 Felix in culpa quo Jove dicar ego ? 50

*forma non sit mihi perspecta: sed quia facilitas solet esse detrimento puellis; et vestra verba dicuntur esse absque fide. At aliæ delinquant; et matronæ paucæ sunt castæ. Quid obstat nomen meum esse inter paucas? Nam quod mater mea tibi visa est apta, cujus exemplo credas me posse quoque moveri: error est in facto matris deceptæ sub ficta specie: stuprator erat velatus pennis. Ego, si delinquam, nihil possim ignorasse; nec ullus error erit, qui velet probrum admissi. Illa bene erravit, et compensavit stuprum auctore. Quo ego Jove beata vocer in*

*Hoc etiam: nonnulli Hoc quoque nam. Med. et Ar. non quo: vulgo non quod.—42 Quid corr. Heins. Vulgo Quis. P. Qui.—44 Patr. Jun. et Leid. tangi me. Gu. 2. et a corr. 1. item Helm. putas.—46 Plumis L.—47 Vulgo possum: Ar. possem.—49 Margo Mycilli et Colin. auctore levavit.—51 Gu. 1. 2. 4. et Helm.*

## NOTÆ

*Fiducia desit]* Id est, Non quod de forma mea diffidam.

40 *Verbaque dicuntur]* ‘Fidelem haud ferme mulieri invenias virum.’ Terent.

41 *At peccant]* Quamvis fideles non sint viri, tamen, quasi essent, puellæ peccant. Objectionis est, quasi ex parte Paridis: dixerat vero ille, ‘Lis est cum forma magna pudicitia.’

42 *Quid prohibet]* Responsio est Helenæ ad objectionem. Quid prohibet, inquit, me inter paucas pudicas recenseri?

43 *Visa est]* Dixerat vero Paris, ‘Hæc tibi nempe patrem furta dedere Jovem.’

*Delph. et Var. Clas.*

45 *Admissio]* Adulterio.

*Falsa]* Cyceni, scilicet.

46 *Error]* Cycnum enim esse eum credidit qui fuit Juppiter.

47 *Nil ego]* Adeoque non pudicitia securitatem, sed impudicitia latibulum quaerit: qualis ingenii plurimas inveneris mulieres.

49 *Bene]* Feliciter. Sed vocis ambiguitas orationi subservit.

*Auctore]* Jove. Nullum dicit fuisse Ledæ crimen, quod ei a Jove vitium oblatum fuerit.

*Redemit]* Compensavit.

50 *Quo Jove]* Id est, Nullo. Paridem Jovem esse, quo crimen suum compensetur, negat Helena.

*Ovid.*

**T**

Quod genus, et proavos, et regia nomina jactas ;  
 Clara satis domus hæc nobilitate sua est.  
 Jupiter ut soceri proavus taceatur, et omne  
 Tantalidæ Pelopis Tyndareique decus ;  
 Dat mihi Leda Jovem, cycno decepta, parentem ; 55  
 Quæ falsam gremio credula fovit avem.  
 I nunc, et Phrygiæ late primordia gentis,  
 Cumque suo Priamum Laomedonte refer :  
 Quos ego suspicio ; sed, qui tibi gloria magna est  
 Quintus, is a nostro nomine primus erit. 60  
 Sceptra tuæ quamvis rear esse potentia Trojæ,  
 Non tamen hæc illis esse minora puto.

*crimine? Quod prædicas gentem, et proavos, et nomina regia: hæc domus satis est illustris sua nobilitate. Quamvis Jupiter proavus soceri prætermittatur, et omnis honos Pelopis Tantalidæ, et Tyndarei; Leda delusa cycno, quæ simplex culefecit sinu avem fictam, facit mihi Jovem patrem. I nunc, et proluxæ commemoravit initia generis Phrygiæ, et Priamum cum suo Laomedonte. Quos ego veneror: sed quintus qui tibi est magna gloria, is erit primus a nostro nomine. Quamquam arbitrer sceptrum tuæ Trojæ esse validum, non tamen credo hæc esse inferiora illis. Tam-*

cum plerisque al. *Et genus: al. Quid genus.—54 Decus P. pro div. lect. vulgo genus: Be. Tyndaridisque decus: Gu. 1. ac 3. Tyndaridæque genus.—57 Al. claræ primordia.—58 Priamum Laomedonte P. Leid. et Gu. 1. Priamo Laomedonta vulgo.—60 Gu. 2. et 4. item Helm. cum vulg. nostro sanguine.—61 Fr.*

## NOTE

51 Quod] Quant à ce que.

Genus] Extraction.

52 Hæc] Mea.

53 Ut] Quamvis.

Proavus] Vide supra.

54 Tyndareique] Fuit Tyndareus Ledæ maritus, dictusque adeo Helenæ pater.

57 I nunc] Quasi dicat, Frustra genus tuum jactas.

59 Suspicio] Veneror.

60 Quintus] De Jove loquitur. Miror vero Hubertinum, qui quidem optime ex Mythologis Paridis genealogiam scripsit, ejusque genus a Priamo, Laomedonte, Ilo, Troë, Erich-tonio, Dardano, Jove repetit; hunc vero, qui septimus est, quintum facit.

Credendum est itaque, vel locum hunc corruptum esse; vel aliter quam solent Nasonem Paridis avos recensuisse; vel denique, de industria errantem feminam induxisse.

Primus] Quia pater. Eo vero optime majorem suam facit dignitatem Helena, quo minus a Jove distat. Ut maxime nostrorum quorundam stultorum homuncionum demirer ineptiam, qui quo plus a majoribus suis ætate et virtute sunt remoti, eo sibi majorem partem credunt nobilitatem. Egregie vero, siquidem minus ab illis remotissimis istorum socordix lumen affulget: virtus est, scilicet, minus pravum videri!

61 Sceptra] Ad id respondet quod

Si jam divitiis locus hic numeroque virorum  
 Vincitur; at certe barbara terra tua est.  
 Munera tanta quidem promittit epistola dives; 65  
 Ut possint ipsas illa movere Deas:  
 Sed si jam fines vellem transire pudoris;  
 Tu melior culpæ causa futurus eras.  
 Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo;  
 Aut ego te potius, quam tua dona, sequar. 70  
 Utque ea non sperno; sic acceptissima semper  
 Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.  
 Plus multo est, quod amas; quod sum tibi causa laboris;  
 Quod per tam longas spes tua venit aquas.  
 Illa quoque, apposita quæ nunc facis, improbe, mensa, 75  
 (Quamvis experiar dissimulare) noto.

*etsi hic locus superetur opibus, et numero virorum: ut profecto terra tua est barbara. Litteræ tuæ magnificæ equidem pollicentur tanta dona; ut illa valeant tangere ipsas Deas. Sed si maxime cuperem transgredi limites honestatis, tu futurus eras potior causa peccati. Vel ego tuebor semper nomen sine macula; vel ego potius te sequar, quam tua munera. Et ut ea non contemno; sic dona sunt semper gratissima, quæ auctor reddit pretiosa. Amplius est multo, quod amas; quod sum tibi causa laboris; quod spes tua accedit per tam vasta maria. Advertito etiam illa, quæ nunc, proterve, agis, mensa admota; quamvis coner dissimulare. Cum modo*

et Jun. reor. Gu. 1. cum P. potentia terræ.—67 Plurimi finem. L. partes.—68 Gu. 2. cum plurimis Tu major.—69 Al. perpetuan.—71 Gu. 1. spernam. Go. accept. quondam, h. e. aliquando, nonnunquam.—72 Leid. et Scr. actor.—73 Helm. causa doloris.—74 Vulg. tam per longas. Fr. spes tibi.—75 Heins. conj. ad positam quæ tu facis improbe mensam.—76 Idem expedit.—77 Al. Tu

## NOTE

dixerat Paris, 'Sceptra parens Asiæ,' &c.

62 *Hæc*] Nostra.

63 *Si jam*] Paridi concedit quidem ejus Asiam Græcia opulentior; sed barbaram esse dicit.

65 *Dives*] Quæ divitias pollicetur.

68 *Tu melior*] Tua elegantia magis flecterem, quam divitiis. Jam diu victa est, quæ sic loquitur.

71 *Semper*] Gottorphanus quondam, pro Quandoque, Nonnunquam: quod clar. Heinsius, non sine causa, elegans visum est.

72 *Auctor quæ*] Terent. de meretricula in Eunucho: 'Læta est, non tam ipso quidem Dono, quam abs te datum esse: id vero serio Triumphat.'

73 *Plus multo*] Ut me in tui amoris pellicias, scilicet.

74 *Longas*] Scilicet, a Troja ad Peloponnesum non est brevis via.

*Spes tua*] Tu, me abducere sperans. Metonym.

75 *Illu*] Quæ versibus sequentibus recenset.

*Nunc*] Vide, quo sensu hac voce

Cum modo me spectas oculis, lascive, protervis ;  
 Quos vix instantes lumina nostra ferunt :  
 Et modo suspiras ; modo pocula proxima nobis  
 Sumis ; quaque bibi, tu quoque parte bibis. 80  
 Ah quoties digitis, quoties ego tecta notavi  
 Signa supercilio pæne loquente dari !  
 Et sæpe extimui, ne vir meus illa videret ;  
 Non satis occultis erubique notis.  
 Sæpe vel exiguo, vel nullo murmure, dixi, 85  
 Nil pudet hunc : nec vox hæc mea falsa fuit.  
 Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro,  
 Quod deducta mero litera fecit, Amo.  
 Credere me tamen hoc oculo renuente negavi.  
 Hei mihi ! jam didici, sic quoque posse loqui. 90

*me aspicias oculis procacibus, luxuriose ; quos urgentes vix oculi nostri tolerant : et modo gemis ; modo capis pocula proxima nobis ; et tu quoque bibis parte, qua bibi. Ah quoties adverti notas occultas exhiberi digitis, quoties supercilio propemodum loquente ? et sæpe pertimui, ne maritus meus illa cerneret : et erubui signis non satis tectis. Sæpe dixi, vel tenui, vel protracto murmure, Nihil pudet hunc : nec hæc mea verba fuerunt falsa. Legi etiam in ambitu mensæ sub nomine nostro, Amo, quod litera exarata vino fecit. Negavi tamen me his fidem habere oculo abnuente. Hei mihi ! jam docta sum, posse quoque sic loqui. Ego moverer his*

*modo : Gu. 4. Quomodo. Gu. 2. me expectas.—80 Gu. 1. et 2. quaque bibo.—83 Ut sæpe mallet Heius.—85 Nullo P. Ceteri longo. Be. parvo.—86 Mor. hæc mihi falsa : Med. vana fuit.—89 D. cum al. multis Crede mihi, tamen hoc.*

## NOTE

utatur ; de re præterita quidem loquens, sed præsentem quam facit.

*Improbe*] Non hic nefarium, aut scelestum exposueris ; sed procacem, audacem, assiduum.

76 *Experiar dissimulare*] Id est, Coner simulare me non intelligere.

77 *Protereis*] Petulantibus, procacibus et lascivis.

78 *Instantes*] Nimum quid velint declarantes, et quasi petentes.

80 *Quaque*] Qua parte.

81 *Digitis*] Manu etiam amoris sui signa Paris dederat.

82 *Pæne loquente*] Maxima est in oculis animi declaratio.

84 *Non satis occultis*] Quia signis

illis ipse etiam Menelaus Paridis amorem, immo et Helenæ culpam, cognoscere potuisset.

85 *Vel nullo*] Alii habent *vel longo* ; quod est quodammodo admirantis et subirascentis.

86 *Hunc*] Paridem.

*Nec vox*] Quia pudore carebat Paris.

87 *Orbe mensæ*] In mensa rotunda.

*Legi sub nomine*] Postquam Helenæ nomen vino Paris scripsisset, hanc nomini vocem supposuit Amo ; ut intelligeret Helena se ab illo amari.

89 *Hoc*] Me a te amari.

*Renuente*] Nutu tibi respondente,



His ego blanditiis, si peccatura fuisset,  
 Flecteret: his poterant pectora nostra capi.  
 Est quoque (confiteor) facies tibi rara; potestque  
 Velle sub amplexus ire puella tuos.  
 Altera vel potius felix sine crimine fiat, 95  
 Quam cadat externo noster amore pudor.  
 Disce meo exemplo, formosis posse carere:  
 Est virtus placitis abstinuisse bonis.  
 Quam multos credas juvenes optare, quod optas,  
 Qui sapiant? oculos an Paris unus habes? 100  
 Non tu plus cernis; sed plus temerarius audes:  
 Nec tibi plus cordis, sed magis oris, inest.  
 Tunc ego te vellem celeri venisse carina,  
 Cum mea virginitas mille petita procis.

*blandimentis, si fuisset lapsura: pectora nostra poterant his deliniri. Est quoque tibi, agnosco, species præstans: et puella potest velle venire in complexus tuos. Vel altera fiat potius beata sine culpa, quam noster pudor recedat amore peregrino. Disce meo exemplo posse vivere sine pulchris. Est virtus sibi temperasse a bonis placitis. Quam multos juvenes arbitraris cupere, quod cupis, qui sibi temperent? An solus Paris habes oculos? Tu non amplius visu polles; sed temerarius amplius audes. Nec tibi plus inest animi, sed plus linguæ. Ego vellem te tunc accessisse veloci nave, cum mea virginitas quæsita est mille procis. Si te aspexissem, fuisses*

Idem renuente notavi.—90 Gu. 4. *nam didici.* P. et R. *sic ego.*—93 Gu. 2. *tibi clara.*—95 *Vel potius* P. R. et Gu. 1. *Vulgo sed potius.* Gu. 2. *Altera jam felix uxor sine.*—96 Bersm. *extremo pro externo.*—99 *Credas duo Heins.* *Vulgo credis.* Al. *optasse.*—100 Gu. 2. et 4. *cum al. sapient.* Unus V. *an Paris solus.*—102 Gu. omnes cum al. *minus oris.* *Inest duo Heins.* *Vulgo adest:* Gu. 4.

## NOTÆ

et negante.

90 *Sic*] Oculorum nutu.

91 *Peccatura*] Si conjugii voluissent fidem fallere.

93 *Est quoque*] Respondet ad id, quod dixit Paris, 'Nec puto collatus forma Menelaus,' &c.

95 *Vel*] Quantam vim habet hoc in loco hæc vocula, quamque prodit bene occultum Helenæ amorem!

96 *Externo*] Viri extranei; qui maritus non est.

97 *Meo exemplo*] Quæ licet non habeam maritum pulchrum, tamen eo sum contenta, ut exponit Huberti-

nus. Quod minime placet. Tacite indicat Helena se Paridis amore captam esse, cui per virtutem resistat.

98 *Virtus*] Maxima quidem, ut vix detur major; ex quo solenne illud Epicteti summi Philosophi, 'Sustine et abstine.'

99 *Quod optas*] Ejus concubitus, scil.

100 *Qui sapiant*] A me abstineant. Sapientiæ vero non angustos admodum posuit fines; cui vota impura sint licita.

*Paris unus*] Unus Vaticanus, *Paris solus.* Purimis suam dicit esse cogni-

- Si te vidissem, primus de mille fuisses; 105  
 Judicio veniam vir dabit ipse meo.  
 Ad possessa venis præceptaque gaudia serus:  
 Spes tua lenta fuit; quod petis, alter habet.  
 Ut tamen optarem fieri tibi Troia conjux,  
 Invitam sic me nec Menelaus habet. 110  
 Desine molle, precor, verbis convellere pectus;  
 Neve mihi, quam te dicis amare, noce:  
 Sed sine, quam tribuit sortem Fortuna, tueri;  
 Nec spoliū uostri turpe pudoris habe.  
 At Venus hoc pacta est: et in altæ vallibus Idæ 115  
 Tres tibi se nudas exhibuere Deæ:  
 Unaque cum regnum, belli daret altera laudem;  
 Tyndaridos conjux, tertia dixit, eris.

*primus de mille. Ipse maritus ignoscet meo iudicio. Accedis tardus ad voluptatem occupatam et correptam. Spes tua fuit tarda: alter possidet, quod cupis. Quamvis tamen cuperem fieri tibi uxor Trojana, Menelaus nec me ita retinet coactam. Omitte, queso, labefactare verbis cor tenerum: neve mihi obesto, quam profiteris te amare. Sed putare, me servare conditionem, quam fortuna exhibuit; nec refer indecorum spoliū nostræ pudicitiae. At Venus hoc pollicita est; et tres Deæ ostenderunt se tibi sine vestibus in vallibus Idæ cæcelsæ; et cum una polliceretur imperium, altera gloriam belli; tertia dixit, Fies maritus filiae Tyndari. Vix equi-*

cum quatuor Heins. habes.—105 Grævio rectius videbatur si reponeretur, *primus de mille tulisses*.—107 Gu. 1. et 4. cum al. *præceptaque*: Helm. *perceptaque*.—108 Jun. et Med. *lenta venit*. Mor. et unus Be. *quam petis*.—109 Gu. 1. *Ut nunc opt.* P. *Troia*: alii *Troica*.—110 Vulgo non *Menelaus*.—111 Al. *verbis divellere*: alii *compescere*; quidam *corrumpere, contundere, compellere*: Gu. 1. *mihi vellere*.—113 Gu. 1. ante correct. et 4. cum al. *sortem natura*.—115 Heins. conj. *ut in altæ*. L. et Be. unus, *altis vallibus*.—116 Alter Mor. *nudas exposuere*.—118 Vulg. *Tyndaridis*: at prior Mor.

## NOTÆ

tam pulchritudinem.

102 *Oris*] Verecundiæ.

105 *Primus*] Scilicet, ne quis ex prociis offenderetur, si cui pater Helenam desponderet, consenserunt omnes, ut quem vellet, cui reliqui auxilio essent, ipsa eligeret.

107 *Præceptaque*] Ante occupata.

109 *Ut*] Quanquam.

110 *Invitam*] Dicit se nec male nec contra animi desiderium cum Mene-

lao esse.

111 *Molle*] Ad amandum pronum.

*Convellere*] Commovere, labefactare; ab officio deflectere; in tui amorem pellicere.

112 *Noce*] In crimen et dedecus me impellendo.

113 *Tueri*] 'Ut caste cum Menelao vivam.

115 *At Venus*] Respondet ad id quod dixerat Paris, 'Pollicita est

Credere vix equidem caelestia corpora possum  
 Arbitrio formam supposuisse tuo : 120  
 Utque sit hoc verum ; certe pars altera ficta est,  
 Iudicii pretium qua data dicor ego.  
 Non est tanta mihi fiducia corporis, ut me  
 Maxima, teste Dea, dona fuisse putem.  
 Contenta est oculis hominum mea forma probari ; 125  
 Laudatrix Venus est invidiosa mihi.  
 Sed nihil infirmo ; faveo quoque laudibus istis :  
 Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget ?  
 Nec tu succense, nimium mihi creditus ægre :  
 Tarda solet magnis rebus inesse fides. 130  
 Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas ;  
 Proxima, me visam præmia summa tibi ;

*dem possunt credere corpora caelestia permisisse pulchritudinem iudicio tuo. Et quamvis hoc sit verum, certe pars altera est falsum, qua ego dicor facta merces iudicii. Non mihi tanta est confidentia corporis, ut credam me fuisse maxima munera Dea iudicio. Mea pulchritudini satis est laudari oculis hominum : Venus approbatrice est mihi invidiosa. Sed nihil nego ; probo etiam ista præconia. Nam quamobrem meus sermo inficietur esse, quod optat ? Nec tu vix creditus nimium mihi irascaris. Fides lenta solet tribui magnis rebus. Ergo prima gaudia sunt placuisse Veneri : altera, me visam tibi maxima munera : nec te prætulisse honores*



*Tyndaridos. Sic Æolidos et similia, Græco more.—119 Al. caelestia numina. Excerpta Voss. cæl. pectora.—122 Vulg. dicar ; at meliores dicor.—126 Gu. 3. et 4. cum multis al. insidiosa mihi. Unus Be. insidiata. Quidam mei pro mihi scribunt.—127 Multi libri infirmor : V. 2. et 1. in marg. L. unus et Ha. inficior : Pal. insinuo : duo offendo. D. Sed non irascor.—132 Gu. 2.*

## NOTE

thalamo te Cytherea meo.'

118 Tyndaridos] Helenæ. Vide sis Paridis epistolam ; quæ huic vicem præstet commentarii.

Tertia] Venus ; scil.

121 Utque] Quamvis.

Hoc] Quod de forma Dearum iudicaveris.

Pars altera] Eorum quæ dicis, scil.

122 Iudicii] Quo Veneri palmam tulisti.

123 Corporis] Quod ad pulchritudinem spectat, intellige.

Ut me] Vide ut magis de forma, quam de pudicitia sollicita sit ; utque victam se tradat potius, quam ab

adultero tneatur.

127 Infirmit] Alii inficior.

128 Quod cupit] Esse pulchram, scil.

129 Succense] Irascere. Enimvero istud etiam curaverit mulier pudica !

Nimium mihi] Ex Paridis persona loquitur, cum ipsum nimis ægre creditum dicit, quasi is ideo queri posset, quod sibi Helena non crederet.

Creditus] De iis intellige, quæ de Helena prædicasse Venerem Paris dicebat.

132 Me visam] Me putatam et iudicatam esse.

- Nec te Palladios, nec te Junonis honores  
 Auditis Helenæ præposuisse bonis.  
 Ergo ego sum virtus? ego sum tibi nobile regnum? 135  
 Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.  
 Ferrea, crede mihi, non sum; sed amare repugno  
 Illum, quem fieri vix puto posse meum.  
 Quid bibulum curvo proscindere littus aratro,  
 Spemque sequi coner, quam locus ipse neget? 140  
 Sum rudis ad Veneris furtum; nullaque fidelem  
 (Di mihi sint testes) lusimus arte virum.  
 Nunc quoque, quod tacito mando mea verba libello,  
 Fungitur officio litera nostra novo.  
 Felices, quibus usus adest! ego, nescia rerum, 145  
 Difficilem culpæ suspicor esse viam.

*Palladios, nec te prætulisse honores Junonis bonis auditis Helenæ. Ergo ego sum tibi virtus? Ego sum splendidum regnum? Inhumana forem, si ego non diligam hunc tuum animum. Crede mihi non sum inhumana: sed refugio illum diligere, quem arbitror vix posse fieri meum. Quamobrem tentem findere littus bibulum adunco vomere, et spem fovere, quam ipse locus prohibeat? Sum imperita ad furtum Veneris: et, Di mihi sunt testes, nulla fraude decepimus maritum fidum. Nunc etiam, quod committo mea verba libello secreto, epistola nostra facit officium insolitum. Beatæ, quibus experientia adest! ego imperita conjicio iter ad crimen*



*præmia magna.*—134 Vulg. *Helenes*: at scripti et veteres Edd. *Helenæ*.—136 *Ferrea sim* multi scripti et editi.—137 Gu. 2. 4. et Helm. cum al. *amare recuso*.—139 O. et plures alii *profindere littus*.—140 Vulg. *negat*.—142 Al.

#### NOTE

- 134 *Bonis*] Pulchritudine, scil.  
 135 *Sum virtus*] Hoc dicit, quia se virtutis a Pallade promissæ loco Paris elegerat.  
*Nobile regnum*] Id est, Regni a Junone promissi loco.  
 136 *Hoc*] Tuum, talem.  
 137 *Ferrea*] Dura; inhumana; quæ amare nesciam.  
*Sed*] Illud vero *sed* nihil est: atque etiam *vix* subdit.  
 139 *Quid bibulum*] Per similitudinem ostendit sibi Paridis amori non esse frustra indulgendum.  
*Bibulum*] Nimirum littus arenosum statim aquam omnem ebibit, et sterile est.  
 140 *Spemque*] Velim ex semente lætam messem sperare, quam locus ipse deneget? Sese a Paride amari fingit non credere.  
*Locus*] Littus arenosum et sterile.  
 142 *Lusimus*] Decepimus.  
 143 *Nunc quoque*] Ad alium se antea nunquam scripsisse negat.  
*Tacito*] Secreto.  
 144 *Noro*] Insolito.  
 145 *Felices*] Suspirans istud dicit proba mulier.  
*Usus*] Experientia; exercitatio.  
 146 *Difficilem*] Adeoque maxime cavendum in principio ne peccemus.

Ipse malo metus est. Jam nunc confundor, et omnes  
 In nostris oculos vultibus esse reor.  
 Nec reor hoc falso: sensi mala murmura vulgi;  
 Et quasdam voces retulit Æthra mihi. 150  
 At tu dissimula; nisi si desistere mavis.  
 Sed cur desistas? dissimulare potes.  
 Lude, sed occulte: major, non maxima, nobis  
 Est data libertas, quod Menelaus abest.  
 Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus; 155  
 Magna fuit subitæ justaque causæ viæ.  
 Aut mihi sic visum est: ego, cum dubitaret, an iret,  
 Quamprimum, dixi, fac rediturus eas.  
 Omine lætatus dedit oscula: Resque, domusque,  
 Et tibi sit curæ Troius hospes, ait. 160

*esse asperum. Ipse timor est oneri: jam nunc turbata sum, et puto omnes oculos hære in nostra facie. Neque hoc falso reputo. Experta sum sinistros rumores vulgi: et Æthra renuntiavit mihi quædam verba. At tu dissimula; nisi si præoptas desinere. Sed quamobrem desinas? potes dissimulare. Ludito, sed clam: licentia major, non maxima est nobis indulta, quod Menelaus procul est. Ille quidem abest digressus re ita urgente. Magna et justa causa fuit repentino itinere. Aut sic mihi visum est. Ego, cum incertus esset, an proficisceretur, Fac, inquam, discedas mox reversurus. Gaudens præsgio me deosculatus est: et inquit, Et res et domus*

*sunt testes.—143 Gn. 2. Hoc quoque.—147 Be. Ipsa virum metuo.—149 Francius conj. sensi modo murmura.—151 Alii nisi tu, nisi te, si non, nisi me, nisi jam, et similia.—152 Unus Mor. item ed. Bersm. et Colin. dissim. licet.—155 Be. ita me cogente. Al. est in Cressia regna profectus: L. est Creteia regna prof. Be. Go. et V. longa regione profectus.—157 Aut P. et Leid. vulgo At. Al. sic jussum*

## NOTÆ

147 *Malo est*] Mihi nocet; molestus est.

*Jam nunc*] Antequam peccavero; quid postea esset?

*Omnes*] Qui fraudem et peccatum meum arguant.

150 *Quasdam voces*] Populi, scil. de amore nostro obmurmurantis.

*Æthra*] Helenæ altera comes.

151 *Desistere*] Amore supersedere.

153 *Major*] Quam si adesset maritus, intellige: at non omnis tamen data est. Dixerat Paris, 'Sed tibi et

hoc suadet rebus, non voce maritus: ad hoc respondet Helena.

156 *Causa*] Ea fuit, ut dividerentur in Creta Atrei bona.

157 *Sic*] Ut Menelaus in Cretam proficisceretur, causam esse justam. Quippe justam fingebat adultera quæ discedere maritum cupiebat.

159 *Omine*] Illo nempe, quod dixisset Helena, 'Quamprimum rediturus eas.'

*Dedit*] Mihi, scil.

160 *Troius*] Paris.

- Vix tenui risum : quem dum compescere luctor,  
 Nil illi potui dicere, præter, Erit.  
 Vela quidem Creten ventis dedit ille secundis.  
 Sed tu non ideo cuncta licere puta.  
 Sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens. 165  
 An nescis longas Regibus esse manus ?  
 Fama quoque est oneri : nam quo constantius ore  
 Laudamur vestro, justius ille timet.  
 Quæ juvat, ut nunc est, eadem mihi gloria damno est :  
 Et melius famæ verba dedisse foret. 170  
 Nec, quod abest, hic me tecum mirare relictam :  
 Moribus et vitæ credidit ille meæ.  
 De facie metuit, vitæ confidit : et illum  
 Securum probitas, forma timere facit.  
 Tempora ne pereant ultro data præcipis ; utque 175  
 Simplicis utamur commoditate viri :

*et hospes Trojanus sit tibi curæ. Vix repressi risum : quem dum conor coërcere, nihil potui illi dicere præter Erit. Ille quidem expandit carbasa Creten ventis propitiis. Sed tu ne credas ideo omnia esse concessa. Maritus meus ita hinc abest, ut absens me servet. An ignoras manus longas esse Regibus ? Fama quoque gravis est : nam quo certius celebramur ore vestro, ille metuit justius. Gloria, quæ prodest, ut nunc est, eadem mihi est detrimento. Et aptius esset fefellisse famam. Nec, quia procul est maritus, mireris me hic tecum desertam : ille confisus est moribus et vitæ meæ. Timet de forma, vitæ credit : et integritas præstat illum tutum, pulchritudo cogit metuere. Suades, ne oportunitas sponte exhibitu dilabatur ; et ut utamur facilitate creduli mariti.*

*est.—160 Unus F. sint.—164 P. et Gu. 1. non adeo.—168 Gu. 1. cum al. quibusdam fortius ille.—169 Be. Quod juvat.—170 Sæpius dedisse fuit.—171 Scr.*

## NOTÆ

- 161 *Vix tenui*] Quia ovem lupo tudinis laude.  
 coucredere Menelaum sciebat. *Damno*] Quia per eandem ex pulchritudine laudem et gloriam minus  
 162 *Erit*] Curæ, scil. domus, et latere et peccare licet. Nihil enim  
 res, et Troicus hospes. ad rem dixisse videntur Commentatores.  
 163 *Creten*] Id est, Ut in Creten  
 iret. 170 *Verba dedisse*] Ut nesciret fama  
 167 *Est oneri*] Me retinet, ne omnia, quæ lubens peccarem, audeam. tantopere viris placere Helenam.  
 168 *Ille*] Menelaus ; adeoque maritus quilibet. 171 *Abest*] Menelaus, supple.  
 169 *Juvat*] Quia mihi amorem tuum 173 *De facie*] Quia pulchra sum,  
 conciliavit. ne quis mihi insidiatur, metuit.  
*Ut nunc est*] Maxima, ex pulchri- *Vitæ*] Quam antea pudice egi.  
 Quanquam, ratiocinatio hæc *Casta*

Et libet, et timeo; nec adhuc exacta voluntas  
 Est satis; in dubio pectora nostra labant.  
 Et vir abest nobis; et tu sine conjuge dormis;  
 Inque vicem tua me, te mea forma, capit: 180  
 Et longæ noctes; et jam sermone coimus;  
 Et tu (me miseram!) blandus; et una domus.  
 Et peream, si non invitant omnia culpam:  
 Nescio quo tardor, sed tamen ipsa, metu.  
 Quam male persuades, utinam bene cogere possis! 185  
 Vi mea rusticitas excutienda fuit.  
 Utilis interdum est ipsis injuria passis.  
 Sic certe felix esse coacta velim.

*Et cupio, et metuo; nec voluntas est adhuc satis explorata: corda nostra in incerto fluctuant. Et maritus nobis est absens; et tu cubas sine uxore; et tua species vicissim me movet, et mea te; et noctes prolixæ; et jam verbis conjuncti fuimus; et tu (me infelicem!) comis; et una domus. Et inteream, si omnia non pelliciunt ad crimen. Sed tamen ipsa detineor, nescio quo timore. Utinam queas bene cogere, quod male persuades: mea morositas per vim fuit profliganda. Nonnunquam injustitia grata est ipsis injustitia affectis. Sic profecto per vim cupiam esse*

//////////

*mirere: et relicta duo Bersmanni libri.—177 Gu. 3. 4. et Helm. cum al. exacta voluptas.—183 Gr. Ut peream. Francius malebat dispeream. Gu. 2. cum al. invitent.—184 Francius mallet sed tamen usque metu.—185 Quam male D. R. unus et Ball. a manu prima: ceteri Quod male: Ar. Quod bene. Gu. 1. 2. et 4. posses.—186 Vi mea emend. Heins. Vulgo Sic mea r. e. foret: P. B. et Ar. Ut mea...fuit: Gu. 1. et 4. cum plerisque al. Ut mea...foret. Gu. 2. Et mea...foret: 3. Tu mea...fuit.—188 Gu. 1. et 2. coacta forem:*

#### NOTÆ

*fuit, Ergo erit, cautione egeat; vixque possit certo scire quisquam, quantumvis fuerint castæ non paucæ, hæcne an illa talis sit.*

175 *Tempora*] Immo per illa amori indulgeamus.

*Ultro*] Cum vir meus excesserit.

*Præcipis*] Suades.

177 *Et libet, et*] Pudica mulier.

*Nec adhuc*] Tuto ut peccaret sollicita erat.

180 *Inque vicem*] Vicissim, tu me, ego te.

181 *Et longæ*] Rationes enumerat, quibus in Paridis vota trahebatur.

*Coimus*] Conjungimur. Nescio quos

gradus enumerant, Videre, Colloqui, Tangere, &c.

182 *Me miseram*] Istud dicit, quæ contra rationis et pudicitiaæ leges sese sentit, abripi.

185 *Male*] Non honeste.

*Bene*] Ut mihi honesta sit excusatio. Illud vero unum plerumque quærunt; non aliud.

187 *Utilis*] Quia et per injuriam sese excusant. Jam vero, cum totam propemodum Ovidii artem in hac epistola videam, mirari eos subit, qui politissimum ejus opus ab alio ingenio ortum esse putent.

|                                                      |     |
|------------------------------------------------------|-----|
| Dum novus est, potius cœpto pugnemus amori :         |     |
| Flamma recens parva sparsa resedit aqua.             | 190 |
| Certus in hospitibus non est amor : errat, ut ipsi ; |     |
| Cumque nihil speres firmitus esse, fuit.             |     |
| Hypsipyle testis, testis Minoia virgo est ;          |     |
| In non exhibitis utraque lusa toris.                 |     |
| Tu quoque, dilectam multos, infide, per annos,       | 195 |
| Diceris CEnonen destituisse tuam.                    |     |
| Nec tamen ipse negas ; et nobis omnia de te          |     |
| Quærere, si nescis, maxima cura fuit.                |     |
| Adde quod, ut cupias constans in amore manere,       |     |
| Non potes : expediunt jam tua vela Phryges.          | 200 |
| Dum loqueris mecum, dum nox sperata paratur,         |     |
| Qui ferat in patriam, jam tibi ventus erit.          |     |

*beata. Dum tener est, certemus potius adversus nascentem amorem: flamma nova disjecta oppressa est pauca aqua. Amor non est firmus in hospitibus: vagatur sic ut et ipsi: et cum credas nihil esse certius, fuit. Hypsipyle est testis, virgo Minoia est testis; utraque conquesta in lectis non datis. Tu quoque, perfide, perhiberis deseruisse tuam CEnonen amatam per multos annos. Nec tamen ipse diffiteris; et, si ignoras, maxima cura fuit nobis omnia de te percontari. Adjice quod, quamvis desideres esse firmus in amore, non potes: Phryges jam adornant tua vela. Dum mecum sermocinaris, dum nox expectata apparatur, jam tibi aura veniet, quæ*

4. cum al. *ipsa coacta forem.*—190 Gu. 2. *sparsa recedit:* Heins. putat *resedit.*—192 Gu. 2. *speret.* P. et Gu. 3. *fuit:* vulgo *fugit.*—194 Gu. 4. cum al. *utraque juncta:* excerpta Scal. et quatuor Heins. *utraque pacta:* nonnulli *utraque victa,* ut Gu. 2. et Helm. Alii, in his P. Ar. Gu. 1. et 3. *justa.*—196 Gu. 2. 4. et Helm. cum al. *deseruisse tuam:* Gu. 3. *præposuisse.*—197 Gu. 2. *Hoc non ipse.*—198 *Plurima pro maxima* Francius.—200 Gu. 4. cum al.

## NOTE

189 *Potius*] Ecce muliebrem mobilitatem; qua etiam ad inflammandos viros utuntur.

191 *Errat*] Amor hospitum erro et levis est, ut ipsi hospites, quibus certa non est sedes. Gall. *Leur amour est volage.*

192 *Fait*] Argute; ut intelligatur nullum esse amorem. Alii tamen codices habent *fugit.*

193 *Hypsipyle*] A Jasone relicta.

*Minoia*] Ariadna, Minois filia.

194 *Lusa*] *Questa* hic pro *lusa* cor-

rigit Clariss. Heinsius. Vulgati codices habent *juncta;* alii *pacta, victa, juxta, jucta, pucta, justa.*

*Toris*] Per torum fidem conjugalem intellige.

200 *Expediunt*] Qui discendant, scilicet, teque secum revehant.

201 *Paratur*] Pro *parabitur:* sed major est vis, et melius res ipsa per tempus præsens declaratur.

202 *Ventus*] Quo secundo, hortantibus tuis, proficisceris; meque, tametsi nolles, destituere cogaris.



Cursibus in mediis novitatis plena relinques  
 Gaudia: cum ventis noster abibit amor.  
 An sequar, ut suades; laudataque Pergama visam; 205  
 Pronurus et magni Laomedontis ero?  
 Non ita contemno volucris præconia Famæ,  
 Ut probris terras impleat illa meis.  
 Quid de me Sparte poterit, quid Achaia tota,  
 Quid gentes Asiæ, quid tua Troja loqui? 210  
 Quid Priamus de me, Priami quid sentiet uxor;  
 Totque tui fratres, Dardanidesque nurus?  
 Tu quoque, qui poteris tibi me sperare fidelem,  
 Et non exemplis anxius esse tuis?  
 Quicumque Iliacos intraverit advena portus, 215  
 Is tibi solliciti causa timoris erit.

*te vehat in patriam. Destitues delicias plenas jucunditatis in mediis progressibus: noster amor excedet cum ventis. An me tibi dedam comitem, ut pellicis; et petam Pergama celebrata; et ero pronurus magni Laomedontis? Non ita sperno laudes celeris famæ, ut illa adimpleat orbem meo dedecore. Quid Sparte poterit dicere de me, quid tota Achaia, quid populi Asiæ, quid tua Troja? Quid cogitabit Priamus de me, quid conjux Priami; et tot tui fratres, et nurus Trojanæ? Tu quoque, quomodo poteris sperare me tibi fidelem, et non esse sollicitus tuis exemplis? Quicumque peregrinus subierit portus Iliacos, is erit tibi causa metus anxii. Quoties ipse in-*

*expedient. Helm. sua vela.—202 Gu. 2. ventus adest.—204 Cum velis Francius conj.—203 Gu. 1. relinquis.—208 Gu. 2. Ut terram opprobriis. Be. illa meas.—210 Gu. 2. 3. et 4. cum al. gentes aliæ. Nonnulli totaque Troja.—211 Sex Heius. sentiat. Me. et exc. D. censeat.—212 Vulg. Dardaniæque.—213 Gu. omnes et Helm. cum edd. quibusdam fore me.—214 Et nox, et emendatum mox P. Nunc exemplis anxius esse velis, Be. et esse meis Leid.—215 R. a manu*

## NOTE

203 *Cursibus*] Amoris voluptatibus. Metaphora ab aurigis.

*Novitatis*] Adeoque maxima et jucundissima; quia non bene cognita, vixque delibata.

205 *Sequar*] Te, scil. Ad ea incommoda pergat, quæ sequentur, si cum Paride aufugere malit.

*Laudataque*] A te, scil.

207 *Volucris*] Cujus aë pernicis; uti quidem eam finxerunt Poëtæ; Virgilius præsertim in illa sua magnifica Famæ descriptione.

208 *Ut probris*] Id est, Ut ea admittam, quibus me jure possit fama probris onerare, et infamem probare. 211 *Sentiet*] *Sentiat* sex libri: unus habet *censeat*.

214 *Auxius*] Quis vero sibi fidelem credat mulierem, quam ipse perfidiam docet?

*Tuis*] Qui me a Menelao marito non dubitas abstrahere.

216 *Causa timoris*] Quia eo, quo tu huc appulisti, animo, eodem illum advenire credes.

Iipse mihi quoties iratus, Adultera, dices !

Oblitus nostro crimen inesse tuum.

Delicti fies idem reprehensor et auctor.

Terra, precor, vultus obruat ante meos.

220

At fruar Iliacis opibus cultuque beato ;

Donaque promissis uberiora feram.

Purpura nempe mihi pretiosaque texta dabuntur ;

Congestoque auri pondere dives cro.

Da veniam fassæ ; non sunt tua muncra tanti :

225

Nescio quo tellus me tenet ista modo.

Quis mihi, si lædar, Phrygiis succurrat in oris ?

Unde petam fratris, unde parentis opem ?

Omnia Medææ fallax promisit Iason :

Pulsa est Æsonia num minus illa domo ?

230

Non erat Æetes, ad quem despecta rediret ;

Non Ipsea parens, Chalchiopeque soror :

*fensus, mihi dices, Adultera, immemor flagitium tuum esse in nostro. Idem fies censor et auctor peccati. Tellus, oro, prius defodiat faciem meam. At gaudebo divitiis Iliacis, et ornatu splendido ; et consequar munera majora pollicitis. Nimirum exhibebuntur mihi purpura, et splendida vestimenta ; et ero opulenta pondere cumulo auri. Ignosce confitenti ; tua dona non sunt tanti. Nescio quomodo ista terra me retinet. Quis mihi opem ferat in terris Phrygiis, si offender ? Unde arcessam fratres, unde auxilium patris ? Jason mendax omnia pollicitus est Medææ : num illa minus est ejecta domo Æsonia ? Non erat Æetes, ad quem spreta reverteretur : non mater Ipsea, et soror Chulchiope. Nihil tale metuo ; sed nec Medea*



pr. advena muros.—219 Fies tu idem Intimelianus Cod. Heins. vult Delicti ut fias idem repreh. et auctor? Francius, fias idem repreh. ut auctor.—223 Gu. 4. namque mihi.—224 Quatuor codd. congestique.—226 P. Gu. 1. et 3. alii que haud pauci tenet ipsa : Francius, Nescio quo terræ tungor amore meæ.—227 Vulgo succurret.—228 Gu. 1. cum al. melior. fratres: 2. fratrum.—230 Num minus P. et Gu. 1. vulgo non minus.—231 L. depulsa rediret: Mor. dejecta.—232 P. a manu pr. Non Ipsia: al. Hypsæa, Yssea, Yexea, Impea, Ilkæa, Gip-

#### NOTÆ

218 *Nostro crimen*] Te uno et eodem crimine mecum reum esse.

220 *Ante*] Quam, intellige, tu reprehendas meum delictum. Nam illud tantum metuit adultera, utcumque dissimulet.

221 *At fruar*] Istud pollicitus erat Paris.

225 *Fassæ*] Mihi ingenue confiten-

ti, tua munera tanti non esse, ut hinc discedam.

226 *Ista*] Laconica ; solum patrum ; cujus dulcedine capi cunctos alicubi canit Poëta.

230 *Æsonia*] Domo Æsonis, qui fuit Jasonis pater.

231 *Non erat*] Erat quidem ; sed ad quem accedere auderet Medea,

Tale nihil timeo ; sed nec Medea timebat :  
 Fallitur augurio spes bona sæpe suo.  
 Omnibus invenies, quæ nunc jactantur in alto, 235  
 Navibus a portu lene fuisse fretum.  
 Fax quoque me terret ; quam se peperisse cruentam  
 Ante diem partus est tua visa parens.  
 Et vatum timeo monitus : quos igne Pelasgo  
 Ilion arsuram præmonuisse ferunt. 240  
 Utque favet Cytherea tibi, quia vicit, habetque  
 Parta per arbitrium bina tropæa tuum ;  
 Sic illas vereor ; quæ, si tua gloria vera est,  
 Judice te causam non tenere duæ.  
 Nec dubito, quin, te si prosequar, arma parentur : 245  
 Ibit per gladios (hei mihi !) noster amor.

*metuebat. Spes bona sæpe decipitur omine suo. Comperies mare fuisse mite a portu omnibus navibus quæ nunc agitantur in aperto mari. Fax quoque, quam sanguinolentam mater visa est partu emisisse ante diem puerperii, mihi terrorem incutit. Et metuo responsa vatum ; quæ aiunt prædixisse Trojum flagranturam igne Pelasgo. Et quemadmodum Cytherea tibi est æqua, quia superior discessit, et consecuta est duo tropæa per iudicium tuum ; sic timeo illas, quæ duæ, si honor tuus non est fictus, causa exciderunt, te arbitro. Nec dubito, quin, si te comiter, arma commoveantur. Hei mihi ! noster amor feretur per enses. An Hippodamia Atræ-*

*sea, et similia : Gu. 1. cum al. Non erat ipse : Heins. vult Idya.—235 Burm. conj. invenias.—236 Al. in portu : Be. e portu : Voss. ad portum.—238 Pat. tibi risa : Heins. conj. sibi.—240 Arsuram Intimelianns : vulgo arsurum.—243 Al. illas timeo. In uno Cod. Heins. victa pro vera : inde Burm. conj. ficta.—244 Gu. 4. cum multis al. tenere Dec.—245 Gu. 1. 3. et 4. persequar.*

## NOTE

non erat : quanquam accessisse, imo ipsum regno pulsum restituisse eam scripsit Apollodorus.

232 *Ipscæ*] Hic maxime variant codices : unde corruptum locum esse licet conjicere ; eo præsertim, quod nullus, quod quidem sciam, illo nomine hanc Medææ matrem appellaverit. Reponeudum itaque, ex Hesiodo, Apollonio, Apollodoro, Hygino, *Idya* : quæ est communis opinio ; tametsi aliam nonnulli meminerunt.

233 *Sed nec*] Argute profecto. Exemplo nihil metuentis Medææ, se posse destitui dicit Helena.

234 *Fullitur*] Non ea eveniunt, quæ bene speravimus ; contra sæpe cedunt male omnia.

235 *Alto*] In mari ; procul a terris.

236 *A portu*] Hac comparatione innuit, non esse statim primæ rerum speciei credendum.

241 *Cytherea*] Venus.

*Vicit*] Per te, qui ipsi pulchritudinis palmam detulisti.

242 *Bina*] De Junone et Pallade.

243 *Illas*] Junonem et Palladem.

*Si tua*] Si verum est, quod ad tuam gloriam dicis, te, de pulchritudine, Dearum litem diremisse.

An fera Centauris indicere bella coëgit  
 Atracis Hæmonios Hippodamia viros?  
 Tu fore tam justa lentum Menelaon in ira,  
 Et geminos fratres, Tyndareumque putas? 250  
 Quod bene te jactes, et fortia facta loquaris,  
 A verbis facies dissidet ista suis.  
 Aptā magis Veneri, quam sint tua corpora Marti.  
 Bella gerant fortes: tu, Pari, semper ama.  
 Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto; 255  
 Militia est operis altera digna tui.  
 His ego, si saperem, pauloque audacior essem,  
 Uterer: utetur, si qua puella sapit.  
 Aut ego, deposito, faciam fortasse, pudore;  
 Et dabo conjunctas tempore victa manus. 260

*cis adægit viros Hæmonios denunciare sæva bella Centauris? Tu arbitraris Menelaum, et fratres gemellos, et Tyndareum futurum turdum in vindicta tam justa? Quod magnifice te effers, et enumeras strenua facinora, iste vultus dissentit a suis vocibus. Tua corpora sint magis idonea Veneri, quam Marti. Strenui sequantur arma; tu, Pari, semper ama. Fac Hector, quem celebras, pro te certet; altera militia est digna tuis laboribus. Ego, si saperem, et essem paulo cordatior, uterer his: utetur puella, si qua sapit. Aut ego fortasse utar pudore profligato; et ali-*

—249 P. *An fore.* Deinde idem *Menelaon in ulta* ubi *ulta* pro vindicta sumitur.—251 Gu. 2. 3. 4. et a correct. 1. cum plurimis *jactas*. Quidam *facta recensens*.—252 *Suis* P. Gu. 3. et al. nonnulli: *vulgo tuis*.—253 *Vulgo quam sunt*. L. *tua pectora*.—254 *Scr. Arma gerant*: R. et Mor. *Bella gerant alii*: Gu. 3. *gerent*.—256 *Vulgo tuis*.—259 Gu. 3. *Aut ego quod faciam posito fortasse pudore*: quidam, *fortasse timore*.—260 Quidam codd. *dabo convictas*: al.

## NOTÆ

248 *Atracis*] Atracæ, seu Atracia, Thessaliæ urbe oriunda; nisi forte Atracia pro Thessalia generatim posita. Nam quod Antonius Atracis fluvii Hippodamiam filiam facit nulli potui reperire.

*Hæmonios*] Thessalos: Piriathonum, scilicet, Theseum, Heculem, Lapithas; qui, ut vidimus in Phyllide, Centauros, in Hippodamiae et Piri-thoi nuptiis, mulieribus vim parantes partim interfecerunt, partim fugaverunt.

250 *Fratres*] Meos; Castorem et

Pollucem.

252 *Ista*] Quæ amorem, non bellum, præ se fert.

256 *Militia*] Amoris, scil. Enimvero 'Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.'

257 *Iis*] Operis, scil.

*Superem*] Si mihi et voluptati meæ consulerem, remque meam facere vellem.

259 *Faciam*] Tuis bonis; et, in amoribus, tua opera utar. Sed unus et alter codex venuste habent *sapiam*.

260 *Conjunctas*] Quales eorum so-

Quod petis, ut furtim præsentés plura loquamur ;  
 Scimus quid captes, colloquiumque voces.  
 Sed nimium properas ; et adhuc tua messis in herba est :  
 Hæc mora sit voto forsán amica tuo.  
 Hactenus : arcanum furtivæ conscia mentis 265  
 Litera, jam lasso pollice, sistat opus.  
 Cetera per socias Clymenen Æthramque loquamur,  
 Quæ mihi sunt comites consiliumque duæ.

*quando superata porrigam manus connexas. Quod postulas, ut in conspectu clam plura fabulemur ; novimus, quid quæras, et vocites colloquium. Sed nimium festinus, et tua messis est adhuc in herba. Forsitan hæc dilatio sit grata tuo desiderio. Hactenus epistola particeps animi secreti modum faciat operi furtivo, pollice jam defesso. Aperiamus reliqua per socias Clymenen et Æthram, quæ duæ sunt mihi comites et consilium.*

//////////

*convinctas: L. Aut dabo et victas; unde Burm. Aut dabo mox victus tempore victa manus.—261 Plura prima edit. et tres scripti: vulgo ista.—264 Gu. 2. 3. 4. mora fit.—265 Heius. nuntia pro conscia.—267 Margo Bersm. loquimur.—268 Gr. O. et unus Heins. consilium pro concilium.*

#### NOTÆ

lent esse qui sese dedunt et submit-  
 tunt.

*Tempore]* Aliquando ; tandem.

262 *Scimus]* Difficile non fuit ; cum dixerit Paris, 'Excipe me lecto, nocte silente, tuo.'

263 *In herba]* Adeoque tempus ejus remotum. Metaphoræ vero sensus apertus est.

264 *Sû]* Pro *crit.* Vides muliebri ingenium ; et quam bene Ovidio per-

spectum fuerit.

265 *Conscia]* Cui mentis meæ secreta commisi. Hæc omnia ex Amandi arte.

*Arcanum opus]* Secreta scribendi officium.

266 *Sistat]* Finiat.

268 *Consiliumque]* Quibus adeo omnia licet tuto concredere. Scilicet, ut multa alia, per internuntios melius geruntur res istæ.

## EPISTOLA XVIII.

## LEANDER HERONI.

## ARGUMENTUM.

HELLESPONTIACUM mare septem tantum stadiis Europam ab Asia dividit. Sestos in Europa, HERNUS patria, et Abydos in Asia, ex qua fuit Leander, adversæ urbes sunt. Cum autem Leander Abydenus Sestiam puellam Hero misere deperiret, per Hellespontum noctu ad eam natare consueverat. Sed maris tempestate interclusus, jam præteritis septem diebus, ad amicam Hero, per audacem nautam ea tempestate Seston navigantem, hanc epistolam misit: in qua primum amorem suum firmum et stabilem esse ostendit: deinde queritur, quod natandi facultas ob ferventissimum maris æstum ei sit ablata: demum vero pollicetur se brevi venturum: et quamvis mare non fuerit tranquillum, se tamen periculis potius vitam suam commissurum, quam illius jucundissimo conspectu atque colloquio cariturum.

**M**ITTIT Abydenus, quam mallet ferre, salutem,  
Si cadat ira maris, Sesta puella, tibi.

*Puella Sesta, Abydenus mittit tibi salutem, quam præoptaret ferre, si impetus*

~~~~~

2 *Ira* Ald. 2. et al. editt. item Gu. omnes: vulgo *unda*. Pro primis duobus versibus excerpta D. exhibebant hosce: *Quam cuperem solitas, Hero, tibi ferre per undas, Accipe Leandri, dum venit ipse, manum*: Me. alter et hos et illos agnoscit. Pro *Sesta* Heins. vult *Sesti*, ut in Epist. xv. 100. *Lesbi*. In D. exc. præterea subjicitur alterum distichon: *Aptior illa quidem placido dat*

## NOTÆ

1 *Abydenus*] Leander, ex Abydo urbe.

*Mallet*] *Malit* melius ad verbum sequens *cadat* responderet.

2 *Si cadat*] Si fluctus maris, seu tempestas sedata fuerit.

*Sesta*] *Mallet* Clar. Heinsins, *Sesti*, sicut alibi *Lesbi*, si per antiquos libros ioceret. Non immerito certe; nam

aliud hujusce formationis nomen haud facile invenias. Statio, Hero *Sestius* dicitur; quam *Sestiam* etiam analogice dixeris. Ceterum in Puteano codice, manu recentiore legebatur hoc distichon; cujus loco excerpta Dousæ, 'Quam cuperem solitus, Hero, tibi ferre per undas, Accipe Leandri, dum venit ipse, manum.'

Si mihi Di faciles, et sunt in amore secundi;  
 Invitis oculis hæc mea verba leges.  
 Sed non sunt faciles: nam cur mea vota morentur, 5  
 Currere me nota nec patiantur aqua?  
 Ipsa vides cœlum pice nigrius; et freta ventis.  
 Turbida, perque cavas vix obeunda rates.  
 Unus, et hic audax, a quo tibi litera nostra  
 Redditur, e portu navita movit iter. 10  
 Ascensurus eram; nisi quod, cum vincula proræ  
 Solveret, in speculis omnis Abydos erat.  
 Non poteram celare meos, velut ante, parentes;  
 Quemque tegi volumus, non latuisset, amor.  
 Protinus hæc scribens, Felix, i, litera, dixi; 15  
 Jam tibi formosam porriget illa manum.

*maris remitteret. Si Diî sint mihi benigni, et propitii in amore, leges hæc mea verba oculis reluctantibus. Sed non sunt benigni: nam cur distineant mea vota, nec sinant me nature aqua assuetu? Ipsa cernis cœlum obscurius pice, et maria turbata ventis, et vix tangenda navibus. Unus navita, et hic audax, a quo epistola nostra tibi exhibetur, solvit e portu. Ingressurus eram; nisi quod, cum revelleret funes proræ, tota Abydos erat in speculis. Non poteram dissimulare meis parentibus amorem, ut antea; et quem volumus celari, non occultatus esset. Statim hæc scribens, Proficiscere, dixi, beata epistola: illa jam tibi præbebit pulchram ma-*

*verbera ponto: Est tamen et sensus apta ministra mei.—3 Libri quinque Sint mihi; tum alii multi et sint in am.: quidam vel sint, aut, vel sunt, vel, ut sunt, vel, qui sunt: Barb. Sic mihi Di f.—4 Gr. et duo al. mea scripta.—5 Vulgo morantur. Scr. mea vela morentur.—6 Mor. nota aqua. unus R. Patiantur: Pet. Nec patiantur. Gu. 3. et Helm. nec patiuntur: vulgo non patiuntur.—7 Be. Nonne vides.—8 Vulgo vix adeunda, quomodo Gu. 3. et 4. quinque scripti obeunda.—10 Gu. 2. Traditur, a portu. Vulgo fecit iter: alter Me. solvit iter.—11 Vulg. dum vincula.—17 Dominæ libri Mor. et Me. Vulgo etiam.*

## NOTÆ

- |   |   |
|---|---|
| 3 Faciles] Exorabiles et propitii.  | turbatis nigricat mare.   |
| Secundi] Faventes.  | 12 In speculis] In locis editioribus,   |
| 4 Invitis] Ita ut, quod opto, malueris me, quam epistolam videre.                         | unde discedentem navem prospicerent.  |
| 6 Currere] Natarc.  | Abydos] Pro, Abydenis.  |
| Nota] Assueta.  | 13 Non poteram] Navem, inquit, non ascendi; quia, ascendendo, amorem nostrum, ut antea, non poteram celare meos parentes. |
| 7 Ipsa vides] Vide vero, quam apte Poëta omnia connectit, et facile ad singula descendit. | 16 Illa] Hero, amica mea.   |
| Nigrius] Scilicet aquis tempestate  |   |

- Forsitan admotis dominæ tangere labellis ;  
 Rumpere dum niveo vincula dente volet.  
 Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,  
 Cetera cum charta dextra locuta mea est. 20  
 At quanto mallet, quam scriberet, illa nataret,  
 Meque per assuetas sedula ferret aquas !  
 Aptior illa quidem placido dare verbera ponto :  
 Est tamen et sensus apta ministra mei.  
 Septima nox agitur, spatium mihi longius anno, 25  
 Sollicitum raucis ut mare fervet aquis.  
 His ego si vidi mulcentem pectora somnum  
 Noctibus, insani sit mora longa freti.  
 Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis ;  
 Et quo non possum corpore, mente feror. 30  
 Lumina quin etiam summa vigilantia turre,  
 Aut videt, aut acies nostra videre putat.

*num: forte etiam tangeris labiis adductis, dum cupiet solvere linum dente candido. Talibus verbis a me prolatis parvo murmure, manus mea protulit reliqua cum charta. Ah quanto mallet, illa maria agitare, quam pingeret, et diligens me portaret per aquas solitas! Illa quidem magis idonea est percutere mare tranquillum. Est tamen etiam idonea ministra animi mei. Nox septima currit, tempus mihi prolixius anno, postquam mare turbidum astuat aquis sonantibus. Si ego somno delinquitus fui his noctibus, longa moru mare sævum astuet. Mæstus insistens saxo aliquo prospicio tua littora: et vehor animo, quo non possum corpore. Quin etiam oculi nostri cernunt, aut arbitrantur cernere, faces accensas in fastigio turris. Amic-*

—18 Gu. 4. in marg. *dente parat.*—21 Al. *Ah quanto.*—26 Arund. Gu. 4. et 1. a gloss. *quo mare.* Gu. 2. 3. item Helm. cum al. *quod mare.*—27 Francius

## NOTÆ

- 18 *Niveo*] Nivis instar albo.  
*Vincula*] Linum, quo coustringebantur tabellæ.  
 20 *Cum charta*] Id est, Scripsi.  
 21 *At*] Alii *Ah*.  
*Illa*] Manus mea.  
 23 *Dare verbera*] Natate.  
 25 *Septima nox, spatium*] Appositio.  
 26 *Sollicitum*] Commotum.  
*Raucis*] Frementibus.  
*Ut*] A quo tempore. Optime.  
*Fervet*] Æstuat.
- 27 *His*] Septem, scil. noctibus.  
*Vidi somnum*] Dormivi.  
 28 *Insani*] Æstuantis, et furentis.  
*Sit mora*] Ita ut te videre non possim.  
 31 *Lumina*] Facem intelligit, quam in summa turri Hero accendebat, ut ad ejus lucem Leander natatum dirigeret.  
*Vigilantiâ*] Accensa.  
 32 *Acies*] Oculorum, scil. acies; oculi.



Ter mihi deposita est in sicca vestis arena ;  
 Ter grave tentavi carpere nudus iter.  
 Obstetit ineptis tumidum juvenilibus æquor ; 35  
 Mersit et adversis ora natantis aquis.  
 At tu de rapidis, immansuetissime, ventis,  
 Quid mecum certa prælia mente geris ?  
 In me, si nescis, Borea, non æquora, sævis:  
 Quid faceres, esset ni tibi notus amor ? 40  
 Tam gelidus cum sis, non te tamen, improbe, quondam  
 Ignibus Actæis incaluisse negas.  
 Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet  
 Aërios aditus, quo paterere modo ?  
 Parce, precor ; facilemque move moderatius auram : 45  
 Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.

*tus ter mihi demissus est in arida arena. Ter nudus conatus sum ingredi molestam viam. Mare inflatum cohibuit ausa juvenilia : et obruit vultus natantis undis oppositis. At tu, immitissime de ventis furentibus, quamobrem mores certamina mecum animo obfirmato ? Furis in me, Aquilo, si ignoras, non adversus æquora. Quid ageres, nisi amor esset tibi cognitus ? Cum sis tam frigidus, proterce, non tamen diffiteris te flagrasse olim ignibus Actæis. Si quis cuperet denegare accessus aërios tibi capturo gaudia ; quomodo ferres ? Ignosce, quæso, et age lenius auram placidam. Sic Hippotades nihil te jubeat, quod grave sit. Frustra precor, et ipse*

malebat tempora pro pectora.—33 Barb. *nuda arena*.—35 Gu. 3. *timidum juvenilibus*.—39 Heins. *putat nec in æquora* ; quomodo quinque scripti.—41 P. *quod sis, num te*.—42 Helm. *neges*.—43 Gr. *Gaudia laturo*. Vett. edd. *rumpere vellet*.—44 F. *Aërios portus*.—45 Vulgo *moderantius*.—47 R. et duo al.

## NOTE

35 *Juvenilibus*] Ineptum profecto et juvenile fuit ineptum: attamen *audax* intellige.

36 *Ora natantis*] Mea.

37 *Immansuetissime*] Boream compellans, convenientissimo nomine appellat: est enim vehementissimus.

38 *Certa*] Obstinata. Jam per septem dies et noctes maria turbabat.

40 *Quid faceres*] Quasi dicat, Multo magis sævires.

41 *Cum*] Puteaneus habet *quod*; deinde *num* pro *non*; ut hæc per interrogationem legantur.

42 *Actæis*] Atheniensibus, Orithyæ Erechthei filia; quam amasse Borean supra vidimus.

43 *Gaudia*] Ex amore, scilicet.

*Claudere*] Ut ne ad amicam ire posses.

45 *Facilem*] Mobilem; levem.

46 *Hippotades*] Æolus ventorum Deus, Hippotæ, ex Egesta, Segesta, aut Acesta ejus filia, nepos;

*Sic*] Adjurantis: Ita nihil tibi imperet Æolus, quod displiceat, ut jam moderatius auram moveris.

Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipse;

Quasque quatit, nulla parte coërcet aquas.

Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas!

Icarium quamvis hic prope littus adest.

50

Quicquid erit, patiar; liceat modo corpus in auras

Tollere, quod dubia sæpe pependit aqua.

Interea, dum cuncta negant ventique fretumque,

Mente agito furti tempora prima mei.

Nox erat incipiens (namque est meminisse voluptas)

55

Cum foribus patriis egrediebar amans.

Nec mōra, deposito pariter cum veste timore,

Jactabam liquido brachia lenta mari.

Luna fere tremulum præbebat lumen eunti,

Ut comes in nostras officiosa vias.

60

*obstrepit meis petitionibus: et nullo modo mulcet aquas, quas commoret. Utinam Dædalus nunc mihi exhiberet alas temerarias! quanquam littus Icarium hic prope est. Quicquid erit, feram: detur modo efferre in aërem corpus; quod sæpe fluctuavit aqua incerta. Interea, dum venti et mare recusant omnia, animo revolvo prima tempora mei furti. Nox erat ingruens, (namque voluptati est recordari) cum amans discedebam domo paterna. Nec mora; metu pariter cum amictu ablato, agebam mobilia brachia per mare fluidum! Luna, tanquam comes obsequiosa, prope-modum lumen mobile exhibebat in nostrum iter natanti. Ego hanc reverens, Be-*

//////////

*Vana precor.*—50 Quatuor Heins. hinc prope: Cod. Bersm. hoc prope littus adest: Gu. 3. hinc prope l. abest.—51 R. et Be. in auram.—53 Voss. Vota negant.—54 Helm. temp. parva.—56 Heins. conj. Laribus patr.—57 Bas. veste pudore. Ser. posito cum mente pudore.—59 Al. Luna mihi.—60 Ball. in vastas.—

#### NOTE

47 *Vana*] Non vana quidem, sed, in vanum, frustra.

*Obmurmurat*] Contra murmurat.

48 *Quatit*] Concitat; turbat; commovet.

*Coërcet*] Mulcet; placat.

49 *Audaces*] Non alæ, sed homo audax est, qui pennis sibi non datus ntitur.

*Dædalus*] Qui sibi et Icaro filio fabricatis alis, Minois iram effugit.

50 *Icarium*] Dictum est ab Icaro, qui contra patris jussa, cum altius volasset, cera, qua pennæ continebantur, liquefacta in maris Ægæi partem flammam decidit, quæ ab ipso nomen

obtinnit. Quod vero istud Leander meminit, perinde est ac si dixisset, Quamvis periculosissimum esse aëra tentare, me admoneat propinquum littus Icarium.

52 *Dubia*] Cuique adeo non satis tuto vitam Leander crediderat.

53 *Cuncta*] Vossianus habet *vota*.

54 *Agito*] Id est, Animo omnia, quæ primo nostro congressu acta sunt, recolo.

58 *Lenta*] Mollia; natatu flexibilia; quæque remorum modo lentari et flecti possent.

59 *Tremulum*] Propter aquæ motum.

Hanc ego suspiciens, Faveas, Dea candida, dixi ;

Et subeant animo Latmia saxa tuo.

Non sinat Endymion te pectoris esse severi :

Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.

Tu, Dea, mortalem cœlo delapsa petebas :

65

Vera loqui liceat ; quam sequor, ipsa Dea est.

Neu referam mores cœlesti pectore dignos ;

Forma nisi in veras non cadit illa Deas,

▲ Veneris facie non est prior ulla, tuæque :

Neve meis credas vocibus, ipsa vides.

70

Quanto, cum fulges radiis argentea puris,

Concedunt flammis sidera cuncta tuis ;

Tanto formosis formosior omnibus illa est ;

Si dubitas, cæcum, Cynthia, lumen habes.

*nigna sis, dixi, Dea splendida; et rupes Latmiæ obversentur menti tuæ. Endymion non patiatur te esse cordis duri. Convertite, quæso, faciem tuam ad mea furta. Tu, Dea, de cœlo quærebis mortalem. Fas sit veru dicere; quam peto, ipsa est Dea. Neve commemorem mores dignos pectore cœlesti; illa pulchritudo non datur, nisi veris Deabus. Post vultus Veneris, et tuos, nulli sunt splendidiore. Neve fidem adhibeas meis verbis, ipsa cernis. Quanto omnes ignes cœlestes vincuntur tuis ignibus, cum candida splendet radiis nitidis; tanto illa est pulchrior omnibus pulchris. Si dubitas, Cynthia, habes aciem obtusam. Ego hæc fatus, vel certe non*

61 Al. o candida.—62 L. et tres al. animos tuos.—63 Sinit duo scripti, et prima ed. vulgo sinit: unus Pat. cadat.—64 Be. ad mea vota.—68 Unus Pat. non cadat.—70 Vulgo ipsa vide.—71 Quanto Jun. et Gu. 4. vulgo

## NOTE

61 *Suspiciens*] Hanc Lunam venerans.

62 *Subeant*] Ut inde, quid sit amor, recordans, mihi amanti faveas.

*Latmia*] Montis Latmi, in Caria, ubi cum Endymione Luna concubuisse dicitur.

63 *Non sinat*] Quasi dicat, Quemadmodum votis tuis et amori faventem cupis habere Endymionem; ita tu aliorum, meo præsertim, amori indulgeas.

64 *Vultus*] Diceret ad alium *flecte cor*; sed ad Lunam argute, (verbi *flecte* sensu nonnihil diverso) *vultus*,

dixit: quia nimirum ejus lumine opus habebat.

65 *Tu, Dea*] Rationem addit, cur sibi favere Luna debeat, argumento a minori desumpto.

66 *Dea*] Cujus pulchritudo, aliaque cum Dearum pulchritudine comparari possint.

69 *Prior*] Pulchritudine, scil.

72 *Flammis*] Luminis.

74 *Cæcum lumen habes*] Cæcutis; cæca es.

*Cynthia*] Diana; a Cythio Deli monte.

Hæc ego, vel certe non his diversa, locutus 75  
 Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.  
 Unda repercussæ radiabat imagine Lunæ,  
 Et nitor in tacita nocte diurnus erat:  
 Nullaque vox nostras, nullum veniebat, ad aures,  
 Præter dimotæ corpore, murmur, aquæ. 80  
 Halcyones solæ, memores Ceycis amati,  
 Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.  
 Jamque fatigatis humero sub utroque lacertis,  
 Fortiter in summas erigor altus aquas.  
 Ut procul aspexi lumen, Meus ignis in illo est; 85  
 Illa meum, dixi, littora numen habent.  
 Et subito lassis vires rediere lacertis;  
 Visaque, quam fuerat, mollior unda mihi.

*his aliena, vehubar nocte per aquas mihi transitum præbentes. Aqua fulgebat specie lunæ repercussæ, et splendor diurnus erat in nocte silente: et nullus sonus, nullus strepitus illabebatur in aures nostras, nisi aquæ corpore impulsæ. Solæ Halcyones, non, oblitæ Ceycis dilecti, sunt mihi visæ queri nescio quid suave. Et jam brachiis defessis sub utroque humero, sublimis strenue effror in supremas aquas. Ut longe ridi lumen, Meus ignis est in illo, dixi, illa littora tenent lumen meum. Et statim vires recurrerunt in brachia defessa: et aqua mihi visa facilior quam fuerat.*

*Quantum. Be. Quanto tu fulg.—76* Quia sequenti disticho iterum nocte sequitur, Francius legebat *cedentes sponte*, ut opponantur *adversis aquis*, v. 36. et *in vitis*, 141.—79 Ita unus R. Vulgo *Nullaque vox usquam nostras veniebat*: P. et multi alii *Nullaque vox usquam*, (Gn. 2. *unquam*) *nullum ven.*—82 Francius, *triste queri*.—84 Duo libri *fortior in.*—86 Gn. omnes cum al. *lumen habent.*—87 Duo libri *Ut subito*: Mor. *Tum subito*. Gn. 1. et 2. *subito*

## NOTE

76 *Cedentes*] Aqua, nimirum, solidis corporibus non negat transitum.

77 *Repercussæ*] *Refléchie*. Lumen dicitur reperi, cum ab aliqua corporis soliditate remittitur.

78 *Tacita*] Cujus nec silentium, nec per Lunam irradiatio, ventis aut strepitu aquarum turbabatur. Sed vide mihi quæso, quam artificiose animo exspatiatur noster auctor, quamque bene jucundissimis rebus narrationem suam ornet.

*Diurnus*] Nox ut dies clara erat.

81 *Halcyones*] Aves sunt, ab Halcy-

one, Ceycis uxore, in eam avem mutata, sic dictæ; quæ, dum nidificant, tranquillum æquor dicunt habere. Sed de tota hac fabula videbimus postea in *Metamorphosi*.

82 *Dulce*] Id est, Voce, utut lugubri, dulci tamen et suavi.

83 *Humero*] Ibi vero et in humerorum brachiorumque commissura ex natationis labore dolor primum sentitur.

85 *Lumen*] Ex face, quæ in turri accensa erat.

*Meus ignis*] Amor.

Frigora ne possim gelidi sentire profundi,  
 Qui calet in cupido pectore, præstat amor. 90  
 Quo magis accedo, propioraque littora fiunt,  
 Quoque minus restat; plus libet ire mihi.  
 Cum vero possum cerni quoque; protinus addis  
 Spectatrix animos, ut valeamque facis.  
 Nunc etiam nando dominæ placuisse laboro, 95  
 Atque oculis jacto brachia nostra tuis.  
 Te tua vix prohibet nutrix descendere in altum.  
 Hoc quoque enim vidi: nec mihi verba dabas.  
 Nec tamen effecit, quamvis retinebat euntem,  
 Ne fieret prima pes tuus udus aqua. 100  
 Excipis amplexu, feliciaque oscula jungis:  
 Oscula (Di magni!) trans mare digna peti.  
 Deque tuis demtos humeris mihi tradis amictus:  
 Et madidam siccas æquoris imbre comam.  
 Cetera nox, et nos, et turris conscia novit, 105  
 Quodque mihi lumen per vada monstrat iter.

*Amor, qui riget in pectore avido, efficit ne possim tungi frigoribus maris frigidi. Quo magis appropinquo, et littora fiunt viciniora, et quo minus superest, plus mihi libet natare. Cum vero possum quoque videri; statim spectatrix auget animos, et causa es ut valeam. Tunc etiam conor gratum esse Dominæ natando, et moveo lacertos nostros tuis oculis. Nutrix tua vix te arceat in mare currere. Vidi enim hoc quoque; nec mihi imponebas. Nec tamen consecuta est, quamvis reprimebat currentem, ne pes tuus fieret humidus prima aqua. Accipis complexu, et connectis beata suavia: suavia (Dii magni!) digna peti trans mare. Et porrigis mihi vestes detractas humeris tuis: et comprimis capillos humidos rore maris. Nox, et nos, et turris testis, et lumen quod mihi ostendit viam per maria, scit reliqua. Nec*

*lapsis.—90 P. Qua, et a m. sec. Quo: Barb. Quod. Gu. 4. in tepido pectore perstat. —95 Nunc P. Gu. 3. et duo al. Vulgo Tunc.—96 L. brachia lenta.—98 Francius Hoc quoque nam vidi; vel hoc etenim: ut Bersmanni Liber, et Ed. Mycilli.—101 Gu. 3. umplexum.—102 Di magni P. Sa. et Gu. 3. Vulgo Dis magnis.—103 Eque tuis scripti.—105 Jun. Be. et exc. D. nutrix conscia. Alter*

## NOTE

In illo] Propter amicam, scil.	nem moveo.
86 Lumen] Amicam intelligit.	97 Altum] Mare.
88 Mollior] Quæ facilius cederet.	99 Euntem] Te.
89 Profundi] Maris.	104 Imbre] Aqua: quomodo et
92 Minus] Spatii, scil. ad ripam	Virgilius locutus est.
usque.	106 Lumen] Fax; de qua jam sæpe.
96 Jacto] Cum arte per ostentatio-	

- Nec magis illius numerari gaudia noctis,  
 Hellespontiaci quam maris alga potest.  
 Quo brevius spatium nobis ad furta dabatur,  
 Hoc magis est cautum, ne foret illud iners. 110  
 Jamque, fugatura Tithoni conjuge noctem,  
 Prævius Auroræ Lucifer ortus erat.  
 Oscula congerimus properata, sine ordine, raptim,  
 Et querimur parvas noctibus esse moras.  
 Atque ita cunctatus, monitu nutricis amaro 115  
 Frigida deserta littora turre peto.  
 Digredimur flentes; repetoque ego Virginis æquor,  
 Respiciens dominam, dum licet, usque meam.  
 Si qua fides vero est; veniens huc esse natator;  
 Cum redeo, videor naufragus esse mihi. 120  
 Hoc quoque si credas; ad te via prona videtur:  
 A te cum redeo, clivus inertis aquæ.

*magis delicia illius noctis possunt numerari, quam alga æquoris Hellespontiaci. Quo tempus brevius nobis concedebatur ad furta, eo magis est provisum, ne illud esset inutile. Jamque, uxore Tithoni profligatura noctem, Lucifer præcursor Auroræ lucebat. Cumulumus raptim suavia accelerata sine ordine, et querimur exigua spatia dari noctibus. Atque ita, munitus admonitus nutricis severæ, rado ad littora gelida, turre delecta. Disjungimur lugentes; et ego in eo mare virginis, respiciens indesinenter meam Dominam, dum datur. Si qua est fides vero; mihi videor huc accedens esse natator; cum revertor, videor esse naufragus. Hoc quoque si credas; iter videtur declive ad te: cum revertor a te, videtur collis aquæ*

Me. norunt pro novit.—106 Be. per freta.—107 Gu. omnes Non magis.—108 Margo Mycilli et Bersm. maris unda.—110 Sa. Li. et Scr. est captum.—115 Pal. Gu. 1. et 2. ita contactus. P. monitum: Gu. 2. et 3. monitus. Iidem cum al. quibusdam amara.—118 L. Respic. animam.—119 Gu. 1. huc ante natator.—121 Dno Heins. et Gu. 2. 3. et 4. si credis.—123 Vulg. patrium re-

## NOTÆ

108 *Alga*] Herba est quædam nullius fere usus, maris ejectamentum.

111 *Fugatura*] Id est, cum Aurora noctis umbras discutere deberet. Matutinum tempus circumscribit.

*Tithoni conjuge*] Aurora.

112 *Lucifer*] Stella est errans, quam Venerem quoque appellamus, quæ ortum Solis quia præcedit, Phosphorus et Lucifer; quia ejusdem occasum sequitur, Hesperus nominatur.

114 *Parras*] Noctes breves esse.

115 *Cunctatus*] Quid hoc in loco significet vox ista, res ipsa declarat. De discessu Leandrum admonere nutrix; ille interim manebat. Gellius dixit 'tolerare et cunctari dolores.'

117 *Virginis æquor*] Hellespontum; ab Helle puella in illud mare delapsa ita dictum.

121 *Si credas*] Forte, vix credas. Heinsius,

- Invitus repeto patriam; quis credere possit?  
 Invitus certe nunc moror urbe mea.
- Hei mihi! cur animo juncti secernimur undis? 125  
 Unaque mens, tellus non habet una duos?  
 Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos:  
 Tam tua terra mihi, quam tibi nostra placet.
- Cur ego confundor, quoties confunditur æquor?  
 Cur mihi causa levis, ventus, obesse potest? 130  
 Jam nostros curvi norunt delphines amores:  
 Ignotum nec me piscibus esse reor.
- Jam patet attritus solitarum limes aquarum;  
 Non aliter, multa quam via pressa rota.
- Quod mihi non esset, nisi sic iterare, querebar: 135  
 At nunc per ventos hoc quoque deesse queror.  
 Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent,  
 Vixque manet portu tuta carina suo.

*immobilis. Nolens revertor in patriam: quis possit credere? Nunc certe nolens munco in urbe mea. Hei mihi! quamobrem connexi mente sejungimur aquis? Animus quoque unus habet duos, una terra non habet? Vel Sestos tua me capiat, vel mea Abydos te: tua tellus tam mihi arridet, quam tibi nostra. Quamobrem ego perturbor, quoties mare perturbatur? Quamobrem ventus, levis causa, potest mihi nocere? Delphines pardi jam cognoscunt meos amores: et arbitror me nec incognitum esse piscibus. Jam callis aquarum consuetarum conspicitur nolatus, non aliter, quam iter tritum frequenti rota. Dolebam antea, quod via mihi non daretur, nisi sic: ut nunc doleo hanc quoque denegari per ventos. Maria Athamantidos albicant castis undis, et navis vix stat secura in portu suo. Arbitror hoc mare tale*

*peto; et posset.—124 Excerpta D. commoror. Be. cum moror.—125 Gu. omnes, et Helm. cum multis al. animis. Gu. 1. sejungimur undis, quod verum putat Heusing.—130 Leid. Tam mihi.—134 Helm. nota quam. Jun. via trita: malebat Francius fissa.—135 Mor. 1. iter ante querebar; 2. iterata: Gu. 2.*

## NOTÆ

*Prona*] Declivis; facilis; minime-  
 que adeo laboriosa.

122 *Inertis*] Concretæ; crassæ;  
 obstantis; inviæ, et natatn difficilis.

124. *Nunc*] Cum ad te præsertim  
 nare non possum.

129 *Confundor*] Turbor; quod ad  
 amicam difficile iter fore cognoscam.

130 *Levis*] In vocis ambiguitate  
 Indit.

*Obesse*] Cum cælum et maria tur-  
 bat.

131 *Curvi*] Repando quoque dorso  
 illi pinguntur.

132 *Piscibus*] Aliis, scil. qui homi-  
 nes ut Delphini non amant.


133 *Patet*] Hyperbole.

135 *Sic*] Per natatum.

136 *Hoc*] Cum per ventorum furo-  
 rem maria sulcare nequeam.

- Hoc mare, cum primum de Virgine nomina mersa,  
 Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto. 140  
 Et satis amissa locus hic infamis ab Helle est:  
 Utque mihi parcat, crimine nomen habet.  
 Invideo Phryxo; quem per freta tristia tutum  
 Aurea lanigero vellere vexit ovis.  
 Nec tamen officium pecoris navisve requiro; 145  
 Dummodo, quas findam corpore, dentur aquæ.  
 Arte egeo nulla; fiat modo copia nandi,  
 Idem, navigium, navita, vector, ero.  
 Nec sequar aut Helicen, aut, qua Tyros utitur, Arcton:  
 Publica non curat sidera noster amor. 150

*fuisse, cum primum invenit nomina, quæ habet de puella obruta. Et hic locus est satis infamatus ab Helle perdita; et quamvis mihi ignoscat, habet nomen culpa. Fumlor Phryxo; quem securum aries aureus vellere lanifero portavit per maria luctuosa. Nec tamen expeto scritium pecoris seu navis; dummodo aquæ præbeantur, quas sulcem corpore. Nulla arte opus habeo; modo præbeatur locus natandi; idem ero navis, nauta, vector. Nec aspiciam aut Helicen, aut Arcton, qua Tyros utitur: noster amor non curat sidera, quæ sunt omnium. Alius intueatur Andromedan, seu*



*iterat: quatuor Heins. intrare: Pat. iter a te: R. ita rare: Fr. iter ire.—141 Vulgo Est satis a. l. h. i. ab Helle: unus Med. At satis: Heins. Et satis ah! mersa locus hic infamis ab Helle est.—142 L. unus mihi pateat. Quinque Heins. et Helm. cum prima ed. crimine nomen: vulgo nomine crimen.—144 Francius tergore; ut Propert. Eleg. II. 20.—146 Unus A. Dummodo quassanda.—147 Quatuor Heins. Pax sit nulla maris: fiat modo. Totidem Parte queror nulla; nonnulli queror. Duo Parte moror nulla. Prima ed. Arce queror nulla. Gu. 2. et 3. cum septem Heins. Parte (Gu. 2. Parce) egeo nulla. Multi detur modo: alter R. et Be. detur mihi: Gu. 4. dum sit modo.—148 Unus R. et L. Idem navigii. Prima ed. et cod. Be. vector ero.—149 Al. sequor: et Tyrus.—151 Gu. 4. spectet alius cluramque mite-*

#### NOTÆ

137 *Athamantidos æquora*] Hellespontus: fuit enim Athamas Helles pater, ipsaque adeo Athamantis.

*Canent*] Albescunt; ex spuma.

139 *Virgine*] Helle; qua, accepto a patre ariete aureo, cum Phryxo fratre novercales insidias fugiens, in mare, quod trajiciendum fuit, periculi magnitudine perterrita, decidit: quod et ab ea nomen accepit Hellespontus.

142 *Utque*] Quamvis.

*Crimine nomen*] Alii nomine crimen; quod nec invenustum.

143 *Invideo*] Quia ille, quantumvis tristia fuerint, maria tamen potnit transnatare.

145 *Navisve*] Tacite explicat, quid fuerit decantatus ille aries; lavis scil. cujus ille insigne fuit.

146 *Findam*] Findere possim.

147 *Arte*] Nautica scil. Multum hic variant codices: at quam cum vulgatis retinuumus, lectionem, potior est.

148 *Vector*] Patet ex textu, per vectorem cum intelligi oportere qui



Andromedan alius spectet, claramve Coronam,

Quæque micat gelido Parrhæsis Ursa polo.

At mihi, quod Perseus et cum Jove Liber amarunt,

Indicium dubiæ non placet esse viæ.

Est aliud lumen, multo mihi certius istis;

155

Non erit in tenebris quo duce noster amor.

Hoc ego dum spectem, Colchos, et in ultima Ponti,

Quaque viam fecit Thessala pinus, eam :

*lucidam Coronam, et ursam, quæ Parrhæsis fulget axe gelido. At mihi non placet, quas Perseus et Liber cum Jove dilexerunt, esse duces itineris incerti. Est mihi aliud lumen multo certius istis; quo duce noster amor non versabitur in caligione. Modo illud aspiciam, proficiscar Colchos, et in remotissima Ponti, et qua navis*

*nam; in marg. coronam.—153 Quatuor Heins. quam Pers. Me. alter quas.—155 Aldus alium. Quidam aliud nomen.—156 P. et Gu. 3. Non erat: alter Mor. errat tenebris.—157 P. Et in ultima: quinque ad ultima: Gu. 3. Et ultima: vulgo atque ultima.—158 Vulgo Thessala puppis: Gu. 1. Th. navis. Gu. 3.*

## NOTÆ

vehitur: quanquam et pro eo qui vehit idem noster Auctor usurpavit, in Fastis.

149 *Sequar*] Illius intuitu et observatione iter meum dirigam.

*Helicen*] Quod nulla arte egere se dixit, explicat. Notum est vero sideribus iter summ nautas dirigere. *Helicen* quod attinet, Ursa est major signum, seu sidus Septemtrionale, quod et Septemtrio dicitur; in quod sidus Calysto Lycaonis filia a Jove mutata est, postquam, Junonis aut Dianæ ira, Ursæ formam induisset.

*Tyros*] Pro nautis Tyriis et Phœnicibus, Syriæ, ad Mediterraneum, incolis.

*Arcton*] Ursa est minor, sidus etiam Septemtrionale, alio nomine Cynosura dictum: quo potissimum utebantur Tyrii et Phœnices, propter Thaletem natione Phœnicem, qui huic Arctos nomen primus; et ab illo alii imposuerunt.

150 *Publica non curat*] Sed amicæ lumine tanquam Cynosura ducitur.

151 *Andromedan*] Hanc Cephei fi-

liam Persei que conjugem Miurvæ beneficio, et Persei gratia, inter sidera collocatam fuisse Poëtæ finxerunt: quam observasse dicuntur nautæ Ægyptii.

*Coronam*] Sidus ex Ariadnæ corona in cælum a Libero patre translata: quam secutos esse Cretenses quidam volunt.

152 *Parrhæsis*] Arcadica; nam Arcadiæ pars est Parrhasia; ubi et urbs fuit eo nomine; mons quoque Parrhasus.

*Ursa*] Major scilicet quæ Callisto est Arcadica, Lycaonis Arcadiæ regis filia.

153 *Perseus*] Andromedan, quam a Ceto liberavit, amavit.

*Jove*] Callistonem vitavit.

*Liber*] Ariadnen Bacchus uxorem habuit; de cujus corona mentionem fecit Ovidius.

154 *Non placet*] A se solo amatam amicam suam itineris vult habere directricem. Atque hæc sunt et elegantissima, et ex intimo naturæ sinu deprompta.

Et juvenem possim superare Palæmona nando,  
 Miraque quem subito reddidit herba Deum. 160  
 Sæpe per assiduos languent mihi brachia motus,  
 Vixque per immensas fessa trahuntur aquas.  
 His ego cum dixi, Pretium non vile laboris,  
 Jam dominæ vobis colla tenenda dabo:  
 Protinus illa valent, atque ad sua præmia tendunt; 165  
 Ut celer Eleo carcere missus equus.  
 Ipse meos igitur servo, quibus uror, amores;  
 Teque, magis cœlo digna puella, sequor.  
 Digna quidem cœlo, sed adhuc tellure morare;  
 Aut dic, ad Superos et mihi qua sit iter. 170  
 Hic es, et exiguum misero contingis amanti;  
 Cumque mea fiant turbida mente freta.

*Thessala aprnit iter: et possim vincere juvenem Palæmona natando, et quem herba admirabilis protinus effecit Deum. Sæpe lacerti mihi sunt debiles per agitationes continuas, et vix lassii morentur per vasta æquora. Cum ego illis dixi, Jam exhibebo vobis præmium non leve laboris, colla amplectenda Dominæ: illi statim fiunt validi, atque admittuntur ad suam mercedem; ut equus emissus carceribus Eleis. Ergo ego intueor amores meos, quibus ardeo; et te aspicio, puella magis digna cælo. Digna es quidem cælo, sed mane adhuc in terra; aut doce, qua via sit mihi etiam ad Divos. Hic es; et minimum conjungeris infelici amanti: et ma-*

//////////

*pinus cv.—161 Mihi Leid. et Helm. vulgo mea.—165 Gu. 2. cum exc. D. et Ball. ad sua gaudia, Sa. munera.—166 Bersmanni Editio, Ut celeri Elæo.—168 Heins. conj. Teque mari, cælo digni puella, sequor.—169 Al. moraris, moreri, morari.—170 Vulgo hinc mihi: exc. D. Aut hinc ad superos dic mihi.—171 Al. Hinc est quod raro misero; quomodo Gu. 2. et 4. et Helm. P. Hic est*

#### NOTE

157 *Hoc ego*] Argonautarum tangit expeditionem; cui parem, duce amica, posse suscipere se profitetur.

158 *Thessala*] Jasonis et Argonautarum navis.

159 *Palæmona*] Hic, Melicertes etiam dictus, Athamantis fuit filius, in Deum marinum mutatus: cujus fabulam postea in Metam. videbimus.

160 *Deum*] Glauens est, piscator, qui degustata quadam herba, ad cujus contactum pisces, in ripa positos, subito collectis viribus, in aquam exsilire viderat, ipse in mare sese præci-

pitavit, Densque factus est.

166 *Eleo*] In Elide juxta Pisam, in Peloponneso, celebrari solitos fuisse ludos Olympicos nemo nescit. Carceres vero erant in Circo; locus, unde equi ad cursum emitterentur: adeoque quid sit carcer Eleus, clarum est.

167 *Servo*] Tanquam sidera Observo; quibus cursus meos dirigam.

*Quibus uror*] Quique adeo ignes sunt, et sidera.

171 *Hic*] In terris; non in cælo.

*Et exiguum*] Et, quamvis remota

Quid mihi, quod lato non separor æquore, prodest ?

Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua ?

An malim, dubito, toto procul orbe remotus 175

Cum domina longe spem quoque habere mea.

Quo propius nunc es, flamma propiore calesco :

Et res non semper, spes mihi semper adest.

Pæne manu, quod amo, (tanta est vicinia,) tango :

Sæpe sed (heu !) lacrymas hoc mihi pæne movet. 180

*ria commoventur cum mente mea. Quid me jurat, quod non disjungor vasto mari ? Num minus eo tam arcta aqua nobis officit ? Nescio an malim, longe dissitus toto orbe, habere quoque spem procul cum Domina mea. Quo propius nunc es, ardeo igne propiore : et res non semper mihi præsens est, spes est semper. Tungo propemodum manu, (tanta est propinquitus,) quod amo : sed heu ! hoc propemodum sæpe*

*exigue. Sex libri Hic es, et exiguo. Gu. 3. Hinc est exigue misero.—174 Num. P. Vulgo Non minus hæc. Heius. recepit hoc ex uno Med. et fragm. F. in quibus Non minus hoc. Gu. 1. 3. et 4. Num minus hæc.—176 Mor. A domina. Gu. 1. 2. et 4. cum plurimis al. meam.—177 Al. Quo propior.—178 L. Ut res.—180 Al. pæne facit : Gu. 2. heu clamus hoc mihi pena monet ; 3. et 4. quæ mihi*

## NOTÆ

non sis, modice tamen et raro es cum amante. Dolens et querens istud dicit.

172 *Cunque*] Dixisset, si per carminis leges licuisset, *Cum fretis turbatur mens mea*.

175 *Dubito*] Quia tanta impatientia non teneretur, si remotior amica esset ; uti quidem postmodum indicat.

176 *Cum domina longe*] Nimirum, si domina, spes quoque longe esset.

177 *Flamma propiore*] Ardentiore, et impatientiore amore : quæ causa est, ut dixi, cur, num ab amica remotior esse mallet, dubitaret : nam quo majus desiderium, eo gravior privatio. Hic vero aliquantulum immoratum esse non pigebit credo virum Philosophum ; postquam cognoverit motus etiam animi violentissimos privatione quoque posse sedari : salutemque in desperatione inveniri : usque adeo verum est, quod alieni legisse videor, in orbem omnia, in

orbe recurrere, ubi extrema quæque sese contingant : ut maximus etiam dolor, maximæ etiam Epicureorum voluptati, indolentiæ dico, sit proximus. Quamquam prolixiori disquisitione hæc omnia opus habent.

178 *Spes*] Quæ est desiderii aculeus, sine quo statim elanguescit. Quis enim, nisi stultus et excors est adolescentulus aut fœmina, in eo hæreat, quod plane esse non potest ?

180 *Hoc pæne*] Quod pæne tango. Gall. *Ce presque est ce qui me fâche*. Illud est quod dixi, quo major est spes, majus est desiderium : nec sæpe tantus est ex objecti privatione dolor, si ejus tantum valorem consideres, quam ex eo, quod maxime illud sperans et expectans perdidit : quia, scilicet, tum maxime spiritus sunt in maximo motu. Atque hinc est, quod plerumque, quietis sensibus, quid nos turbare poterit, attenti miramur : quamquam cauti et Philosophorum præceptis imbuti

Velle quid est aliud fugientia prendere poma,  
 Spemque suo refugi fluminis ore sequi ?  
 Ergo ego te nunquam, nisi cum volet unda, tenebo ?  
 Et me felicem nulla videbit hyems ?  
 Cumque minus firmum nil sit quam ventus et unda, 185  
 In ventis et aqua spes mea semper erit ?  
 Æstus adhuc tamen est : quid cum mihi læserit æquor  
 Plias, et Arctophylax, Oleniumque pecus !

*mihî ciet lacrymas. Quid est aliud captare poma elabentia, et petere ore suo spem fluxû dilabentis? Ergo ego nunquam te amplectar, nisi cum fluctibus libebit! et nulla tempestas me aspiciet beatum? Et cum nihil sit minus constans quam ventus et aqua, spes mea semper erit in ventis et aqua? Atamen æstas est adhuc: quid erit cum Plias, et Arctophylax, et pecus Olenium turbaverit mihi mare? Aut ego*

*pena movet.—182 L. et duo al. profugi flum. Fr. reflui.—186 Francius, in vento atque unda; ut esset repetitio solcunis.—187 Idem, cum modo læserit.*

## NOTE

eundem toties non errant errorem.

181 *Velle*] Tantali pœnæ hoc suum desiderium comparat; cum et ipse in mediis aquis, ut videtur, id est, prope in amicæ sinu, ea non possit potiri.

*Quid est aliud*] Perinde ac si dicat, Idem est.

*Fugientia*] De Tantalo alicubi nos- ter Ovidius: 'Quærit aquas in aquis, et poma fugacia captat.' Et Seneca in Hercule furente: 'In amne medio faucibus siccis senex Sectatur undas, abluit mentum senex; Fidemque cum jam sæpe decepto dedit, Perit unda in ore: poma destituunt famem.' Alia plurima Poëtæ; sive ut avaros, insectentur; sive ut alia ingenii hu- mani mala arguant.

182 *Spemque*] Id est, ex spe sua fugientia flumina captare; ut loquitur Horatius.

183 *Cum volet unda*] Allusio ad Tantali fugientia flumina.

*Unda*] Marc; cum tranquillum erit.

184 *Nulla videbit*] Id est, Per eam mihi non licebit.

*Hyems*] Tempestas, aut maris æstus,

et turbatio.

187 *Æstus*] Æstatis tempus; quo placidius est mare.

*Quid cum*] Multo minus ad amicam ire licebit.

*Læserit*] Turbaverit.

188 *Plias*] Pleiades, Atlantis ex Pleione nympa filiæ, in cælum translata sidus faciunt, quod ortu et occasu pluvias et tempestates ciere vulgo dicitur.

*Arctophylax*] Stella est, quæ et Bootes dicitur; Ursæ majori quasi comes et custos addita.

*Olenium*] Capram intellige, cum hædis, si voles, quos cum matre in cælum, ob lactis ab ipsa præbiti beneficium, Jupiter in cælum transtulit, sidusque, si credere fas est, fecit pluviale et procellosum. Dicta vero est capra Olenia ab Oleno Bœotiæ civitate, ubi nutrita fuit; vel ab Oleno quodam Vulcani filio, Ægæ et Ælices nympharum patre, quæ Jovis nutrices fuerunt. Sed Hyginum vide; unde fabularum istarum confusionem cognoscere licebit, nisi mavis sapien-

- Aut ego non novi, quam sit temerarius ; aut me  
 In freta non cautum tunc quoque mittet Amor. 190  
 Neve putes id me, quod abest, promittere tempus :  
 Pignora polliciti non tibi tarda dabo.  
 Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor ;  
 Ire per invites experiemur aquas.  
 Aut mihi continget felix audacia salvo : 195  
 Aut mors solliciti finis amoris erit.  
 Optabo tamen, ut partes expellar in illas ;  
 Et teneant portus naufraga membra tuos.  
 Flebis enim, tactuque meum dignabere corpus :  
 Et, Mortis, dices, huic ego causa fui. 200  
 Scilicet interitus offenderis omine nostri :  
 Literaque invisæ est hac mea parte tibi.

*nescio, quantum amor sit inconsultus ; aut ille imprudens me quoque tum in mare propellet. Et ne credas, me polliceri illud tempus, quia remotum est : exhibebo tibi pignora non remota promissi. Mare sit nunc inflatum aliquot adhuc noctibus ; tentabimus transire per aquas reluctantes. Aut erit læta audacia mihi incolumi ; aut interitus erit finis amoris anxii. Cupiam tamen, ut ejiciar in illa littora, et artus naufragium passi subeant portus tuos. Nam lugebis, et cohonestabis meos artus tactu ; et dices, Ego fui huic causa obitus. Nimirum læderis præsentis nostræ mortis : et epistola mea est tibi odiosa hoc loco. Omitto ; noli conqueri. Sed etiam,*

Burm. pro læserit vult cluserit.—189 Quam sit Scr. et unus F. vulgo sim.—190 Mor. cautum turbida mittet.—195 Alter Mor. contigerit.—197 Unus Pat. et Gu. 2. Et tamen optabo ut ; tres al. Heinsii Optabo tantum partes : Heins. conj. Sed tamen optabo, part. &c. D. legit in istas.—199 Fran-

## NOTE

ter contemnere.

189 Non novi] Diceremus Gallice, Ou il faudra que j'oublie bien jusques où va la témérité de l'Amour, ou, &c. Quod loquendi genus potest quandoque aliquam parere obscuritatem. Sensus est hoc in loco, velle Leandrum, nisi temerarium esse Amorem oblitus fuerit, atque adeo temerarius esse ipse desierit, procelloso mari esse per hyemem committere.

190 Tunc] Sideribus concitato mari.

191 Quod abest] Plurimi nimirum remoto periculo strenui videntur.

Tempus] Vel me potius illo tempore.

Delph. et Var. Clas.

192 Pignora] Innuit se, quanquam turbato mari, ad amicam brevi venturum.

197 Optabo tamen] Unus Patavinus habet, Et tamen optabo ut ; quod, rejecta tamen particula ut, probat Heinsius. Dicit Leander, si moriendum fuerit, se optaturum, ut fluctibus ad amicæ ripam deferatur.

Illas] Amicæ.

198 Teneant] Ad eos perveniant.

Membra] Mea, scil.

200 Causa] Quia propter mei amorem tam turbidum mare est ausus ingredi.

201 Omine] Ille vero tempestate

Ovid.

X

Desino ; parce queri : sed et ut mare finiat iram,  
 Accedant, quæso, fac tua vota meis.  
 Pace brevi nobis opus est ; dum transferor isto : 205  
 Cum tua contigero littora, perstet hyems.  
 Illic est aptum nostræ navale carinæ :  
 Et melius nulla stat mea puppis aqua.  
 Illic me claudat Boreas, ubi dulce morari :  
 Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero. 210  
 Nec faciam surdis convicia fluctibus ulla :  
 Triste nataturo nec querar esse fretum.  
 Me pariter venti teneant, pariterque lacerti ;  
 Per causas istic impediæque duas.

*fac, oro, tuæ preces jungantur meis, ut æquor deponat furorem. Opus est nobis exigua tranquillitate ; donec illuc transvehor : tempestas duret, postquam pervenero ad tua littora. Illic est idoneum navale nostræ navi : et mea puppis nulla aqua manet tranquillius. Aquilo me illic cohibeat, ubi est jucundum manere. Tunc ego ero segnis ad natandum, ego tunc ero prudens. Nec probra ulla objiciam surdis undis : nec dolebo mare esse asperum naturo. Venti me pariter morentur, et pariter brachia tua ; et istic detinear per duas causas. Cum tempestas sinet, ego utar*

cuis, jactaque.—200 Mor. Morti.—203 Desino ; parce conj. Heins. e P. qui habet, Desino parte, quomodo et Gu. 1. vulgo Desine parte: prima ed. et tres scripti Desine, parce. Mor. et unus Heins. sed quod mare: ed. prima et nonnulli codd. sed ut hoc mare: Be. unus sed ut hanc: Gu. 1. a corr. scd ut mare. Alter Me. desinat iram.—205 Quidam transfretor. P. et Fr. isto: vulgo istuc: quidam istoc, isthac, illuc.—206 Helm. tua contingam: unus Heins. perfler hyems.—207 P. et Gu. omnes cum multis al. istic est.—208 Gu. 3. stet.—213

## NOTE

jactatus in aquis periisse dicitur.

203 *Queri*] Quod mihi male videar ominari.

205 *Pace*] Maris tranquillitate.

*Brevi*] Quia longa non est via, et bene nato.

207 *Navale*] Locus est ubi stare possunt naves adversus tempestatem.

*Carinæ*] Seipsum navi comparat.

208 *Aqua*] Amicæ sinum intelligit.

209 *Claudat*] Id est, Flatibus suis ita totum commoveat mare, ut redire nequeam, sed cum amica manere cogar.

210 *Tunc*] Cum per venti violen-

tiam apud amicam manere coactus fuero.

*Cautus*] Qui me furentibus undis concredere noluero.

211 *Nec faciam*] Immo votis ullis nequidem iratum mare placare studuerit, qui per ejus iram ad amicam detineatur.

*Surdis*] Quasi meas preces non audiant, intellige.

*Convicia*] Innuit Leander iratis fluctibus se, quoniam ad amicam iter præcluderent, convicia fecisse plurima.

212 *Triste*] Adversum.

213 *Lacerti*] Mei, scil. Se cupit,

Cum patietur hyems, remis ego corporis utar: 215

Lumen in aspectu tu modo semper habe.

Interea pro me pernoctet epistola tecum;

Quam, precor, ut minima prosequar ipse mora.

*remis corporis. Tu modo pone semper lumen in prospectu. Interea literæ pernoctent tecum pro me; quas, opto, ut ipse subsequar minimo spatio.*



*Pariterque quatuor Heins. vulgo tenerique.—214 Unus L. detinearque duas.—216 Scr. in aspectum.—218 Prosequar P. Gu. 2. et Helm. cum al. vulgo persequar: Francius subsequar.*

NOTÆ

ut voluntate propria, ita et maris ira, seu ventis, ad amicam retineri.

*Utar]* Ut ad te eam, scilicet.

216 *In aspectu]* In turri, scil. ut eo

215 *Remis]* Brachiis, scil. et pedibus. Ad te nabo.

lumine natatum possim dirigere.

---

## EPISTOLA XIX.

### HERO LEANDRO.

#### ARGUMENTUM.

**HERO**, accepta Leandri epistola, respondet; id agens, ut se ardentem redamare significet, et ad mutuos amplexus amatorem vocat. Desidiam vero interdum accusat; ut ostendat, quam sincero et continuo amore semper eum amet. Aliquando mari irascitur. Nonnunquam timet, ne Leander alio suum animum transtulerit. Verum statim amoris suspicionem in amantium consuetudinem, qui omnia timent, rejicit, et conjecturam minuit. Demum suadet, ut non nisi tranquillo freto se committat.

**QUAM** mihi misisti verbis, Leandre, salutem,  
Ut possim missam rebus habere; veni.

*Ut mihi liceat per res salute frui, qua me impertitus es verbis, Leandre, adesto.*

NOTÆ

2 *Rebus]* Effectu.

Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt.

Da veniam fassæ; non patienter amo.

Urimur igne pari; sed sum tibi viribus impar: 5

Fortius ingenium suspicor esse viris.

Ut corpus, teneris ita mens infirma puellis:

Deficiam; parvi temporis adde moram.

Vos, modo venando, modo rus geniale colendo,

Ponitis in varia tempora longa mora. 10

Aut fora vos retinent, aut unctæ dona palæstræ:

Flectitis aut fræno colla sequacis equi.

Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo:

Diluitur posito serior hora mero.

His mihi submotæ, vel si minus acriter urar, 15

Quod faciam, superest, præter amare, nihil.

Quod superest, facio; teque, o mea sola voluptas,

Plus quoque, quam reddi quod mihi possit, amo.

*Omne spatium, quod remoratur voluptatem, est nobis prolixum. Ignosce confitenti; amo solícite. Ardemus flamma æquali; sed sum te minor fortitudine. Arbitror animum esse validiorem viris. Ut corpus est imbecille mollibus puellis, ita est animus. Differ exiguo tempore, linquar animo. Vos, interdum venando, interdum colendo agrum amœnum, collocatis tempora prolixa in diversa mora. Vel fora vos morantur, vel munera nitidæ palæstræ; vel subigitis fræno cervicem equi docilis. Interdum carpitis avem reti, interdum piscem hamo: hora respertina delinitur vino admoto. Nihil restat quod agam, mihi prohibitæ istis rebus, quamvis etiam minus vehementer arderem, præter amare. Ago quod conceditur; et te amo, o meum unicum suavium, plus etiam quam quod mihi queat retribui. Aut ego submissee de*

7 Dno libri corpus tenerum, sic mens.—8 Heins. vult deficiat.—10 Unus Heins. varias moras.—11 Heins. putat aut unctæ lucta palæstræ.—12 Sequacis P. Gu. 1. et 3. cum al. non paucis: vulgo fugacis.—13 Gu. 2. volucres et pisces.—15 Submotæ P. Ar. et Gu. 1. vulgo submotis.—17 Prima ed. et tres scripti mi sola; ἀρχαϊκῶς, pro mea.—18 Reddi P. Bas. Gu. 1. 3. et Helm. vulgo credi.—

#### NOTÆ

3 *Omnis*] Etiam brevissima.  
4 *Fassæ*] Mihi amoris impatientiam confitenti.  
5 *Viribus*] Animi robore, ad resistendum Amori.  
9 *Geniale*] Amœnum et lætum; naturæ enim et voluptatis Deus est Genius.  
10 *Ponitis*] Pergit in reddendis rationibus, quamobrem minus sint viri

impatientes.  
11 *Unctæ*] Oleo sese perfundere solitos esse athletas tritum est: inde unctæ dicuntur Palæstræ.  
12 *Sequacis*] Fræno parentis.  
14 *Posito*] Prompto et apposito.  
*Hora*] Id est, Viri etiam sub noctem vino sese oblectant.  
15 *His*] Venatione, Agricultura, Aucupio, Piscatu, &c.



Aut ego cum cara de te nutrice susurro,  
 Quæque tuum, miror, causa moretur iter : 20  
 Aut mare prospiciens, odioso concita vento  
 Corripio verbis æquora pæne tuis :  
 Aut ubi sævitix paulum gravis unda remisit ;  
 Posse quidem, sed te nolle venire, queror.  
 Dumque queror, lacrymæ per amantia lumina manant, 25  
 Pollice quas tremulo conscia siccatur anus.  
 Sæpe tui, specto, si sint in littore passus :  
 Impositas tanquam servet arena notas.  
 Utque rogem de te, et scribam tibi, si quis Abydo  
 Venerit, aut, quæro, si quis Abydon eat. 30  
 Quid referam, quoties dem vestibus oscula, quas tu  
 Hellespontiaca ponis iturus aqua ?  
 Sic ubi lux acta est, et noctis amicitior hora,  
 Exhibuit pulso sidera clara die ;

*te loquor cum dilecta nutrice ; et stupeo quæ causa distineat tuum discessum. Aut prospectans æquor, arguo propemodum tuis vocibus maria turbata vento invidioso : aut, ubi fluctus odiosi parum de asperitate deposuerunt, conqueror te posse quidem, sed nolle accedere. Et dum queror, lacrymæ fluunt oculis amore correptis ; quas anus conscia abstergit pollice tremente. Sæpe exquiro, num conspiciantur tua vestigia in littore ; quasi sabulum retineat signa impressa. Et ut interrogem de te, exquiro, num aliquis accesserit Abydo, ut scribam tibi, aut num aliquis eat Abydon. Quid memorem quoties deosculer amictus, quos tu deponis nataturus mari Hellespontiaco ? Sic ubi dies præterit, et hora gratior noctis prodidit fulgentia sidera,*



19 Francius *cara* pro *cara*. Helm. *genetrice susurro*.—21 Exc. D. et novem codd. *Aut fretu*.—22 Al. *æquora sæpe meis*. Be. *nempe meis*.—23 Helm. cum aliis *sævitiæ*. Al. *sævitiem*.—26 Ha. et L. *Cretica siccatur*.—27 Unus Mor. *quasi sint*.—29 In sex libris *deest et* : unus A. *ut scribam* : Gu. 2. *utve rogem de te, vel ut scribam tibi*.—31 *Dem* sex Heins. et Gu. 1. et 2. vulgo *do* : quidam codd. *de vitiose pro dem*.—32 F. et O. *Hellespontiaca aquas*.—33 Gu. 3. cum

## NOTE

*Submotæ*] Id est, Quæ illis negotiis et studiis non possim detineri. Alii habent *submotis*.

*Urar*] Amore, scil.

18 *Quam reddi*] Venuste : plus amare se dicit, quam possit amari.

22 *Tuis*] Quibus verbis maris æstum accusasti, iisdem propè de eo queror.

28 *Tanquam servet*] Quod tamen non facit : sed ab Amantibus, Cupientibus, Timentibus, Sperantibus, omni denique perturbatis affectu, quælibet finguntur et creduntur.

*Notas*] Hic vestigia intelliguntur.

33 *Noctis amicitior hora*] Nox.

34 *Sidera*] Lunam, &c.

- Protinus in summa vigilantia lumina turre 35  
 Ponimus, assuetæ signa notamque viæ.  
 Tortaque versato ducentes stamina fuso,  
 Fœminea tardas fallimus arte moras.  
 Quid loquar interea tam longo tempore, quæris?  
 Nil, nisi Leandri nomen, in ore meo est. 40  
 Jamne putes exisse domo mea gaudia, nutrix?  
 An vigilant omnes? et timet ille suos?  
 Jamne suas humeris illum deponere vestes;  
 Pallade jam pingui tingere membra putes?  
 Annuit illa fere: non nostra quod oscula curet; 45  
 Sed movet obrepens somnus anile caput.  
 Postque moræ minimum, Jam certe navigat, inquam,  
 Lentaque dimotis brachia jactat aquis.

*die exacto, statim admovemus facem pervigilem in fastigio tecti, indicium et notam itineris soliti. Et trahentes fila intorta fuso versato, decipimus studio muliebri longa tempora. Petis, quid dicam interea tum prolixo spatio? Nihil, nisi nomen Leandri est in ore meo: Jamne credas Voluptatem meam domo prodiisse, nutrix? An omnes sunt expectati? et ille metuit suos? Jamne credas illum exuere amictus suos humeris; et jam ungere artus pingui olivo? Illa ut plurimum annuit; non quod moveatur nostris suavis; sed somnus subiens agitat caput anile. Et post exiguum spatium, Jam certe natat, dico; et movet lacertos flexiles aquis depulsis.*

P. et al. *facta est.*—35 P. et Mor. *in summo tecto.*—36 Leid. *signa notanda: undecim Mss. signa notata: Gu. 2. et prima ed. signaque nota: Li. notaque signa: duæ edd. Ven. et margo Mycilli et Bersm. signa notasque.*—41 Al. *putas.*—42 *Quidam ille patrem, ut Helm.*—44 *Unus Mor. tangere membra. Al. putas.*—45 *Gu. 2. et Helm. cum al. illa fore.*—46 *Obrepans A. forte pro obreptans: Douza volebat obrepens.*—47 P. et al. *plurimi codd. et ed. Bersm.*

## NOTÆ

- 35 *Vigilantia]* Accensa.  
 37 *Tortaque]* *Nentes*, uno verbo.  
 38 *Fœminea]* Nere enim proprium est fœminarum.  
*Fallinus moras]* Tædium ex tua mora minuimus.  
 41 *Jamne putes]* Verba Herus ad nutricem.  
*Mea gaudia]* Leandrum, scil.  
 42 *Omnes]* Sui, scil. aut Abydeni, qui Leandri discessum impediunt.  
*Timet]* Ne sint discessus oculati testes.  
 44 *Pallade]* Oleo; cuius usum pri-  
 ma Pallas, seu Minerva, homines docuisse dicitur. Eo autem ungebantur natatores, ne aquarum frigiditate nervi rigescerent, atque eorum potius facilius motus esset.  
 45 *Illa]* Nutrix.  
*Fere]* Pro fere semper: ut alibi.  
 46 *Movet]* Dormitantis vero caput annuenti modo simili movetur.  
*Anile]* Nutricis.  
 47 *Navigat]* Leander meus, scil. verba sunt quæ ad anum dixisse se prædicat Hero.  
 48 *Dimotis]* Scilicet inter natan-

- Paucaque cum tacta perfecti stamina tela,  
 An medio possis, quærimus, esse freto. 50  
 Et modo prospicimus; timida modo voce precamur,  
 Ut tibi det faciles utilis aura vias.  
 Auribus interdum voces captamus, et omnem  
 Adventus strepitum credimus esse tui.  
 Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis 55  
 Acta, subit furtim lumina fessa sopor.  
 Forsitan invitus, mecum tamen, improbe, dormis:  
 Et, quanquam non vis ipse venire, venis.  
 Nam modo te videor prope me spectare natantem:  
 Brachia nunc humeris humida ferre meis: 60  
 Nunc dare, quæ soleo, madidis velamina membris:  
 Pectora nunc juncto vestra fovere sinu.

*Et postquam pauca fila traxi terra percussa, petimus, an possis esse medio æquore. Et modo prospectamus; modo oramus voce parida, ut ventus propitius tibi præbeat iter expeditum. Nonnunquam aucupamur sonos auribus, et arbitramur omnem susurrum esse tui accessus. Sic postquam pars maxima noctis deceptæ est mihi præterita; somnus sensim in oculos lassos irrepat. Forsitan coactus, cubas tamen mecum, proterve; et, quamvis ipse non cupias accedere, accedis. Nam modo videor aspiceret te jam prope natantem; modo admoveo udos lacertos meis humeris: modo porrigere amictus, quos sum assueta porrigere, artubus humidis: modo calefacere*

*mora nimium.—49 Gn. 2. contacta. Exc. I. tela; et sic unus A. et Go. vulgo terra.—52 Gu. 4. ventus et aura.—53 P. incertus voces.—55 Exc. D. Ergo ubi.—58 Vulg. quamvis.—59 Vulgo prope jam: duo libri prope te. Gu. 2. jam sperare nat.—60 Francius uvida.—62 Mor. nunc madido: exc. D. nunc noto:*

## NOTE

dum aqua hinc inde quodammodo dimovetur.

49 *Tacta*] Clar. Heinsius *tracta* reponendum censet; deinde ex uno aut altero codice pro *terra* reponit *tela*; quod illi maxime, eo præsertim, uti quidem videtur, arrisit, quod satis, ut ille ait, quid *tacta terra* sibi velit, non sit assecutus. Quanquam vero argute Vir clarissimus, locum tamen non necesse habeam sollicitare. Quippe notum est fila trahentibus fœminis propemodum necessarium esse, ut filo producto, terram tangant prius

fuso, quam illud evolant.

*Perfecti stamina*] Nevi fila.

50 *Quærimus*] Ex nutrice, scil.

53 *Interdum*] Puteaneus *incertus*.

55 *Deceptæ*] Decipere noctem est, aliquid agendo tædium ejus levare. Vide tamen annon satius sit vocem istam ad puellam ipsam referre, quæ decepta sit, et frustra amantem expectaverit.

57 *Improbe*] Contumelia amatoria.

62 *Vestra*] Quidam habent *nostra*; at *vestra* placuit clar. Heinsio.

Multaque præterea, linguæ reticenda modestæ ;

Quæ fecisse juvat, facta referre pudet.

Me miseram ! brevis est hæc, et non vera voluptas : 65

Nam tu cum somno semper abire soles.

Firmius o cupidi tandem coëamus amantes :

Nec careant vera gaudia nostra fide.

Cur ego tot viduas exegi frigida noctes ?

Cur toties a me, lente natator, abes ? 70

Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti :

Nocte sed hesterna lenior aura fuit.

Cur ea præterita est ? cur non ventura timebas ?

Tam bona cur periit, nec tibi rapta, via est ?

Protinus ut similis detur tibi copia cursus ; 75

Hoc melior certe, quo prior, illa fuit.

At cito mutata est jactati forma profundi :

Tempore, cum properas, sæpe minore venis.

*pectora nostra gremio admoto. Et multa insuper prætermittenda linguæ honestæ : quæ prodest fecisse, cum acta sunt, pudet narrare. Hei mihi ! hæc gaudia sunt brevia et minus sincera. Nam tu soles semper recedere cum sopore. O conjungamur denique certius avidi amantes : nec voluptas nostra sit sine certa fide. Quamobrem ego gelida transegi tot noctes desertas ? Quamobrem toties sejungeris a me, tarde natator ? Æquor nondum est moderabile natanti : sed ventus fuit placidior nocte hesterna. Quamobrem ea effluxit ? Quamobrem non reformidabas futura ? Quamobrem iter tam facile tibi subtractum, nec correptum est ? Quamvis continuo par tibi concedatur facultas natandi ; illa fuit profecto eo commodior, quo prior. At brevi conversa est facies maris turbati : sæpe, cum festinas, accedis*



Gu. 2. *conjuncto*. Scr. Jun. et exc. D. *vestra*: vulgo *nostra*.—63 P. et Me. *modeste*: duo Heins. *modestæ*: vulgo *lingua modesta*.—68 Mihi *Ne careant*.—70 P. *lente morator*, vel *natator*: Mor. *viator*.—71 L. *nondum tranabile*: Bas. *penetrabile*: Gu. 1. *tractabile nautis*.—72 Duo Heins. *mollior aura*.—73 Quatuor Heins. *præterit*. Gu. 3. *ventura videbas*.—74 *Rapta* P. Helm. et al. vulgo *capta*.—75 Leid. Exc. D. et Gu. 2. *copia nandi*.—77 Leid. *mutarit*.—

#### NOTÆ

65 *Me miseram*] Distichon hoc suspectum habet idem Heinsius.

73 *Ventura*] Ventum, scil. et tempestatem.

75 *Protinus ut*] Quamvis statim, et sine mora tibi detur, ut ad me venire possis.

76 *Illam*] Prior copia. Priorem ad se veniendi opportunitatem eo melio-

rem fuisse dicit, quod prior fuerit.

77 *At cito*] Objectio est et excusatio ex parte Leandri: quasi dicat Hero, Tu moræ causam facis non bene sedatum mare, veritus ne intra breve tempus intumesceret.

78 *Tempore*] Responsio est Herus: quasi dicat, Utcumque maris tumorem reformidares; cum tamen paululum

Hic, puto, deprensus nil, quod querereris, haberes ;  
 Meque tibi amplexo nulla noceret hyems. 80  
 Certe ego tum ventos audirem lenta tonantes,  
 Et nunquam placidas esse precarer aquas.  
 Quid tamen evenit, cur sis metuentior undæ ?  
 Contentumque prius, nunc vereare, fretum ?  
 Nam memini, cum te sævum veniente minaxque 85  
 Non minus, aut multo non minus, æquor erat :  
 Cum tibi clamabam, Sic tu temerarius esto,  
 Ne miseræ virtus sit tua flenda mihi.  
 Unde novus timor hic ? quoque illa audacia fugit ?  
 Magnus ubi est spretis ille natator aquis ? 90  
 Sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas ;  
 Et facias placidum per mare tutus iter :  
 Dum modo sis idem ; dum sic, ut scribis, amemur :  
 Flammaque non fiat frigidus illa cinis.

*tempore breviorē. Hic correptus, nihil credo contingeret, quamobrem doleres ; et nulli tempestas obesset tibi me complexo. Certe ego tum auscultarem secunda ventos obstrepentes, et nunquam orarem æquora esse tranquilla. Quid tamen accidit, quamobrem sis timidior fluctuum ? Et nunc expavescas mare spretum antea ? Nam recordor, cum te accedente fretum non minus erat, aut non multo minus asperum et periculosum : cum tibi inculcabam, Sic tu esto audax, ne virtus tua sit lugenda mihi infelici. Unde hic metus subitus ? et quo illa confidentia recessit ? Ubi est ille peritus natator contentis undis ? Sis tamen potius hoc, quam quod consueveras esse antea : et securus viam ingrediaris per æquor tranquillum : dummodo sis idem, dummodo ita diligamur, ut scribis : et ille ignis non fiat cinis gelidus.*

80 Gn. 2. *nocebit.*—81 *Lenta P.* Leid. et Helm. vulgo *læta*. Scr. et Helm. *tonantes*: vulgo *sonantes.*—89 Scr. *timor nothus hic.*—91 Leid. *hic potius* (sic

## NOTE

de ira sua remitteret, poteras venire: nam sæpe tempore minore fretum tranas.

79 *Deprensus*] Proprie et optime deprehendi dicuntur nautæ tempestate oppressi.

*Nil*] Nihil equidem, cum Leander ipse ventis ad amicam retineri in epistola sua optaverit.

81 *Tum*] Cum me amplectereris.

*Lenta*] Minime sollicita, et quieta. Alii habent *læta*.

84 *Contentumque*] Vide quantus ea

de re ipse Leander in epistola sua fuerit.

85 *Memini cum te veniente*] Memini ejus temporis, quo, cum ad me venires.

87 *Temerarius*] Qui ad me, obstantibus ventis, magno cum periculo venis.

89 *Hic*] Cum jam non audeas venire.

90 *Ille*] Leander, qui ad me, adversantibus undis, venire solitus erat.

91 *Hoc*] Timidus.

*Quod prius*] Audax.

Non ego tam ventos timeo, mea vota morantes, 95  
 Quam, similis vento ne tuus erret amor :  
 Ne non sim tanti, superentque pericula causam ;  
 Et videar merces esse labore minor.  
 Interdum metuo, patria ne lædar, et impar  
 Ducar Abydeno Thressa puella toro. 100  
 Ferre tamen possum patientius omnia, quam si  
 Otia, nescio qua pellice captus, agas ;  
 In tua si veniant alieni colla lacerti ;  
 Sitque novus nostri finis amoris amor.  
 Ah potius peream, quam crimine vulnerer isto ; 105  
 Fataque sint culpa nostra priora tua !  
 Nec quia venturi dederis mihi signa doloris,  
 Hæc loquor ; aut fama sollicitata nova.

*Ego non tam metuo auras obstantes meis desideriis, quam ne amor tuus par auræ vagetur: ne non tanti ducar, et discrimina vincant causam; et videar esse præmium levis opera. Nonnunquam timeo, ne mihi noceat patria; et puella Thracia credar indigna lecto Abydeno. Possum tamen pati tolerantius quælibet, quam si moreris correptus nescio qua pellice; si aliena brachia amplectantur tuum collum; et novus amor sit finis nostri amoris. Ah prius inteream, quam lædar isto flagitio: et mors nostra prævertat tuum crimen! Neque hæc dico, quod mihi præbueris indicia futuri doloris, vel inducta rumore novo. Sed omnia pæveo: (quis enim quietus*

et Gu. 2.) *quam qui.*—92 Francius *cautus iter.*—97 Helm. *Et non:* Gu. 2. *Ut non.* Al. *Et non sint:* Douza *Neu non sim.*—100 *Ducar,* exc. Voss. vulgo *Dicar.* Thressa P. vulgo *Sesta:* unns Med. et Gu. 3. *Cresa:* Ar. Bas. et Gu. 1. *Cressa.* P. et al. meliores *toro:* vulg. *viro.*—102 Gu. 3. *agis.*—103 Mor. *quam veniam.* Gu. 1. 2. 3. *si veniunt.*—105 Francius *nomine pro crimine.*—109 Gu.

## NOTÆ

- Flamma]* Amor.  
 94 *Non fiat]* Non prorsus extinguitur.  
 96 *Similis vento]* Levis et inconstans, scil.  
*Erret]* Ad aliam transferatur.  
 97 *Ne non sim tanti]* Supple, Metuo, aut timeo. Gall. *Je crains que vous ne pensiez que je n'en vaux pas la peine.*  
*Superentque]* Id est, Tanta tibi videantur pericula, ut mei causa ea nolis adire.  
 99 *Patria ne lædar]* Mihi damno sit patria, tua ignobilior.  
 100 *Ducar]* Alii *dicar.*  
*Thressa]* Hæc est Puteanei lectio, quam optimam censuit clar. Heinsius; qui insuper Thracias mulieres despectas fuisse, exemplo Themistoclis, Timothei, aliorum, quibus Thressæ matres objectæ sunt, multis denique probat. Alii codices habent *Sesta:* quæ forte vera est lectio.  
*Toro]* Alii habent *viro.*  
 102 *Otia agas]* Cesses; moreris.  
 105 *Crimine]* Si aliquam aliam amaveris.

- Omnia sed vereor; (quis enim securus amavit?)  
 Cogit et absentes plura timere locus. 110  
 Felices illas, sua quas præsèntia nosse  
 Crimina vera jubet, falsa timere vetat!  
 Nos tam vana movet, quam facta injuria fallit:  
 Incitat et morsus error uterque pares.  
 O utinam venias! aut ut ventusve paterve, 115  
 Causaque sit certæ foemina nulla moræ!  
 Quod si quam sciero; moriar (mihi crede) dolendo.  
 Jamdudum peccas, si mea fata petis.  
 Sed neque peccabis, frustra que ego terreor istis:  
 Quoque minus venias, invida pugnat hyems. 120

*amavit?) Et locus subigit absentes plura metuere. Beatas illas, quas sua præsèntia cogit cognoscere veras culpas, prohibet metuere vanas! Offensa falsa tam nos cruciat, quam oblata latet: et utraque ignorantia ciet æquales cruciatus. O utinam accedas! aut vel aura, vel pater, et nulla puella sit causa longæ cunctationis! Quod si aliquam cognovero; obibo (mihi crede) dolore. Jam diu delinquis, si quærîs meam mortem. Sed neque delinques, et ego falso moveor istis: et tempestas*

2. *amabit.* Heins. conj. *amarit.*—110 *Al. multa tim.* Gu. 3. *ipse.*—111 *Alter L. Felices alias.*—112 *Gu. 2. et 3. cum al. vera juvat: A. facit.*—113 *Multi e scriptis tam vera movet: al. falsa movet, quam ficta.*—115 *Vulg. aut hic ventusve.*—116 *Al. Causa sit aut certe; uti ed. Gryph. ann. 1554. vel Causaque sit tantæ: vel Causa*

## NOTE

- 106 *Fataque]* Mors.  
 107 *Venturi dederis]* Id est, Mihi ullo modo quicquam patefeceris, ex quo manere me dolorem hunc conje-  
 cerim.  
 108 *Fama solicit.]* Id est, Quod fama aut nuntio ullo sinistra de amore tuo audiverim.  
 110 *Locus]* Remotus, scil. aut loci distantia.  
 111 *Præsèntia]* Siqua sint tamen.  
 112 *Jubet]* Ni jubeat, cogit certe præsèntia cognoscere quæ coram fiunt.  
 113 *Vana]* Id est, quæ non facta sed ficta est.  
*Facta]* Si qua facta sit tamen, supple.  
 114 *Morsus]* Animi curas dolores-  
 que.  
*Uterque]* Cum tibi crimina falsa affingo, deinde quæ vera sunt, cum nescire me cogito.  
 116 *Certæ]* Alii habent *tantæ*; quod prope idem est, quoad sensum, nisi quod illud majorem significat impatientiam.  
 117 *Quam]* Fœminam, scil. quæ te a me avellat.  
 118 *Jamdudum]* Valde, vel, jamdiu exponunt. Hæc est vis vocis, ut rei certam et exploratam veritatem notet.  
*Peccas]* Me occidis.  
*Fata petis]* Mortem quærîs.  
 119 *Istis]* Suspicionibus.  
 120 *Pugnat hyems]* Obstat tempestas.

Me miseram ! quanto planguntur littora fluctu !

Et latet obscura condita nube dies !

Forsitan ad pontum mater pia venerit Helles,

Mersaque roratis nata fleatur aquis :

An mare, ab invisio privignæ nomine dictum,

125

Vexat in æquoream versa noverca Deam ?

Non favet, ut nunc est, teneris locus iste puellis.

Hac Helle periit ; hac ego lædor aqua.

At tibi flammarum memori, Neptune, tuarum

Nullus erat ventis impediendus amor :

130

Si neque Amymone, nec laudatissima forma

Criminis est Tyro fabula vana tui ;

Lucidaque Alcyone, Circeque et Alymone nata,

Et nondum nexis angue Medusa comis ;

*æmula obstat, quo minus accedas. Me infelicem ! quantis undis littora pulsantur ! Dies quoque absconditur tectus nube atra ! Forsitan mater pia Helles descenderit ad mare, et filia submersa lugeatur aquis effusis: an noverca mutata in Deam-marinam percellit æquor cognominatum ab odioso nomine privignæ ? Iste locus, qualis nunc est, non est propitius mollibus puellis. Helle hac aqua interiit ; ego hac sollicitor. At, Neptune, nullus amor erat tibi prohibendus recordanti ignes tuos ; si neque Amymone, nec Tyro celeberrima pulchritudine est fabula inanis tui vitii, et splendida Alcyone, et Circe, et Alymonis filia, et Medusa capillis nondum implicitis*

*sit aut tantæ.*—117 P. si resciero.—121 F. franguntur littora: A. feriuntur.—122 Cod. Bersm. *Ut latet.*—123 Sex Codd. *portum* pro *pontum*.—124 Helm. cum pluribus al. *Mersaque turbatis.*—125 An P. vulgo *Aut.*—133 Pro *Circe* plerique codd. *Ceyce, Ceyceque, Ceiceque:* Gu. 1. *Celiceque:* Pro *Alymone* scripti *Avenone, Aveone, Amimone,* et infinita alia corrupta. Vide Heins. (Not. Var.) qui

## NOTÆ

122 *Obscura*] Quam obscura.  
123 *Mater pia*] Nephelē est, quam forte tempestatem ciere dicit Hero.  
124 *Mersaque*] De submersa Helle nota fabula, quam etiam ante vidimus.  
*Roratis*] Instar roris effusis: allusio est ad nubem, quæ Græcè Nephelē dicitur; ex qua ros aut pluvia decedit.  
*Nata*] Helle.  
125 *Mare*] Hellespontum.  
*Privignæ*] Helles.  
126 *Noverca*] Ino est, Athamantis

altera uxor, adeoque Helles noverca; quæ in Leucothean seu Matutam, Deam marinam, transmutata est.  
127 *Ut nunc est*] Ita tumidus.  
*Locus iste*] Hellespontus.  
129 *Flammarum*] Amorum.  
131 *Si neque*] Id est, Siquidem verum est te amasse hanc, illam, &c.  
*Amymone*] Una fuit ex Danaï filiabus a Neptuno compressa; ex qua Nauplium suscepit, patrem Palamedis.  
132 *Tyro*] Fuit hæc Salmonei filia, quæ ex Neptuno, Enypei fluvii for-



Flavaque Laodice, cœloque recepta Celæno,

135

Et quarum memini nomina lecta mihi.

Has certe pluresque canunt, Neptune, poëtæ

Molle latus lateri composuisse tuo.

Cur igitur, toties vires expertus amoris,

Assuetum nobis turbine claudis iter?

140

*serpentibus, et flava Laodice, et Celæno reposita cælo, et quarum recordor nomina lecta a me. Certe Poëtæ prædicant has et plures conseruisse tenerum latus lateri tuo, Neptune. Quamobrem ergo toties vim passus amoris, obstruis nobis viam soli-*

ex Hygino Fab. CLVII. restituit *Calyceque Hecatæone nata.*—137 Francius *has etenim.*—138 Gu. 1. 2. 4. cum al. *conseruisse tuo: quidam supposuisse et continuasse.*—140 Duo Heins. *turbide claudis.*—141 Gu. 2. *lateque.* Francius, *fera*

## NOTE

mam induto, Pelian Neleumque uno partu edidit.

133 *Lucida*] Quippe in cœlum translata; qua re ab aliis ejusdem nominis distinguitur.

*Alyone*] Fuit una ex Pleiadibus, Atlantis filia; ex qua etiam Neptunus filios duos et filiam unam suscepit.

*Circeque et Alymone*] Non expediunt se ex hoc loco interpretes, qui laud dubie mendosissimus est. Monstra lectionum in vetustis codicibus apparent. Pro *Circe* plerique *Ceyce, Cei-ceque, Ceyceque: pro Alymone* scripti *Avenone, Aveone, Arreone, Aneone, Anonone, Aneone, Amemone, Anione, Augone, Amimone, Alcione, Aventione, Arnione, Amintone, Alienone, Avione, Anthone, Amioone, Anthcone, Acleone, Anthonee*, et quid non? sed ita ut plerique *Aveone*, aut *Aneone* agnoscant. Puteaneus *Ceuceque et Aveone nata*. Scribo *Calyceque Ecatheone nata*. Hyginus fabula 107. ubi Neptuni filios recenset, 'Cygnus ex Calyce Hecatonis filia:' ubi Hecatæonis videtur rescribendum. Scholiastes Theocriti Idyll. XVI. *Κύκρον λέγει τὸν Ποσειδῶνος καὶ Κήυκος*; vel, ut aliæ editiones habent, *Κάυκος*. Lego *Καλύκης*. Addit autem, 'Hecatæone nata,' ut ab al-

tera Calyce, Endymionis matre, filia Æoli distinguat. Certe Cygni matrem, quocumque tandem appellatam nomine, hic intelligi ab Ovidio non est dubium. Si quis meliora protulerit, is Musas singulari beneficio demerebitur. *Heinsius*.

134 *Nondum nexis*] Medusæ crines, quorum pulchritudine præsertim ipsa Neptuno placuerat, Pallas indignata, quod in templo sibi dicato ille fugientem assectus esset et compressisset, in serpentes convertit.

135 *Laodice*] Plures eo nomine memorantur, interque eas Priami una, alia Agamemnonis, tertia Cygni filia. Fuit et eo nomine nympha, Apis et Niobes mater, itemque aliæ. Quam vero Neptunus amaverit non liquet, nisi forte Laodice Priami.

*Celæno*] Hæc est ex Pleiadibus una, Halcyones soror, quam etiam amasse Neptunum testatur Apollodorus. Antea vero vidimus Pleiadas cœlo receptas sidus efficere; quod Latini *Vergilias* appellant.

136 *Nomina*] Nomina sunt profecto, et ea quidem fabulosa; ut nimia profecto in his discutendis videatur Criticorum diligentia.

140 *Turbine*] Turbo ventus est validissimus et vorticosus: adeoque

Parce ferox ; latoque mari tua praelia misce.  
 Seducit terras hæc brevis unda duas.  
 Te decet aut magnas magnum jactare carinas ;  
 Aut etiam totis classibus esse trucem.  
 Turpe Deo pelagi, juvenem terrere natantem : 145  
 Gloriaque est stagno quolibet ista minor.  
 Nobilis ille quidem est, et clarus origine : sed non  
 A tibi suspecto ducit Ulixe genus.  
 Da veniam, servaque duos : natat ille ; sed isdem  
 Corpus Leandri, spes mea, pendet aquis. 150  
 Sternuit et lumen ; (posito nam scribimus illo.)  
 Sternuit, et nobis prospera signa dedit.  
 Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes :  
 Crasque erimus plures, inquit, et ipsa bibit.

*tam tempestate ? Ignosce, sæve ; et exerce tua certamina in vasto æquore. Hæc aqua, quæ separat terras, est exigua. Tibi ingenti pulchrum est aut agitare ingentes naves ; aut etiam esse terribilem totis classibus. Indecorum est Deo maris pavorem incutere adolescenti nanti ; et laus ista est inferior quovis stagno. Ille equidem est generosus, et stirpe geuerosa ; sed non repetit originem ab Ulysse tibi inuiso. Ignosce, et duos sulvos præstato : ille nat ; sed corpus Leandri, et spes mea natat in iisdem aquis. Lucerna etiam strepuit ; nam scribimus illa admota. Strepuit ; et nobis fecit læta omina. Ecce nutrix immittit vinum in flammam felices ; et ait, Cras erimus plures, et ipsa potat. Fac nos plures esse progressus per*

~~~~~

*prælia.*—142 Gu. 3. *hic brevis.*—145 Mor. unus *turbare nat.*—146 Be. *ista timor.*—148 Gu. 2. cum al. *duxit.*—151 *Sternuit* P. plurimi, ut Gu. 1. 2. 4. hic et v. sequ. *perperam Stertuit* : alii *Inter ea lumen* : Gu. 3. *Interea et lum.*—152 Francius *et nutu.*—153 Gu. 2. cum al. *distillat* : al. *destillat* : Gu. 4. *sti-*

#### NOTÆ

non tam hic ventus, cui proprie non imperat Neptunus, quam ejus effectum, maris scil. commotio est intelligenda. Duo scripti habent *turbide*.

141 *Tua prælia*] Undas tuas, alias aliis impinge.

142 *Brevis*] Quæ adeo ea non est ubi sua prælia Neptunus bene miscere possit.

*Duas*] Europam et Asiam.

146 *Stagno*] Id est, Gloria quam in quolibet turbando stagno, aut parva aqua, posses habere.

147 *Ille*] Leander.

*Non ducit*] Adeoque illi infensus esse non debes.

148 *Suspecto*] Alii Neptuno suspectum volunt fuisse Ulyssem propter Palamedem nepotem, qui ejus insidiis periit ; alii propter Polyphemum filium, ab eodem Ulysse etiam cum patris contemptu excæcatum. Ob utramque causam fuerit.

149 *Ille*] Quasi dicat, Solus quidem.

151 *Sternuit*] Strepitum ad stertantis modum edidit.

153 *Faustos*] Fausta significantes.

|                                                                                                |     |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Effice nos plures, evicta per æquora lapsus,<br>O penitus toto corde recepte mihi.             | 155 |
| In tua castra redi, socii desertor Amoris.<br>Ponuntur medio cur mea membra toro ?             |     |
| Quod timeas, non est : auso Venus ipsa favebit ;<br>Sternet et æquoreas, æquore nata, vias.    | 160 |
| Ire libet tumidas ipsi mihi sæpe per undas :<br>Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.      |     |
| Nam cur, hoc vectis Phryxo Phryxique sorore,<br>Sola dedit vastis foemina nomen aquis ?        |     |
| Forsitan ad reditum metuas ne tempora desint,<br>Aut gemini nequeas ferre laboris onus.        | 165 |
| At nos diversi medium coëamus in æquor :<br>Obviaque in summis oscula demus aquis :            |     |
| Atque ita quisque suas iterum redeamus ad urbes.<br>Exiguum, sed plus, quam nihil, illud erit. | 170 |

*maria superata, o prorsus infixæ mihi toto animo. Revertere in tua castra, desertor socii amoris. Quamobrem mei artus collocantur in medio lecto? Non est, quod reformides: ipsa Venus juvabit audentem: et orta mari muniet iter marinum. Sæpe mihi ipsi fert animus vadere per aquas medias: sed hoc mare consuevit esse tutius masculis. Nam quamobrem, Phryxo et germana Phryxi actis hoc freto, sola puella imposuit nomen profundis aquis? Forte timeas tempus ut detur ad regressum, aut non valeas tolerare molestiam duplicis laboris. At nos dissiti conveniamus in medium mare; et suavia præbeamus concurrentia in extremis aquis: Atque ita unusquisque revertamur iterum ad suas sedes. Illud erit minimum, sed*

*lavit.—154 Al. cras erimus.—155 Li. erupta per: A. errata: F. pacata: L. extrema: Be. invita: alii aliter.—156 Li. Leid. et Be. recepte meo.—158 Leid. duo Bersm. et edd. quædam viduo toro.—161 Tumidas unus R. ceteri medias.—162 Francius mitius esse.—163 P. hac vectis: Gu. 1. huc; 3. hic.—165 Metuas P. et R. vulgo metuis. Gu. 2. cum al. ne robora des. Gu. 4. ut robora.—166 Al. Et nequeus gemini.—167 Gr. et ed. Bersm. Aut nos.—169 Al. in*

## NOTE

- |                                                                                               |                                                                                                                                                 |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 155 <i>Evicta</i> ] Tuis lacertis superata.<br><i>Lapsus</i> ] Gall. <i>Ayant coulé</i> .     | 163 <i>Nam cur</i> ] Exemplo probat mare de quo loquebatur puellis minus favere.                                                                |
| 157 <i>In tua castra</i> ] Ad me, scil. Metaph. a militibus.                                  | <i>Phryxo</i> ] Phryxus Athamantis et Nepheles fuit filius, qui conscenso aurei velleris ariete, Pontum, cum sorore, transfretat aggressus est. |
| 158 <i>Medio</i> ] Quod non fieret, si tu adesses.                                            | <i>Sorore</i> ] Helle.                                                                                                                          |
| 159 <i>Auso</i> ] Tibi, scil.                                                                 | 164 <i>Dedit</i> ] Ab ipsa vero Hellespontus dictus est.                                                                                        |
| 160 <i>Sternet</i> ] Componet; placabit.<br><i>Æquore nata</i> ] Ex maris spuma orta dicitur. |                                                                                                                                                 |

Vel pudor hic utinam, qui nos clam cogit amare,  
 Vel timidus famæ cedere vellet amor!  
 Nunc male res junctæ, calor et reverentia, pugnant.  
 Quid sequar in dubio est: hæc decet, ille juvat.  
 Ut semel intravit Colchos Pegasæus Iason; 175  
 Impositam celeri Phasida puppe tulit.  
 Ut semel Idæus Lacedæmona venit adulter;  
 Cum præda rediit protinus ille sua.  
 Tu, quam sæpe petis quod amas, tam sæpe relinquis:  
 Et quoties grave fit puppibus ire, natas. 180  
 Sic tamen, o juvenis, tumidarum victor aquarum,  
 Sic facito spernas, ut vereare, fretum.

*amplius quam nihil. Utinam vel hic pudor qui nos subigit furtim amare, vel amor avidus vellet concedere famæ! Nunc amor et pudor, res male collatæ, certant. In incerto est, quid agam: hic est decorus; ille utilis. Postquam Jason Pegasæus iniit Colchos, avexit Phasida injectam in navem velocem. Postquam adulter Idæus semel accessit Lacedæmona; ille statim reversus est cum rapina sua. Tu tam sæpe deseris, quod amas, quam sæpe invis: et quoties durum est navibus progredi, natas. Vide tamen, o juvenis, domitor aquarum turbatarum, ita contemnas mare,*



*urbes: duo ad arces: B. ad oras.—171 Gu. omnes tam cogit.—172 Vellet pro vulg. velit positum Mycillus existimat.—173 Exc. Douzæ Venus et rever. Gr. pudor et rev.—174 Gu. 3. in dubium est: R. in pugna est: P. Quod sequitur, dubium est.—175 Pegasæus vulg. Pagaræos P.—177 Go. vidit adulter: Be. petiit Laced. adulter.—180 Quamvis pro quoties Francius. Al. grave sit.—*

#### NOTE

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>166 <i>Gemini</i>] Veniendi, et abeundi, scil.</p> <p>167 <i>Diversi</i>] Qui in diversis mundi partibus commoramur.</p> <p>170 <i>Illud</i>] In medium æquor coisse, ibique oscula dedisse.</p> <p>172 <i>Cedere</i>] Ita ut Pudor Amori, Amor omnia Famæ permitteret: Amori per Pudorem, Famæ per Amorem omnia licerent: Amor, a Pudore concessa, Famæ traderet; Pudor, quæ Amor faceret, non curaret, Amor, quæ Fama vulgareret, contemneret: nosque adeo securi nostro palam gauderemus Amore.</p> <p>173 <i>Male</i>] Voluptatis nostræ dispendio.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Calor</i>] Amor.</p> | <p><i>Pugnant</i>] Quia dissuadet Pudor quod Amor imperat.</p> <p>174 <i>In dubio est</i>] Dum Pudor et Amor pugnant, utri obsequar, dubito.</p> <p>175 <i>Ut</i>] Postquam. Innuit Hero, se a Leandro, ut a Jasone Medea, abduci velle.</p> <p><i>Pagasæus</i>] Thessalicus; ab urbe Thessaliæ Pagasis.</p> <p>176 <i>Phasida</i>] Medeam; a Phaside Colchorum fluvio.</p> <p>177 <i>Idæus</i>] Paris; de quo supra.</p> <p>178 <i>Præda</i>] Helena.</p> <p>180 <i>Grave</i>] Id est, navibus periculosum.</p> <p>181 <i>Sic</i>] Repetitione movet affectum.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Arte laboratæ vincuntur ab æquore puppes :

Tu tua plus remis brachia posse putes ?

Quod cupis, hoc nautæ metuunt, Leandre, natare : 185

Exitus hic fractis puppibus esse solet.

Me miseram ! cupio non persuadere, quod hortor ;

Sisque, precor, monitis fortior ipse meis :

Dummodo pervenias, excussaque sæpe per undas

Injicias humeris brachia lassa meis. 190

Sed mihi, cœruleas quoties obvertor ad undas,

Nescio quæ pavidum frigora pectus habent.

Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,

Quamvis est sacris illa piata meis.

Namque sub Aurora, jam dormitante lucerna, 195

(Somnia quo cerni tempore vera solent)

*ut timeas. Naves artificiose constructæ obruuntur mari: credasne tuos lacertos amplius valere, quam remos? Quod optas natare, Leandre, nautæ hoc timent. Hæc sors consuevit esse navibus elisis. Me infelicem! opto non efficere, quod moneo: et oro, ipse sis animosior meis præceptis; dummodo pertingas, et immittas humeris meis lacertos defessos sæpe agitados per aquas. Sed quoties converto oculos ad aquas glaucas, nescio quæ frigora meum occupant cor trepidum. Nec minus turbor simulacris noctis hesternæ, quanquam illa est piata meis sacris. Namque sub Aurorum, lumpade jam extincta, (quo tempore somnia certa solent videri) fila exciderunt*

181 Helm. *Tu tamen.*—183 Gu. 1. 2. et 4. cum al. *merguntur ab*: 3. *mergantur*: D. *merguntur in*: Me. *franguntur*. Scr. seu Gu. 4. *in æquore pisces*; unde Heins. conj. *pristes*: Gu. 1. 2. 3. *æquore naves.*—184 Vulg. *putas.*—186 R. *fractis navibus.*—187 Gu. 3. cum al. *quod opto.*—191 Gu. 3. cum al. *obversor ad*: 2. in. —192 Al. *Nescio quid pavidum frigore pectus habet*: al. *Nescio quod pavidum pectora frigus habent*: vel, *habet*: Me. alter, *Nescio quæ timidum frigora pect. habent*: Ar. *pavidum pectore fr. habet.*—194 Gu. 2. *Quamvis sit.* Gu. 2. *illa*

## NOTÆ

185 *Metuunt*] Quia tantum post naufragium natatu maria conantur trajicere.

186 *Exitus hic*] Enimvero, navibus fractis, perturbatum mare natare nautæ coguntur.

187 *Cupio*] Quia, per Amoris impatientiam, Leandrum, etiam turbato mari, vellet venire.

189 *Pervenias*] Ad me, scil.

192 *Frigora*] Ex metu.

193 *Confundor*] Somnio turbor.

*Delph. et Var. Clus.*

194 *Illa*] Imago scil. noctis, aut somnium: non nox, ut existimavit Hubertinus. Solebant vero, ut somniis prænnuntiata mala averterent, Diis sacra facere.

195 *Namque*] Somnium enarrare instituit.

*Dormitante*] Id est, Propemodum deficiente; quemadmodum, consumto oleo, evenire solet.

196 *Vera*] Vera significantia: quæ tamen quatenus vera non inepte vi-

*Ovid.*

Y

Stamina de digitis cecidere, sopore remissis;  
 Collaque pulvino nostra ferenda dedi.  
 Hic ego ventosas nantem delphina per undas  
 Cernere non dubia sum mihi visa fide: 200  
 Quem, postquam bibulis illisit fluctus arenis;  
 Unda simul miserum vitæque deseruit.  
 Quicquid id est, timeo: nec tu mea somnia ride;  
 Nec nisi tranquillo brachia crede mari.  
 Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ: 205  
 Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.  
 Spes tamen est fractis vicinæ pacis in undis:  
 Tum placidas tuto pectore finde vias.  
 Interea, nanti quoniam freta pervia non sunt,  
 Leniat invisas litera missa moras. 210

*digitis laxatis somno: et præbui nostras cervices sustinendas pulvino. Hic ego sum mihi visa, fide haud incerta, aspicere delphinum natantem per aquas ventis agitata; quem, postquam unda afflixit bibulo sabulo, aqua et vita simul destituit infelicem. Quicquid id est, metuo: nec tu contemne mea somnia: nec committe lacertos nisi mari quieto. Si tibi non indulges, indulge amatae puellæ; quæ nunquam erit incolumis, nisi te incolumi. Spes tamen datur quietis mox futuræ in fluctibus aliquatenus sedatis. Tum scinde iter quietum securo pectore. Interea, quandoquidem maria non sunt aperta natanti, epistola transmissa mulceat morus odiosas.*

*placida; 3. placata.—195 Unus Heins. et Exc. D. jam deficiente.—199 Helm. Hinc ego.—201 Edd. priscaë, Ald. 1. Colin. et Bersm. injecit fluctus: unus Scr. illusit.—204 D. et Barb. tende mari; et hic pro var. lect. redde.—206 Exc. Douzæ, Jun. Leid. et septem al. sine te sosp. P. Gu. 1. et tres al. ex mel. sospes ero.—208 Gu. 1. 2. 4. et Helm. cum al. Tu plac. Quidam Tunc. Scr. placitas vias, Gu. 3. et 4. et Helm. cum plerisque al. toto pect. Cod. Bersmanni scinde vias.—210 Gu. 2. Leniet. Sa. Len. immensas. Al. litera nostra: R. litera visa.*

## NOTE

deri possint longum esset definire. per ex malneris exponere, deinde per  
 202 *Miserum*] Delphinum scil. quo *fractis*, violenter agitata undas intél-  
 Leander repræsentatur. *lexeris*; ut tantam perturbationem  
 207 *Fractis in undis*] Id est, quæ necessario consequi debeat tranquillitas.  
 jam non ita intumescunt. Nisi in

## EPISTOLA XX.

## ACONTIUS CYDIPPÆ.

## ARGUMENTUM.

PROFECTUS ad sacra Dianæ Acontius, quæ in Delo, insula maris Ægei, omnium Cycladum clarissima, frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem Cydippes, puellæ nobilis, adolescens exarsit. Sed cum illam ob generis imparitatem non auderet sollicitare, novam commentus fraudem, in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce versus: 'Juro tibi sane per mystica sacra Dianæ, Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram;' atque illud ad pedes puellæ projecit: quæ fraudis inscia, cum imprudens legeret, pæiscitur cum Acontio. Nam, quæ ante Deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse, lex erat. Cum autem paulo post pater, hujusce rei inscius, illam alii desponderet, subita febris correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur eidem persuadere, hunc morbum a Diana immissum esse: propterea quod non impleret, quæ Dea præsentem promisisset.

**P**ONE metum; nihil hic iterum jurabis amanti:

Promissam satis est te semel esse mihi.

Perlege: discedat sic corpore languor ab isto,

Qui meus est, ulla parte dolente, dolor.

*Mitte timorem: nihil hic denuo jurabis amanti. Sufficit te mihi esse sponsam semel. Perlege: sic morbus tuus, qui est meus dolor, aliquo membro tuo afflicto,*

In prisca edd. et Mss. nonnullis epistola hæc orditur ab hoc disticho: *Accipe* (Leid. *Excipe*), *Cydippe, despecti* (Voss. *suspecti*) nomen (Go. *carmen*) *Aconti, Illius* (*istius* Mor.) *in pomo qui tibi verba dedit.*—2 Gu. 1. *Perjuram satis.*—4 L. *una parte.* A. et Fr. *magna.* Be. *illa,* quod probat Heusing. Gu. 2. *nul-*

## NOTÆ

*Acontius*] Juvenis fuit ex insula Cea, in mari Ægæo.

1 *Pone metum*] Ne verearis hanc meam epistolam legere, quasi aliquam juramenti formulam contineret.

*Nihil hic jurabis*] Ut antea fecisti, in templo Dianæ, ubi contra animi

tui propositum fidem mihi tuam obstrinxisti.

3 *Sic*] Ut tu legeris, scil. De isto genere jam sæpe vidimus.

*Languor*] Febris.

*Isto*] Tuo.

4 *Ulla parte dolente*] Id est, Si ali-

Quid pudor ora subit? nam, sicut in æde Dianæ, 5  
 Suspicio ingenuas erubuisse genas.  
 Conjugium pactamque fidem, non crimina, posco;  
 Debitus ut conjux, non ut adulter, amo.  
 Verba licet repetas, quæ demtus ab arbore foetus  
 Pertulit ad castas, me jaciente, manus; 10  
 Invenies illic id te spondere, quod opto,  
 Te potius, virgo, quam meminisse Deam.  
 Nunc quoque idem timeo; sed idem tamen acrius illud  
 Assumsit vires, auctaque flamma mora est:  
 Quique fuit nunquam parvus, nunc tempore longo, 15  
 Et spe, quam dederas tu mihi, crevit amor.

*abeat ab isto tuo corpore. Quamobrem rubor irrepit in vultum? Nam conjicio genas verecundas rubore suffusas fuisse, sicut in templo Dianæ. Peto connubium et fidem promissam, non flagitia: amo ut conjux legitimus, non ut adulter. Quamvis denuo proferas voces, quas fructus raptus ab arbore pertulit ad tuas manus pudicas, me mittente; ibi comperies te illud polliceri, quod cupio te, virgo, potius recordari, quam Deam. Nunc etiam metuo idem; sed tamen illud idem vehementius collegit vires; et ignis crevit tempore. Et amor, qui nunquam fuit levis, nunc auctus est proluxa mora, et spe, quam tu mihi feceras. Tu mihi spem feceras: hic*

*la. Tres Heins. et alter Me. pro div. lect. dolente dolor: vulg. dolere dolor: Gu. 2. 3. 4. cum P. et al. dolore: exc. Douzæ et ed. Gryph. ann. 1546. dolente tui.—5 Gu. omnes et Helm. cum multis al. ante subit.—6 Barb. ambiguas erub.—9 Gu. 2. arbore fructus.—11 Al. te spondisse: al. jurasse. Post hunc versum quidam Mss. et editi inserunt hos duo: Ni tibi cum verbis excidit illa fides Id metui, Divæ diffusa est ira decebat. Heins. mavult optem.—14 Mor. metu est.—15 Nunc Mor. et unus A. al. nec, vel, tam, ne, non. Unus Heins. nec temp. parvo.—16 Gu. 1. et Helm. cum al. Ex spe; 3. cum al. Et spem: al. Et spes:*

## NOTÆ

qua tui parte ægrotaveris. Dicit se ægrotante domina pariter ægrotare.

5 *Ora]* Alii habent *ante*.

8 *Debitus]* Ex pacto legitimus; modoque debito, et honesto; ut sponsus.

9 *Licet]* Licitam est.

*Demtus ab arbore foetus]* Pœnium; in quo versus, de quibus in Argumento, Acontius scripserat.

11 *Id te spondere]* Matrimonium, scil.

12 *Te potius]* Ut, scil. promissa serves, milique nubas.

*Quam meminisse Deam]* Quia ab ea

immissam febrem auctum iri metueret.

13 *Idem]* Ne, scil. amoris meo nolis respondere.

*Idem tamen]* Istud non videntur omnino exposuisse, quidam quos vidi, Interpretes. Referendum istud *idem* ad *opto*. Votum et desiderium suum, ut ejus quod pollicita erat matrimonii recordaretur Cydippe, adeoque amorem suum sumsisse vires, atque crevisse testatur Acontius.

14 *Flamma]* Amor.

*Mora]* Tempore.

16 *Spe]* Ea vero fovet Amorem, qui desperatione sæpius extinguitur.



Spem mihi tu dederas ; meus hic tibi credidit ardor :

Non potes hoc factum teste negare Dea.

Affuit, et præsens, ut erant, tua verba notavit ;

Et visa est mota dicta probasse coma. 20

Deceptam dicas nostra te fraude licebit ;

Dum fraudis nostræ causa feratur amor.

Fraus mea quid petiit, nisi quo tibi jungerer uni ?

Id me, quod quereris, conciliare potest.

Non ego natura, nec sum tam callidus usu ; 25

Solertem tu me, (crede) puella, facis.

Te mihi compositis (si quid) tamen egimus a me

Astrinxit verbis ingeniosus Amor.

*meus amor tibi fidem adhibuit ; non tibi licet inficiari hoc actum esse Dea conscia. Interfuit, et ut aderat, observavit tuas voces : et visa est prolata approbasse capillis agitata. Tibi dabitur dicere te delusam fuisse nostro dolo ; modo amor dicatur causa doli nostri. Quid quasivit meus dolus, nisi ut tibi soli connecterer ? Illud, quod arguis, potest me tibi adjungere. Ego non sum tam versutus natura, nec experientia : tu, (crede) puella, me fucis ingeniosum. Amor solers colligavit te mihi verbis a me constructis, (si quid tamen præstitimus.) Scripsi sponsalia vocibus*

Leid. *Is spe.* Gu. 1. in marg. 2. et 4. *crescit amor.*—18 Post hunc versum in nonnullis sequuntur duo adulterini : *Me tibi nupturum felix erat omen, Aconti, Juro, quam colimus, numina magna Deæ.*—19 *Erunt P. et Pat. vulgo erat.*—20 *Probasse Gr. O. et Leid. Vulgo tulisse.* Gu. 2. et Helm. cum multis al. *notasse.*—23 *Nisi quo a conj. Heins. scripti plerique nisi quod: al. nisi uti.* Totum distichon ita constituendum vult Burmannus : *Fraus mea quid petiit, nisi quo tibi jungerer ? unum Id me, quod quereris, &c.* Heins. conj. *Me tibi, quod, &c.*—24 Multi scripti *potes.*—25 *Quidam callidus arte: Ar. astu.*—27 *A me P. vulgo arte: Gu. 3. cum duobus Heins. ante. Pro compositis Voss. con-*

## NOTE

18 *Hoc factum*] Matrimonii spon-  
sionem intellige.

19 *Erant*] *Vulg. erat. Erant* in Pn-  
teaneo et Patavino legitur : quod op-  
timum sensu ad *verba* refertur, quæ in-  
scia pronuntiavit Cydippe, qualia  
erant intellexit Diana.

24 *Id me*] Distichon hoc valde  
mendosum, aut Ovidianæ venæ non  
esse censuit clar. Heinsius : quod  
tamen ita commodissime exponi posse  
arbitror. Id, nempe, tibi jungi, quod  
tibi querimoniam causam præbuisse  
putas, id ipsum est, quod potest nos

conciliare. More suo in ambiguo  
ludit Ovidius : enimvero per matri-  
monium junguntur corpore et  
conciliantur, qui forte animo sunt  
valde alieni.

25 *Non ego*] Amorem, non se, frau-  
dis auctorem facit.

*Natura*] Versutus dicitur, ejus  
per naturam mens celeriter versa-  
tur ; Callidus vero, ejus, tanquam  
manus opere, sic animus usu conca-  
luit.

26 *Fucis*] Quasi dicat, Non sum.

27 *Si quid*] Versuum, quibus Cydip-

Dictatis ab eo feci sponsalia verbis ;  
 Consultoque fui juris Amore vafer. 30  
 Sit fraus huic nomen facto, dicarque dolosus :  
 (Si tamen est, quod ames velle tenere, dolus.)  
 En iterum scribo, mittoque rogantia verba :  
 Altera fraus hæc est ; quodque queraris, habes.  
 Si noceo quod amo, fateor, sine fine nocebo ; 35  
 Teque petam ; caveas tu licet ipsa peti.  
 Per gladios alii placitas rapuere puellas :  
 Scripta mihi caute litera crimen erit ?  
 Di faciant, possim plures imponere nodos !  
 Ut tua sit nulla libera parte fides. 40  
 Mille doli restant ; clivo sudamus in imo :  
 Ardor inexpertum nil sinet esse meus.

*ab eo suggestis ; et fui juris peritus amore interrogato. Dolus sit nomen huic facinori ; et dicar fraudulentus : (si tamen fraus est velle possidere, quod ames.) ecce denno scribo, et mitto verba precantia. Hic est alter dolus ; et habes, quod exostules. Si officio quia amo ; confiteor, semper officiam ; et te requiram ; quamvis tu ipsa fugias requiri. Alii abstulerunt amatus puellas per enses : epistola a me callide exarata erit flagitium ? Utinam per Deos mihi liceat te pluribus nodis implicare ! ut tua fides nullo modo sit soluta. Mille fraudes supersunt ; hæremus in collis aditu. Amor meus nihil patietur intentatum. Incertum sit, an possis capi ; certe*

\*\*\*\*\*

*spicis : Heins. conj. conceptis.—29 Be. nisi sponsal.—34 Leid. et L. fraus hoc est. —36 Ar. Teque peto. L. nolis tu. Quatuor Heins. ipsa peti : vulgo ipse petam : Gu. 1. ipsa petam : duo Heins. usque petam.—37 Gu. omnes placidas : Bersm. in marg. ex cod. suo, rigidas.—39 Gu. 3. posse plures. Mor. tibi ponere nodos. —41 Gu. 2. et 4. item Helm. cum al. Mille modi. al. sud. in ipso : Gu. 3. et 4.*

#### NOTÆ

pen deceperat, auctorem vult videri Amorem.

29 *Sponsalia*] Versus illos intelligit, quibus futurarum nuptiarum re promissio, quam faceret Cydippe, continebatur. *Les fiançailles.*

30 *Consultoque*] Jurisperito Amore interrogato, qui me nuptiarum solennia verba docuit, vafer fui.

32 *Si tamen*] Acutus est ubique Ovidius. Hic Acontii fraudem falsa definitione diluere nititur.

33 *En iterum*] Vide quam ingeniose priorem in scribendo super poma

Acontii fraudem cum posteriori epistolæ descriptione confundat ; atque utrobique idem crimen quasi ex Cydippes persona supponat ; ut ex eo quod in posteriori nullum videatur, tacite in priori nullum esse concludatur.

39 *Possim plures*] *Plures possim tibi ponere nodos* Moreti codex venuste. Heinsius.

*Nodos*] Ad fidem tuam astringendam. Unum posuerat cum dolo Cydippen ad jurandum induxerat.

41 *Sudamus*] Quasi diceret, In pri-

Sit dubium, possisne capi; captabere certe:

Exitus in Dis est; sed capiere tamen.

Ut partem effugias, non omnia retia falles; 45

Quæ tibi, quam credis, plura tetendit Amor.

Si non proficiant artes, veniemus ad arma,

Inque tui cupido rapta ferere sinu.

Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum;

Nec quemquam, qui, vir possit ut esse, fuit. 50

Nos quoque: sed taceo. Mors hujus pœna rapinæ

Ut sit, erit quam te non habuisse, minor.

Aut esses formosa minus, peterere modeste:

Audaces facie cogimur esse tua.

*captaberis. Eventus est penes Deos: sed tamen capieris. Quamvis evites partem, non tamen eludes omnes casses, quos amor tibi posuit plures, quam reris. Si doli non prosint, recurremus ad arma; et correpta abduceris in gremio tui avido. Non sum, qui consueverim carpere admissum Paridis; nec ullum, qui fuit vir, ut possit esse. Nos quoque te rapiemus: sed silentio premo. Quamvis interitus sit merces hujus raptus, minus erit gravis, quam te caruisse. Vel esses minus pulchra, poscereris modeste: cogimur esse temerarii forma tua. Tu hoc præstas, et tui oculi;*

*in uno.—42 Gu. omnes sinit.—44 Go. in dubio est.—46 Heins. credas.—47 Gu. 1. proficiunt; 2. et 4. cum al. proficiunt. R. et unus Heins. ad enses.—48 P. cupidus, vel Inque meo cupido, quomodo et decem al. et prima edit. Gu. 2. 4. et a gloss. 1. cum al. mei cupido: Me. alter mei cupidi: Francius Inque tui cupidos rapta ferere sinus.—50 Gu. 1. et 3. posset.—53 Al. Si esses tu: O. et Li. Aut*

#### NOTÆ

mo limine inepte substiti; jam progrediar, aliaque tentabo.

42 *Nil sinit*] Donec votis meis, teque potiar.

43 *Captabere*] Captare est, Conari accipere. *Tâcher de prendre et d'avoir.*

44 *Exitus in Dis est*] Penes Deos est; qui qualem daturi sint finem, ignoro.

*Sed capiere*] Est quasi ejus, quod dixit, correctio, exitum in Dis esse: ut ipsi Amoris impetu minores esse videantur.

45 *Ut*] Quamvis.

*Retia*] Metaphora a Venatoribus sumpta, in manus suas venturam tandem Cydippen dicit Acontius.

48 *Tui cupido*] Alii *meo cupido*;

multi *mei cupido*; Heinsius legit *meo cupidi*.

50 *Vir possit ut esse*] Quis vero damnaverit eum, qui vir esse cupiat? At vero alius sensus est: atque is damnari debet, qui vir et fortis et audax est, ut per vim maritus cujusquam fiat puellæ.

*Fuit*] Vir scil. fortis, &c.

51 *Nos quoque*] Deest verbum; sed intelligitur Acontium quoque virum sese præbere velle, Cydippenque rapturum.

52 *Ut*] Quanquam.

*Minor*] Pœna, scil.

53 *Aut*] Quantus est in hac oratione impetus! Vel ex ista vocula intelligitur.



Quamlibet accuses, et sis irata licebit;  
 Irata liceat dum mihi posse frui.  
 Idem, qui facimus, factam tenuabimus iram :  
 Copia placandæ sit modo parva tui.  
 Ante tuos flentem liceat consistere vultus ; 75  
 Et liceat lacrymis addere verba suis :  
 Utque solent famuli, cum verbera sæva verentur,  
 Tendere submissas ad tua crura manus.  
 Ignoras tua jura : voca : cur arguor absens ?  
 Jamdudum dominæ more venire jube. 80  
 Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos,  
 Oraque sint digitis livida facta tuis ;  
 Omnia perpetiar : tantum fortasse timebo,  
 Corpore lædatur ne manus ista meo.  
 Sed neque compedibus, nec me compesce catenis : 85  
 Servabor firmo vinctus amore tui.

*arguas, et sis infensa ; modo mihi liceat gaudere infensa. Nos iidem, qui movemus iram, minuemus motam ; modo concedatur exigua facultas tui mulcendæ. Concedatur lacrymantem stare coram tuis oculis ; et detur adhibere voces suis lacrymis : et ut solent servi, cum timent flagra rigida, porrigere manus victas ad tuos pedes. Nescis tua jura : arcesse : quamobrem absens accusor ? Impera accedere more jamdiu dominæ. Quamvis tu aspera lanies meos crines, et facies sit facta fusca tuis digitis, perferam omnia ; solummodo metuam, ne forte manus tua violetur meo corpore. Sed nec me coërceas compedibus, neque vinculis ; custodiar constrictus valido*

~~~~~

*suum : al. virum.—74 Gu. omnes cum P. et al. placandi : Helm. placando.—75 L. vultus l. c. flenti : Be. oculos l. c. flentem : Gu. 3. flentes.—76 L. Sed liceat P. L. Mor. 2. Gu. 1. et Helm. suis : vulgo meis : Gu. 3. tuis.—78 Al. in tua, et sub tua.—80 Pro more, Francius malebat jure.—81 Gu. 3. et 4. cum al. livida nostra ; 1. aspera nostra : duo Heins. aspera facta.—83 Francius*

#### NOTE

Telamoni in Trojæ expugnatione ideo data, quod Pergama primus conscendisset.

[Telamon] Æaci fuit filius, Herculis in expugnatione Trojæ socius, unus etiam ex Argonautis.

71 [Quamlibet] Quantumvis, quantumlibet. Gall. *Plaiguez-vous de moi tant qu'il vous plaira.*

73 [Tenuabimus] Minuemus. Gall. *Nous vous appaiserons.*

74 [Placandæ] Meliores cum Pu-

teaneo placandi. Recte. Alterum placandæ Latine vix dicitur. Heinsius. Optime.

79 [Ignoras] Se servum esse significat.

[Voca] Quia non debes damnare nisi citata parte, explicat bonus aliqui commentator. Non bene, meo quidem judicio, ut sequentia satis demonstrant. Sed sensus est, Non jure tuo in servum uteris, quæ absentem accuses, cum ipsum vocare,

Cum bene se, quantumque volet, satiaverit ira,  
 Ipsa tibi dices, Quam patienter amat!  
 Ipsa tibi dices, ubi videris omnia ferre,  
 Tam bene qui servit, serviat iste mihi. 90  
 Nunc reus infelix absens agor; et mea, cum sit  
 Optima, non ullo causa tuente perit.  
 Hoc quoque, quod jus est, sit scriptum injuria nostrum;  
 Quod de me solo nempe queraris, habes.  
 Non meruit falli mecum quoque Delia: si non 95  
 Vis mihi promissum reddere, redde Deæ.  
 Affuit, et vidit, cum tu decepta rubebas;  
 Et vocem memori condidit aure tuam.

*amore tui. Postquam ira se bene expleverit, et quantum libuerit, ipsa tibi dices, Quam toleranter amat! Postquam adverteris me omnia pati, ipsa tibi dices, Iste, qui tam bene servit, mihi serviat. Nunc miser absens arguor; et quamvis causa mea sit justissima, profligatur nemine eam defendente. Hoc quoque scriptum nostrum, quod est jus, sit injustitia; nimirum habes, quod queraris de me solo. Delia non digna est decipi quoque mecum: si nolis mihi præstare pollicitum, præstato Deæ. Affuit, et aspexit, cum tu delusa erubescabas; et servavit aure memori verba tua.*

\*\*\*\*\*

conj. tantum, formosa, timebo.—86 D. amore tibi. Jun. amore tuo.—87 Heins. voles.—90 Gu. 4. ille mihi.—91 Gu. 2. Cur reus.—92 Francius me nullo.—93 Al. Hoc, quod amor jussit, scriptum est injuria nostra: plerique, ut Gu. 2. et 4. Hoc quoque, quod jussit, scriptum est injuria nostri; vel nostra, vel nostrum: quidam Hoc quoque quod vis sit: L. Hoc quod opus jussit: Me. 2. Hoc quoque jussit amor, scriptum est injuria nostri: Gu. 1. Hoc quoque, quod tu vis, sit scriptum injuria nostra.—94 Solo P. et Gu. 1. vulgo solum: Gu. 2. de me hoc solum.

#### NOTÆ

præsentemque male mulctare liceat.

85 *Compeditibus*] Quibus retinentur fugitivi servi.

89 *Ferre*] Me, scil.

93 *Hoc quoque*] Variant equidem hoc in loco codices; plerique tamen cum in sensum bonum conspirent, quamobrem totum hoc distichon adulterinum crediderit clariss. Heinsius, plane non video.

*Quod jus est*] Nempe ille etiam est in culpa, qui, alterius jussu, male aliquid facit.

*Sit scriptum*] Illud scriptum nostrum in pomo, sit injuria in te.

94 *Quod de me solo*] Istud non in-

tellexit Antonius, nec exposuit Hubertius. Ironice pronuntiandum esse arbitror, ut intelligat Acontius, non de se, sed de Amore esse querendum.

*Nempe*] Ironiæ vox maxime apta.

95 *Non meruit*] Jam serio ad rem venit.

*Falli*] Falluntur, aut falli dicuntur Dii, cum ea quæ, iis testibus, promittimus, postea non præstamus.

*Delia*] Diana; a Delo insula, ubi nata, et culta dicitur.

97 *Decepta*] Verbis in pomo scriptis capta.

*Rubebas*] Quod consciæ mentis,

Omina re careant: nihil est violentius illa,  
 Cum sua, quod nolim, numina læsa videt. 100  
 [Testis erit Calydonis aper: nam scimus, ut illo  
 Sit magis in natum sæva reperta parens.]  
 Testis et Actæon, quondam fera creditus illis,  
 Ipse dedit leto cum quibus ante feras.  
 Quæque superba parens, saxo per corpus oborto, 105  
 Nunc quoque Mygdonia flebilis extat humo.  
 Hei mihi, Cydippe! timeo tibi dicere verum;  
 Ne videar causa falsa monere mea.

*Præsugia sint sine effectu; nihil est impetuosius illa, quando, quod nolim, cernit sua numina spreta. Aper Calydonius erit testis: nam novimus, quomodo mater sit inventa crudelior in filium quam ille. Testis etiam Actæon, olim fera habitus illis canibus, cum quibus ipse prius feras morti tradidit. Testis quoque mater arrogans, quæ, petra per corpus suborta, nunc etiam miserabilis manet terra Mygdonia. Hei mihi, Cydippe! vereor tibi verum proferre, ne videar vana commemorasse commodo*

—————

—95 Fr. L. exc. D. *Nec meruit.*—100 *Quod nolim* P. Gu. 1. a corr. et quinque Heins. vulgo *quæ non vult*: Gu. 1. a librar. *quæ nolim*: quidam *quod non vult*; *quod nollem*; *quod nolit*, et similia.—101 Hoc distichon adulterinum videtur Heinsio. Sa. et al. nonnulli *sic sævus ut illo*: al. *sic scimus*, vel *si scimus*: Ar. *scit sævus ut illa*: Gu. 2. *Testis erat Calidoneus: nam aper scimus ut illo*: Gu. 3. *Testis erit Calidoniis aper sieseus*...Heusing. rescribit: *Testis erit Calydonis aper, sus sævus, ut illo Sit magis, &c.*—103 *quoniam fera.*—106 *Extat* O. L. et

#### NOTÆ

quocumque tandem modo, signum est.

98 *Vocem*] Cum te futuram uxorem meam jurasti.

99 *Re*] Effectu.

*Careant*] Quasi dicat, Nihil tibi a Diana male eveniat.

*Illa*] Diana.

100 *Quod nolim*] Sibi nempe Cydippen sponsam cupiebat.

101 *Testis erit*] Barbarum et insulsum hoc distichon, iudicio suo, ex scholio quopiam conflatum esse putat Heinsius.

*Calydonis aper*] Hunc, ira Dianæ ab Æneo in sacrificiis neglectæ, regionis vastandæ causa immissum, ante vidimus.

*Nam scimus*] Quidam codices habent, *sic sævus*: quod, miror cur non

assumerit Heinsius, cum versus insulstatem, quam dixerit maximam, tollat.

102 *Natum*] Meleagrum; de quo in Deianira.

103 *Actæon*] De eo in cervum ira Dianæ mutatum, et a canibus suis laceratum postea in Metam. videbimus.

*Illis*] Canibus vel sociis: quod ex sequenti versu intelligitur.

105 *Parens*] Niobe est, Tantali filia, quæ, cum ex Amphione plurimos genuisset liberos, sese, fecunditate, Latonæ præponere non dubitavit: quamobrem, interfectis omnibus liberis, ipsa, Deæ ira, in saxum transformata est. Qua de re fusius in Metam.

106 *Mygdonia*] Regio est minoris

- Dicendum tamen est; hoc est, (mihi crede) quod ægra  
 Ipso nubendi tempore sæpe jaces. 110  
 Consulit ipsa tibi, neu sis perjura laborat :  
 Et salvam salva te cupit esse fide.  
 Inde fit, ut, quoties existere perfida tentas,  
 Peccatum toties corrigat illa tuum.  
 Parce movere feros animosæ Virginis arcus : 115  
 Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.  
 Parce, precor, teneros corrumpere febribus artus :  
 Servetur facies ista fruenda mihi :  
 Serventur vultus ad nostra incendia nati ;  
 Quique subest niveo lætus in ore rubor. 120  
 Hostibus e si quis, ne fias nostra, repugnat ;  
 Sic sit, ut, invalida te, solet esse mihi.  
 Torqueor ex æquo, vel te nubente, vel ægra :  
 Dicere nec possum, quid minus ipse velim.

*meo. Attamen proferendum est: hoc est (mihi crede) quod sæpe ægrota decumbis ipso nubendi tempore. Illa tibi caret; et operam dat, ne sis perjura; et cupit te esse incolumem fide intemerata. Inde oritur, ut, quoties conaris esse infida, illa toties arguit crimen tuum. Noli concutere sævos arcus virginis generosæ. Potest adhuc fieri lenis, si velis. Noli quaso perdere membra mollia febribus: isti cultus custodiantur mihi possidendi. Custodiatur facies facta ad nostros ardores; et rubor vivus, qui subest in vultu candido. Si aliquis ex hostibus meis obnititur, ne fias nostra; sic sit, ut consuevi esse te ægrota. Crucior pariter vel te nubente, vel te invalida: nec possum ipse dicere, quid minus cupiam. Crucior nonnunquam, quod*

exc. D. ceteri *astat.*—108 Gu. 1. 4. et Helm. cum al. *movere mea.*—110 Pro *sæpe* Heins. vult *nempe.*—113 Fr. et L. *Unde fit.* Al. *quoties obsistere, insistere, consistere, resistere:* exc. I. *hanc fallere:* Burm. conj. *persistere.*—115 Gu. 2. et 4. *movere feror.*—120 *Lætus* quatuor Heins. al. *lenis, levis, lævis:* Leid. *lentus.* Gu. 4. *in ore pudor.*—121 *Hostibus e* Bas. Gu. 4. cum duobus Heins. *Hostibus ex:* vulgo *Hostibus et.*—124 Gu. 2. 3. et 4. cum al. *esse velim.*—

## NOTÆ

- Asiæ, ubi mons Sipylus, quem frequentasse Nioben videbimus postea in Metamorph.  
 108 *Causa mea*] In meum commo- dum.  
 109 *Hoc est*] Id est, Dianæ perjurio violatæ numine evenit.  
 112 *Salva*] Perjurio non violata.  
 115 *Movere*] In te convertere.  
 117 *Teneros*] Tuos, scil.  
 119 *Incendia*] Amorem.  
 120 *Rubor*] Febri vero silcerus color corrumpitur.  
 122 *Sic*] Pessime, scil. se ex febri Cydippes magno affici dolore innuit.  
*Invalida te*] Te ægotante.  
 123 *Nubente*] Alii quam mihi, scil.  
 124 *Minus*] Vel alii nugas, vel ægrotes.



- Maceror interdum, quod sim tibi causa dolendi ; 125  
 Teque mea lædi calliditate puto.  
 In caput hæc nostrum dominæ perjuriam, quæso,  
 Eveniant : pœna tuta sit illa mea.  
 Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro  
 Anxius, huc illuc, dissimulanter eo. 130  
 Subsequor ancillam furtim famulumve, requirens  
 Profuerint somni quid tibi, quidve cibi.  
 Me miserum ! quod non medicorum jussa ministro,  
 Effingoque manus, insideoque toro.  
 Et rursus miserum ! quod, me procul inde remoto, 135  
 Quem minime vellem, forsitan alter adest.  
 Ille manus istas effingit, et assidet ægræ,  
 Invisus Superis, cum Superisque mihi.  
 Dumque suo tentat salientem pollice venam,  
 Candida per causam brachia sæpe tenet ; 140  
 Contrectatque sinus, et forsitan oscula jungit :  
 Officio merces plenior ista suo est.

*sim tibi causa morbi: et credo te affigi mea versutia. Hæc, oro, perjuriam dominæ cadant in nostrum caput; illa sit secunda meo supplicio. Ne tamen nesciam, quis sit tuus status; sæpius sollicitus huc illuc occulte accedo ad tuas fores. Sector occulte famulam vel servum, petens quantum te somni, vel quantum cibi juverint. Me infelicem! quod non porrigo, quæ medici imperaverunt, et demulceo manus, et lectum premo. Et iterum infelicem! quod, me procul inde repulso, alius forte adest, quem minime cuperem. Ille odiosus Divis, et mihi cum Divis, demulcet manus istas, et assidet ægrotanti. Et dum scrutatur pollice suo venam micantem; sæpe tractat lacertos niveos per causam; et tangit pectus; et forte figit suavia. Istud præmium*

125 Gu. 2. quod sum; 3. quia sim. Al. causa doloris.—127 Hæc nostrum Go. vulgo Inque caput nostrum: al. ut Gu. 3. In caput et nostrum: unus F. In caput hoc u.—131 Gu. 2. et 4. cum al. requiro.—134 Gu. 4. cum al. Astringoque manus. Unus R. assideoque.—135 Remoto P. Gu. 4. et tres alii: vulgo removi.—136 Gu. 1. alter obst.—137 Gu. 4. et Helm. cum al. istas astringit.—

## NOTE

- 125 *Macror]* Doleo.  
 129 *Limina]* Tua, scil.  
 133 *Jussa]* Medicinas, scil. et remedia.  
 134 *Effingoque]* Id est, Demulceo, leviterque tergeo: quo sensu Poëta noster alibi, itemque Virgilius et Cicero usurpaverunt.  
 136 *Alter]* Sponsus, scil.  
 138 *Invisus Superis]* Dianæ præsertim, quod ille contra fidem a te datam, matrimonio tibi jungi postulavit.  
 140 *Per causam]* Id est, specie tentandi venam. Gall. *Sous le prétexte de vous tâter le pouls.*

Quis tibi permisit nostras præcerpere messes ?

Ad sepem alterius quis tibi fecit iter ?

Iste sinus meus est ; mea turpiter oscula sumis : 145

A mihi promisso corpore tolle manus.

Improbe, tolle manus : quam tangis, nostra futura est :

Postmodo si facias istud, adulter eris.

Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter :

Si nescis, dominum res habet ista suum. 150

Nec mihi credideris ; recitetur formula pacti :

Neu falsam dicas esse ; face ipsa legat.

Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi ;

Quid facis hic ? exi ; non vacat iste torus.

Nam quod habes et tu humani verba altera pacti ; 155

Non erit idcirco par tua causa meæ.

Hæc mihi se pepigit ; pater hanc tibi, primus ab illa :

Sed propior certe, quam pater, ipsa sibi est.

*est majus officio suo. Quis tibi concessit decerpere nostras messes? Quis tibi viam struxit ad sepem alterius? Istud pectus meum est; impudice carpis mea suavia. Remove manus a corpore mihi sponso. Remove manus, proterve; quam tangis, ventura est nostra. Si postmodo istud agas, eris adulter. Elige de liberis, quam alter non suam asserat. Si ignoras, res ista habet dominum suum. Nec mihi fidem adhibueris; pronuntietur formula conventi: et ne dicas fuisse deceptam; fac ipsa legat. Nos tibi, tibi dicimus, Egredere cubiculo alterius. Quid hic agis? Egredere, iste lectus non est vacuus. Nam quod tu etiam habes verba alia conventi; tua causa non erit ideo æqualis meæ. Hæc se devinxit mihi: pater, alter ab illa, tibi*

//////////

142 Vulg. *illa suo est.*—143 *Præcerpere* P. Gu. 1. et al. nonnulli: vulgo *decerpere*: tres Heins. *præcipere*: multi *percipere*: Str. *percidere*: Mor. 2. *præcidere*.—144 *Sepem* unus Med. et prima ed. vulgo *spes*: Gu. 2. cum Pat. et Arund. *spem*.—148 Gu. 1. 3. et 4. *facies*.—151 Heins. *Ne mihi, ex uno R. O. et quatuor al. littera pacti.*—152 Helm. *dicas, fas legat ipsa tibi.*—154 Gu. 2. *Quid facis? hinc exi.* Be. et Jun. *iste locus.*—155 Francius *et tu thalami verb. &c.*—156 Fr. *Non venit.* Gu. 2. *Non est.*—158 Mor. *Sed prior est*

#### NOTÆ

- |   |  |
|---|--|
| 143 <i>Quis tibi</i> ] Rivalem alloquitur.  | lus occupaverit.   |
| <i>Præcerpere</i> ] Quidam <i>præcidere</i> , vulgati <i>decerpere</i> , alii aliter.             | 150 <i>Ista</i> ] Cydippe.   |
| 144 <i>Ad sepem</i> ] Alii <i>ad spem</i> : minus bene.   | 151 <i>Formula</i> ] Versus, scil. de quibus in argumento.                 |
| <i>Fecit iter</i> ] Ut ejus audeas messem demetere. Negant et increpant ejusmodi interrogationes. | 152 <i>Ipsa</i> ] Ut, scil. Acontio fidem suam de novo obstringat.         |
| 149 <i>Vacuis</i> ] De iis puellis quas sponsus nullus sibi devinxerit; nul-                      | 154 <i>Iste</i> ] Dominae meæ Cydippes, qui meus est.                      |
|   | 155 <i>Humani</i> ] Quod non testibus, aut approbantibus Diis, immo aversa |

- Promisit pater hanc; hæc adjuravit amanti:  
 Ille homines, hæc est testificata Deam. 160  
 Hic metuit mendax; timet hæc perjura vocari.  
 Num dubites, hic sit major, an ille metus?  
 Denique, ut amborum conferre pericula possis,  
 Respice ad eventus; hæc cubat, ille valet.  
 Nos quoque dissimili certamina mente subimus; 165  
 Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.  
 Tu petis ex tuto: gravior mihi morte repulsa est.  
 Idque ego jam, quod tu forsam amabis, amo.  
 Si tibi justitiæ, si recti cura fuisset,  
 Cedere debueras ignibus ipse meis. 170  
 Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua;  
 Ad quid, Cydippe, litera nostra redit?

*hanc promisit: sed profecto ipsa sibi est propinquior, quam pater. Pater pepigit hanc: hæc juravit amanti. Ille testes adhibuit homines, hæc Deam. Hic timet dici fallux, hæc metuit appellari perjura. Anne sis incertus, hic an ille timor sit major? Denique, ut possis comparare discrimina amborum, converte animum ad exitus: hæc jacet; ille firma utitur valetudine. Nos quoque pugnam inimus dispari animo; nec spes nobis est æqualis, nec metus similis. Tu ambis secure; repudiatio est mihi molestior interitu: et ego jam diligo, quod tu forte diliges. Si te æqui, si justus amor tenuisset; tu ipse debueras cedere meis amoribus. Nunc quandoquidem hic inhumanus certat pro causa injusta; quo spectat, Cydippe, nostra*

*certe.—159 Adjuravit edit. nonnullæ: vulgo et juravit: R. sed et hæc jur. Gu. 3. sed hæc jur.—161 Be. Ille timet mendax, t. hac p. v. duo Heins. timet hæc: vulgo hæc et. Edit. prisca, et Bersm. sed et hæc: O. hæc perjurata.—162 Gu. 3. 4. et Helm. dubitas.—165 Heins. Marte pro mentc.—166 Jun. Be. et al. nonnulli timor unus.—168 Gu. 2. Atque ego.—172 Ed. princeps Ad te: Gu. duo At*

## NOTÆ

- Diana præsertim, intercessit.  
 [Pacti] A patre inscio desponsatam  
 Cydippen in argumento vidimus.  
 157 [Hæc] Cydippe.  
 [Primus] Non dicit 'primus omnino,' sed 'primus ab illa.'  
 159 [Adjuravit] Pro Valde aut omnino juravit: quod multo amplius est quam promittere.  
 160 [Testificata] In testimonium vocavit. Quo sensu etiam simplici utimur *testari*.  
 161 [Hic] Cydippes pater.
- [Hæc] Cydippe.  
 164 [Cubat] Febri lecto affixa.  
 165 [Certamina] Ad obtinendam  
 Cydippen.  
 166 [Æquus] Par; æqualis.  
 167 [Petis ex tuto] Quid hoc sibi velit ex opposito intelligitur; quasi dicat, Nihil mali tibi ex repulsa imminet.  
 [Repulsa] Matrimonialis scil.  
 168 [Forsam amabis] Adcoque forsam non amabis.  
 170 [Ignibus] Amoribus.

Hic facit ut jaceas, et sis suspecta Dianæ :

Hunc tu, si sapias, limen adire vetes.

Hoc faciente, subis tam sæva pericula vitæ : 175

Atque utinam pro te, qui movet illa, cadat !

Quem si repuleris, nec, quem Dea damnat, amaris ;

Et tu continuo, certe ego salvus ero.

Siste metum, virgo, stabili potiere salute :

Fac modo polliciti conscia templa colas. 180

Nec bove mactato cœlestia numina gaudent ;

Sed, quæ præstanda est et sine teste, fide.

Ut valeant aliæ, ferrum patiantur et ignes :

Fert aliis tristem succus amarus opem.

Nil opus est istis ; tantum perjuriam vita : 185

Teque simul serva, meque, datamque fidem.

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ :

Exciderint animo fœdera lecta tuo.

*epistola? Hic causa est ut ægrotes, et sis invisâ Dianæ. Si sapias, tu prohibeas hunc accedere ad fores. Dum facit, inis tum, crudelia discrimina vitæ. Atque utinam ille pro te occumbat, qui illorum casu est ! Quem si rejeceris, nec amaveris, quem Dea improbat ; et tu statim, ego certe sospes ero. Depone timorem, puella ; fruere firma valetudine. Fac tantum frequentes aedes conscias promissi. Nec numina cœlestia lætantur bove immolato, sed fide, quæ etiam est exsolvenda sine arbitris. Aliæ subeunt ferrum et ignes, ut valetudini restituantur : succus amarulentus subministrat aliis ingratum auxilium. Nihil opus est istis ; tantum fuge perjuriam : et te simul libera, et me, et fidem obligatam. Inscitia excusabit peccatum præteritum : fœdera lecta elapsu fuerint memoria tua. Admonita es modo verbis meis,*

*quod.*—174 Gn. 2. et 4. *veta.*—176 Gu. 2. 4. et a corr. 1. cum al. *ille cadat : D. ista cad. Leid. arma, cadat : Francius, qui movet illa, ferat.*—177 Mor. *si respueris.*—178 Heins. *At tu :* Francius, *Tu, puto, continuo.*—179 Sex codd. *Pone metum.*—180 Mor. *soliciti pro pollic.*—181 Heins. *Nec bove.*—182 Francius *vel sine teste.*—183 *Putiantur Jun. et Str. vulgo patiuntur : tres Heins. patientur.*—184 A. *unus et Go. medicam opem.*—188 *Exciderint tres Heins.*

#### NOTE

172 *Ad quid*] Quasi dicat, Vides quo spectet mea epistola ; vides me tibi bene consulere, qui te ex injustis manibus eripiam.

175 *Hoc faciente*] Illo meo rivali ad te veniente, et conjugium tuum petente.

177 *Amaris*] Amaveris.

179 *Stabili*] Firma.

180 *Colas*] Ad templa Cydippen suam remittit, ut locus etiam ipsam moveat, et ad fidem exsolvendam hortetur.

182 *Et sine teste*] Quanquam nulli testes affuissent.

188 *Exciderint*] Fere quasi dicat, Ponatur (ut ignorantia excuseris) animo excidisse fœdera. Sciebat

Admonita es modo voce mea, modo cassibus istis;  
 Quos, quoties tentas fallere, ferre soles. 190  
 His quoque vitatis, in partu nempe rogabis,  
 Ut tibi luciferas afferat illa manus.  
 Audiet; et, repetens quæ sint audita, requireret  
 Ipsa, tibi de quo conjuge partus eat.  
 Promittes votum; scit te promittere falso: 195  
 Jurabis; scit te fallere posse Deos.  
 Non agitur de me; cura majore laboro:  
 Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ.

*modo istis retibus; quæ, quoties conaris effugere, soles gestare. His etiam delusis, nimirum in partu orabis, ut illa tibi præbeat manus luciferas. Auscultabit; et, revocans in memoriam, quæ fuerint audita, ipsa interrogabit, de quo marito hic tibi sit partus. Pacisceris votum; novit te pacisci inaniter: jurabis; novit te posse decipere Deos. Non agitur de me; angor sollicitudine majore: noster animus est sollicitus de vita tua. Quam-*

//////////

vulgo exciderant. Al. fœdera nostra.—189 Cassibus R. et Mor. vulgo casibus.—191 Al. nempe vocabis.—192 Gu. 3. cum al. melior. offerat; 2. cum al. efferrat.—193 Audiet et prima ed. Gu. 1. et 2. cum al. Audiet hæc, hanc; 4. hoc: Barb. hæc recolens. Et vulg. quæ sunt.—195 Jun. falsum: al. falsa.—197 Tres libri Nil agitur. Gu. 2. cura meliore.—198 Leid. Be. et Gu. 3. vita tua: Fran-

#### NOTÆ

Acontius ea non excidisse, sed, ut Cydippæ faciliorem ad pœnitentiam, deinde ad veniam, viam sterneret, ultro excidisse ea fœdera concedit; vel potius eam excusationem suggerit.

189 *Admonita es*] Adeoque ignorantia excusari non poteris.

*Cassibus*] Alii habent *casibus*. *Cassibus* vero alibi noster, atque Tibullus, in rebus amatoriiis usi sunt. Hic per *casses* morbus intelligitur, quo a violanda fide Cydippen Diana absterbebat.

190 *Fallere*] Effugere. Quomodo vero febrim effugeret, aut effugere conaretur Cydippe, quæ de ea nequidem cogitabat, multum dinque frustra cogitavi: tandem tamen animum subiit, metonymice per *tentare fallere*, fallere simpliciter; per *fallere* negligere, aut non cogitare esse in-

*Delph. et Var. Clas.*

telligendum.

*Ferre*] Nimirum in febrem inciderebat Cydippe, quoties incogitans alii quam Acontio nubere studebat.

191 *In partu*] Quia parturientibus Diana, Lucina, seu Lucifera, (ut in duobus nummis argenteis, cum emblemate Dianæ tædam gerentis, habere se testatur cl. Heinsius,) adesse, fœtumque in iucem educere, dicitur.

193 *Audiet*] Cum ejus opem imploraveris, scilicet; dixerisque, ut illa altera Terentii, 'Juno Lucina, fer opem; serva me obsecro.'

195 *Promittes votum*] Mos eorum antiquissimus, qui a Diis aliquid impetrare student. Ceterum cum aliquo contemptu legenda sunt hæc verba, ut etiam vocis sono frustra vota promissuram esse Cydippen intelligatur.

*Scit*] Quia ante teste ea te mihi

*Ovid.*

Z

Cur modo te dubiam pavidi flevere parentes, Ignaros culpæ quos facis esse tuæ ?	200
Et cur ignorent ? matri licet omnia narres. Nil tua, Cydippe, facta ruboris habent.	
Ordine fac referas, ut sis mihi cognita primum, Sacra pharetratæ dum facis ipsa Deæ ;	
Ut, te conspecta, subito (si forte notasti) Restiterim fixis in tua membra genis :	205
Ut, te dum nimium miror, (nota certa furoris,) Deciderint humero pallia lapsa meo.	
Postmodo nescio qua venisse volubile malum, Verba ferens doctis insidiosa notis :	210

*obrem parentes timidi, quos reddis nescios tui criminis, modo te luxerunt salutis incertam ? Et quamobrem nesciant ? Licet omnia referas matri. Admissa tua, Cydippe, nihil habent pudendum. Fac commemorares ordine, quomodo primum deveneris in meam notitiam, dum ipsa das operam sacris Deæ pharetratæ : quomodo, te visa, protinus, (si forte advertisti,) hæscrim vultu defixo in tuos artus : quomodo, dum te nimium suspicio, (certum indicium amoris,) pallia delapsa humero meo defluerint. Postmodo, nescio qua, pomum rotundum ad te devolutum esse, verba continens dolosa*

//////////

*cius corrig. Anxia pro vita pectora nostra tua.—199 Al. te dubii pavidam.—200 Gu. 4. Ignotos culpæ. Exc. I. Me. et unus Med. cur licet esse : duo alii quos licet : Heins. vult quos liquet : Francius quos sinis.—201 Al. ignorant.—202 Al. facta pudoris.—204 Gu. 3. facit ipsa.—207 Vulgo Et te dum.—208 Exc. I. Reciderint : Gu. 3. et 4. Deciderant. Gu. 2. humeris meis. Quidam codd. pallia laxa.—210 Gu. 1. dictis notis : Heins. ductis.—211 Gu. 4. Quodque sit ut*

#### NOTE

nupturam juraveras ; quod tamen non præstitisti.

196 *Posse*] Gall. *Que vous êtes capable de vouloir tromper les Dieux.*

197 *Majore*] Quia, propter Dianæ iram, de te sum maxime sollicitus.

199 *Dubiam*] In mortis discrimine, ex febris, positam.

200 *Culpæ*] De perjurio, eoque violata Diana intelligit.

202 *Ruboris*] *Pudoris*, ut habent alii. Id est, Nihil habent facta tua quamobrem pudendum sit.

204 *Pharetratæ*] Arcu et sagittis, adeoque pharetra instructam fuisse venatricem Deam, notum est.

*Ipsa*] Otiose hoc in loco positam

hanc vocem animadvertit clar. Heinsius, proque ea *æde*, quam literarum cognatione omissam credit, restituit.

205 *Si forte notasti*] Nisi hæc esset parenthesis, iudicio suo Poëta non consulnisset.

206 *Genis*] Oculis. De qua voce antea.

207 *Furoris*] Amoris.

209 *Postmodo*] Fac referas, *supple. Nescio qua*] Parte templi, scil.

*Volubile*] Nimirum volubile est rotundum pomum, sen malum.

210 *Doctis*] Callide scriptis. Sed contra omnium membranarum fidem *ductis* legendum esse contendit clar Heinsius.

Quod quia sit lectum sancta præsentè Diana,  
 Esse tuam vinctam, numine teste, fidem.  
 Ne tamen ignoret, quæ sit sententia scripto ;  
 Lecta tibi quondam nunc quoque verba refer.  
 Nube, precor, dicet, cui te bona numina jungunt : 215  
 Quem fore jurasti, sit gener ille mihi.  
 Quisquis is est, placeat; quoniam placet ante Dianæ.  
 Talis erit mater, si modo mater erit.  
 Sic tamen et quærat, qui sim quantusque, jubeto :  
 Inveniet vobis consuluisse Deam. 220  
 Insula, Coryciis quondam celeberrima Nymphis,  
 Cingitur Ægæo, nomine Cea, mari.  
 Illa mihi patria est; nec, si generosa probaris  
 Nomina, despectis arguor ortus avis.  
 Sunt et opes nobis; sunt et sine crimine mores : 225  
 Amplius utque nihil, me tibi jungit amor.

*callidis signis: quod quia sit lectum sacra Diana astante, tuam fidem esse obligatam, Dea teste. Ne tamen nesciat, quæ sit significatio scripto; repete nunc quoque verba olim a te lecta. Nube, quæso, inquiet, cui boni Dii te addicunt: ille sit mihi gener, quem jurasti futurum. Quisquis ille est, gratus sit, quandoquidem fuit ante Dianæ. Talis erit mater; si saltem erit mater. Sed tamen moneto exquiserat, qui sim et qualis: comperiet Deam vobis facisse. Insula, nomine Cea, olim nobilissima Nymphis Coryciis, clauditur mari Ægeo. Illa est mihi patria: nec, si laudaveris nomina nobilia, dicor satus avis contentis. Sunt etiam nobis divitiæ: sunt etiam mores sine probro: et quamvis nihil esset amplius, amor me tibi con-*

*lectum.—212 Exc. I. Esse reor.—213 Gu. 1. ignorent; 2. Sed tamen ignora; 3. Nec tamen ignora. Exc. I. quæ sit s. scripto: vulgo scripti sententia quæ sit.—214 Ed. pr. et unus Med. verba lege.—219 Al. Si tamen: Gn. 1. et 3. Sed tamen: nonnulli, Sed tamen inquirat: tres Heins. Sic tamen inquirat: Ar. Si tamen et quærit. Exc. I. qui sim quantusque: vulgo, quis sim qualisque. Pro jubeto vulgo videto; nti Gu. omnes.—220 Gu. 2. 3. 4. Inven. nobis.—223 Gu. 1. ac*

## NOTÆ

- Notis] Versus intelligit, de quibus Coryco Parnassi (itemque Ciliciæ) jam sæpe. antro sic dictæ.  
 211 Quod] Pomum scil. 222 Cea] Cea, seu Ceos, insula est  
 214 Refer] Ut eo iterum astringe- maris Ægæi, juxta Eubœam.  
 retur ejus fides, verba jubet referre. 223 Si generosa] Id est, Si a gene-  
 215 Dicet] Mater tua, scil. rosus parentibus ortum ducere, in  
 218 Talis] Id est, quæ talia dicet. honore poas.  
 Si modo mater erit] Si vero et ma- 226 Amplius utque nihil] Id est, Ut  
 terno erga te affectu fuerit. nihil magis me tibi vel jungat vel  
 221 Coryciis] Musæ intelliguntur, a jungere possit.

Appeteres talem vel non jurata maritum :

Juratae vel non talis habendus erat.

Hæc tibi me in somnis jaculatrix scribere Phœbe ;

Hæc tibi me vigilem scribere jussit Amor.

230

E quibus alterius mihi jam nocuere sagittæ :

Alterius noceant ne tibi tela, cave.

Juncta salus nostra est : miserere meique tuique.

Quid dubitas unam ferre duobus opem ?

Quod si contigerit, cum jam data signa sonabunt,

235

Tinctaque votivo sanguine Delos erit ;

Aurea ponetur mali felicitis imago,

Causaque versiculis scripta duobus erit :

Effigie pomi testatur Acontius hujus,

Quæ fuerint in eo scripta, fuisse rata.

240

Longior infirmum ne lasset Epistola corpus,

Clausaque consueto sit sibi fine, Vale.

*nectit. Non jurata etiam cuperes talem maritum ; talis erat possidendus etiam a non jurata. Phæbe venatrix mihi imperavit per somnia hæc tibi scribere ; Amor expectatus mihi imperavit tibi hæc scribere : e quibus tela alterius jam mihi obfuerunt ; vide, ne jacula alterius tibi officiant. Salus nostra est connexa ; miserere et mei et tui. Quamobrem cunctaris unum præbere auxilium duobus ? Quod si evenerit, cum jam data signa audientur, et Delos erit imbuta sanguine votivo ; effigies aurea appendetur pomi salutaris, et causa erit exarata duobus versiculis : Acontius profitetur, imagine hujus pomi confirmata fuisse, quæ fuerint exarata in eo. Ne literæ prolixiores fatigent corpus debile, et sint tibi absolutæ fine solito, Vale.*

\*\*\*\*\*

3. *probatis.*—224 Francius, *arguar.*—227 Be. *Aspectes talem.*—230 *Vigilem* chartac. Scr. et alter Me. a manu pr. vulgo *vigilans.*—235 Tres Heins. *tibi cum data* : L. *tibi cognita signa* : Barb. *tibi cum data thura fumabant* : Heins. conj. *Quod si contigerit, tuba cum data signa sonabit.*—236 Be. *nocivo sanguine.*—237 Gn. 2. *ponatur.*—240 Septem Codd. *Quæ fuerant.*—242 Barb. et Li. *clausula consueto ; quod Burm. probat, tibi posito pro sibi. Heins. vult consueto sit tibi.*

#### NOTE

227 *Appeteres*] Appetere deberes.

233 *Juncta*] Quam ingeniose.

228 *Jurata vel non*] Vel non jurata.

235 *Signa*] Tibiis aliisque instrumentis musicis in sacrificiis utebantur.

229 *Hæc*] Quæ in epistola mea leguntur.

236 *Tinctaque*] Id est, Quando in Delo Dianæ festa sacrificiis celebrantur.

*Phæbe*] Diana, Phœbi soror, Venatrix adeoque jaculatrix Dea.

*Delos*] Ægæi maris insula, ubi nata et culta Diana.

231 *Alterius*] Amoris, scil.

232 *Alterius*] Dianæ, si eam perjurio violaveris.

237 *Mali*] Pomi. Ludit vero in



## NOTE

vocibus Poëta.

238 *Causa*] Cur, scil. Deæ appen-  
datur pomi imago.

*Duobus*] Qui sequuntur.

240 *Quæ fuerint*] Sponsonem scil.  
matrimonialem.

241 *Infirmum*] Tuum, scil.

242 *Clausaque*] Epistolas hac voce  
'Vale' claudere consueverant.

*Sibi*] Alii habent *tibi*: atque illa  
altera lectio est a clar. Heinsio.

## EPISTOLA XXI.

## CYDIPPE ACONTIO.

## ARGUMENTUM.

CUM intellexisset Cydippe, hanc sibi febrem Dianæ indignatione contigisse, in Acontii vota contra paternam voluntatem concedere maluit, quam diutius torqueri. In primis respondet, se non ausam fuisse mentem suam clare exprimere: ne, ut in pomo, iterum juraret. Deinde, narrando quomodo insidiosum illud pomum acceperit, in ipsum Acontium invehitur.

**P**ERTIMUI, scriptumque tuum sine murmure legi;

Juraret ne quos inscia lingua Deos.

Et, puto, captasses iterum; nisi, ut ipse fateris,

Promissam scires me satis esse semel.

*Expavi, et tacite legi tuam epistolam; ne lingua imprudens juraret aliquos Deos. Et credo, insidiatus esses; nisi, ut ipse agnoscis, scires satis esse me semel sponsam.*

Quædam exemplaria initio hujus Epist. obtrudunt hoc distichon. *Litera pervenit tua, quo consuevit, Acontii, Et pæne est oculis insidiata meis.*—3 Gu. 2.

## NOTE

1 *Sine murmure*] Ne iterum inscia  
voto aliquo sese obstringeret.

3 *Captasses*] Me iterum decipere  
tentasses.

Nec lectura fui ; sed, si tibi dura fuisset, 5  
 Aucta foret sævæ forsitan ira Deæ.  
 Omnia cum faciam, cum dem pia thura Dianæ,  
 Illa tamen justa plus tibi parte favet.  
 Utque cupis credi, memori te vindicat ira.  
 Talis in Hippolyto vix fuit illa suo. 10  
 At melius Virgo favisset virginis annis ;  
 Quos vereor paucos ne velit esse mihi.  
 Languor enim, causis non apparentibus, hæret :  
 Adjuvor et nulla fessa medentis ope.  
 Quam tibi nunc gracilem vix hæc rescribere, quamque 15  
 Pallida vix cubito membra levare putas ?  
 Huc timor accedit, ne quis, nisi conscia nutrix,  
 Colloqui nobis sentiat esse vices.

*Nec volui legere ; sed, si tibi sæva fuisset, forte ira crudelis Deæ crevisset. Quamvis omnia præstem, quamvis thura pia exhibeam Dianæ ; illa tamen plus æquo tibi indulget. Et, sicuti optas tibi fidem haberi, te vindicat ira memori. Illa vix talis fuit erga suum Hippolytum. At virgo justius indulisset ætati virginis ; quam timeo, ne cupiat mihi esse brevem. Morbus enim permanet causis incognitis : et exhausta nullo medici auxilio reficior. Quantum macilentam arbitraris me nunc tibi hæc rescribere, quantumque ægre sustinere artus pallentes cubito ? His adde metum, ne quis, nisi nutrix conscia, cognoscat nobis esse vices colloqui. Hæc stat*



*Ut puto.*—7 L. et Be. *pia vota.* L. *quanta foret.*—9 O. a man. pr. *se vindicat.*  
 —12 Codd. Gu. omnes, excepto tertio, item Helm. cum plerisque aliis exemplaribus vetustis, post hunc versum deficient.—17 Vulg. *Nunc timor :*

#### NOTÆ

5 *Dura*] Quæ epistolam tuam legere dedignata essem.

7 *Omnia*] Sacra, scil. in honorem Dianæ.

9 *Utque cupis credi*] Ita vero ille prædicaverat, et in epistola sua scripserat.

10 *Hippolyto*] Fuit ille Thesei et Hippolytes Amazonis filius, ob eximiam castitatem Dianæ carus : cujus historiam passim, postea etiam apud Ovidium reperies.

11 *Melius*] Justinus ; cum ipsa virgo sit, sicut et ego virgo sum.

12 *Quos vereor*] Codices omnes, præter unum aut alterum, quia post

hunc versum deficient, ideo plurimi, sequentes versus Ovidii esse negant : quæ ratio quanquam satis firma non videtur, attamen cum Ovidianæ elegantiae non satis respondeat tota epistola, suo non caret pondere.

13 *Languor*] Febris.

14 *Fessa*] Defecta viribus, et vi morbi exhausta.

16 *Levare*] Solent nimirum qui morbo aut languore aliquo caput præsertim aut corpus non valent erigere, illud cubito sustentare.

18 *Colloqui nobis*] Me tibi vicissim rescribere cognoscat.

Ante fores sedet hæc: quid agamque rogantibus intus,  
 Ut possim tuto scribere, Dormit, ait. 20  
 Mox ubi, secreti longi causa optima, somnus  
 Credibilis tarda desinit esse mora,  
 Jamque venire videt, quos non admittere durum est;  
 Exscreat; et ficta dat mihi signa nota.  
 Sicut eram, properans verba imperfecta relinquo: 25  
 Et tegitur trepido litera cauta sinu.  
 Inde meos digitos iterum repetita fatigat:  
 Quantus sit nobis, aspicias ipse, labor.  
 Qua, peream, si dignus eras, ut vera loquamur:  
 Sed melior justo, quamque mereris, ego. 30  
 Ergo te propter toties incerta salutis  
 Commentis pœnas doque dedique tuis?  
 Hæc nobis formæ te laudatore superbæ  
 Contingit merces? et placuisse nocet?

*ante januam; et, ut possim secure scribere, dicit petentibus quid faciam intus, Stertit. Mox ubi somnus causa optima proluxi secreti cessat esse verisimilis longo spatio, et jam cernit accedere, quos difficile est non intromittere; exspuit, et mihi facit indicia signo simulato; festinans, sicut eram, desero verba nondum absoluta: et epistola tecta absconditur gremio tinido. Inde repetita iterum lassat meos digitos. Ipse cernis quantus sit nobis labor. Qua epistola, inteream, si, ut verum dicamus, dignus eras: sed ego sum indulgentior æquo, et quam dignus es. Ergo toties dubia salutis propter te exsolvo et exsolvi pœnas tuis figmentis? Hoc nobis obvenit præmium pulchritudinis eximie, te approbante? et officit gratam fuisse?*

\*\*\*\*\*

Heins. emend. *Huc*.—19 *Intus* emend. Heins. vulgo *rogantibus inter*; quod pro *interrogantibus* ceperunt: Gu. 3. *intus*.—21 *Longi* Med. et ed. prisca: vulgo *longe*.—23 *Cumque* pro *Jamque* conj. Gronovius.—24 Heins. conj. *tecta* pro *ficta*: Burm. *dicta*.—25 Slichtenhorstius malebat, ex Epist. xx. 19. *Sicut erant*. Francius *propere*.—26 Heins. conj. *trepido*.—28 *Sit* cod. Heins. Arund. et Gu. 3. vulgo *sis*.—29 Scripti, *Quæ peream*: Gu. 3. *Quo*, ut et conj. Heins.—30 *Ego* a conj. Naugero et Heins. Mss. *cro*.—34 Gu. 3. *continget*.—39 Unus

#### NOTE

19 *Intus*] Ex restitutione Heinsiana est vox ista, cujus loco alii *inter* exhibebant; *rogabant inter*, pro *interrogabant*: unde hos versus sollicitare, atque Ovidio abrogare, aggressi sunt nonnulli; cum ea figura quam Tmesim vocant, hac in voce præsertim, et in fine versus, usum esse Poëtam, qui oratione plana et æquabili gaudet, non sit verisimile,

26 *Cauta*] Quæ caute et secreto scripta est.

29 *Qua*] Epistola scil. Scripti habent *Quæ*.

*Si dignus eras*] Si merereris.

30 *Ego*] Hanc vocem ex Naugero reposuit Heinsius. Alii habent *cro*: quod certe non displicet.

32 *Commentis*] Dolis. De scriptura in pomo intelligit, cujus sensum sal-

Si tibi deformis, quod mallet, visa fuisset, 35  
 Culpatum nulla corpus egeret ope.  
 Nunc laudata gemo : nunc me certamine vestro  
 Proditis; et proprio vulneror ipsa bono.  
 Dum neque tu cedis, nec se putat ille secundum;  
 Tu votis obstas illius, ille tuis. 40  
 Ipsa, velut navis, jactor; quam certus in altum  
 Propellit Boreas, æstus et unda refert.  
 Cumque dies caris optata parentibus instat,  
 Immodicus pariter corporis ardor inest:  
 Et mihi conjugii tempus crudelis ad ipsum 45  
 Persephone nostras pulsat acerba fores.  
 Jam pudet: et timeo, quamvis mihi conscia non sim,  
 Offensos videar ne meruisse Deos.  
 Accidere hoc aliquis casu contendit: et alter  
 Acceptum Superis hunc negat esse virum. 50

*Si, quod mallet, visa tibi fuisset turpis, corpus vituperatum nullo opus haberet auxilio. Nunc celebrata affligor; nunc me perditis vestra pugna; et ipsa lædor proprio bono. Dum nec tu cedis, nec ille se credit inferiorem; tu officis desideriis illius, ille tuis. Ego agitor, tanquam navis, quam asper Boreas rapit in apertum mare, æstus et unda repellit. Et cum dies expetita dilectis parentibus adest, calor sæviens corporis inest pariter: et sub ipsum tempus sævi connubii aspera Proserpina mihi concutit nostram januam. Jam erubesco; et quamvis mihi non sim conscia, metuo ne videar meruisse Deos infestos. Aliquis affirmat hoc evenire fortuito; et alius*

//////////

Med. tu credis.—40 Gu. 3. votis optas.—44 Sa. ardor adest.—45 Scripti et edd. prisæ Nec mihi, vel Nunc: Heins. ex conj. En mihi.—47 Francius Et pudet.—49 Sa. Med. et prima ed. hæc aliquis. Francius volebat contendat, et mox neget.

#### NOTE

tem in superioris epistolæ argumento vidimus.

37 *Vestro*] De Acontio et ejus rivali loquitur; quanquam ille tantum erat in culpa.

38 *Bono*] Forma, scil.

41 *Certus*] Vehemens.

42 *Æstus et unda*] Id est, unda æstuosa: unda quæ est æstus. *Le flux de la mer.* Hac etiam figura, quæ per duo unum significat, usus est Virgilius, cum dixit, 'molemque

et montes insuper altos.'

43 *Dies*] Qua fieri debent nuptiæ.

46 *Persephone*] Proserpina est, Plutonis conjux, inferorum domina ac regina, Jovis et Cereris filia: de qua Tibullus, 'At mihi Persephone nigram denuntiat horam:' unde hic noster Ovidii locus intelligitur.

48 *Offensos videar*] Sensus patet; sed est phrasis insolens.

49 *Hoc*] Quod ita in ipso nuptiarum pûncto, ægrotem.

Neve nihil credas in te quoque dicere famam,  
 Facta veneficiis pars putat ista tuis.  
 Causa latet; mala nostra patent: vos pace movetis  
 Aspera submota prælia; plector ego.  
 Dicam nunc, solitoque tibi me decipe more: 55  
 Quid facies odio, sic ubi amore noces?  
 Si lædis, quod amas, hostem sapienter amabis.  
 Me, precor, ut serves, perdere velle velis.  
 Aut tibi jam nulla est speratæ cura puellæ,  
 Quam ferus indigna tabe perire sinis; 60  
 Aut Dea si frustra pro me tibi sæva rogatur,  
 Quid mihi te jactas? gratia nulla tua est.  
 Elige quid fingas. Non vis placare Dianam;  
 Immemor es nostri: non potes; illa tui est.

*negat hunc virum esse gratum Diis. Et ne arbitraris famam nihil quoque jacere in te, quidam arbitrantur ista parata veneficiis tuis. Causa occultatur; damna nostra apparent: vos pace profligata miscetis dura certamina; ego punior. Jam dicam, et me felle more tibi consueto: quid agas odio, cum ita officius amore? Si malo officis quod amas, amabis hostem utiliter. Oro ut me velis perimere, ut incolumem præstes. Aut nulla est jam tibi cura puellæ speratæ, quam pateris crudelis interire tabe immerita; aut si Dea crudelis frustra a te colitur pro me, quid te mihi prædicus? Gratia tua est nulla. Dispice quid ponas: non vis delinire Dianam;*

—51 *Nihil emend.* Heins. Mss. *mih.*—52 Gu. 3. cum al. *ista meis.*—55 Heins. emend. *I jam nunc solit.* §c. vel, *I nunc, i, solit.* §c.—55 Al. *ne despice more.*—56 Burm. emend. *facias.*—57 Gu. 3. *hostes.* Heins. conj. *amaris.*—60 *Tabe corr.* Heins. vulgo *labe.*—62 Heins. conj. *gloria nulla.*—67 Vulgo *difficilis, uti*

## NOTÆ

53 *Vos pace*] Isthoc propemodum sensu dixit Horat. 'Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.'

55 *Dicam nunc*] Heinsius legit *I jam nunc*; quo revera sensus melior minusque intricatus efficitur. Quid si legas? *Dic jam nunc.*

*Decipe*] Ita ut ex iis, quæ in te sunt, contraria consequantur effecta; ex amore quæ sunt odii, ex odio quæ sunt amoris.

57 *Sapienter*] Quid hæc vox hoc in loco significet ex opposito intelligitur.

58 *Velle velis*] Locum manifeste

corruptum arbitratur cl. Heinsius; vultque τὸ *velle* perperam, ex *velis* proxime sequenti, inculcatum, cum ultimas duas syllabas in *perdere* librarius geminare neglexisset: legit vero ille *perdere, dure, velis.*

59 *Nulla*] Erat tamen Acontii in eo gratia: quod, quomodo Deam placaret, Cydippe indicaverat. Sed ex materia subjecta tantum intelligenda est ista negatio.

63 *Fingas*] Non tantum argumento quod Dilemma vocant Acontium urget Cydippe, quo argumenti genere, utrumvis cligat adversarius, utrobi-

Vel nunquam mallet, vel non mihi tempore in illo 65  
 Esset in Ægæis cognita Delos aquis.  
 Tunc mea difficili deducta est æquore navis,  
 Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.  
 Quo pede processi! quo me pede limine movi!  
 Picta citæ tetigi quo pede texta ratis! 70  
 Bis tamen adverso redierunt carbasa vento.  
 Mentior ah demens! ille secundus erat.  
 Ille secundus erat, qui me referebat euntem;  
 Quique parum felix impediabat iter.  
 Atque utinam constans contra mea vela fuisset! 75  
 Sed stultum est venti de levitate queri.  
 Mota loci fama properabam visere Delon;  
 Et facere ignava puppe videbar iter.

*nostri oblitus es; nequis; illa est tui oblita. Vel mallet nunquam mihi Delos esset cognita in mari Ægeo, vel non esset cognita illo tempore. Tunc mea navis soluta est mari infausto; et hora fuit inauspicata ad iter propositum. Quo pede sum progressa! quo pede limine discessi! Quo pede pressi fabricam pictam navis velocis! Vela tamen bis retroacta vento restante. Ah mentior insana! ille erat propitius. Ille erat propitius, qui revehebat me proficiscentem; et qui prohibebat iter infaustum. Atque utinam firmus fuisset adversus mea vela! Sed ineptum est conquiri de inconstantia venti. Illecta celebritate loci festinabam invisere Delon; et videbar*

//////////

Gu. 3.—68 Gu. 3. cum uno Heins. *ora sinistra*; forte *aura*.—70 Al. *Picta mæa*.—71 *Bis* scribunt Egnat. et Mycill. et ita Gu. 3. vulgo *His*.—79 *Heu*

#### NOTE

que premitur; sed insuper ex duobus argumenti membris quod causæ suæ faveat non posse assumere eum dicit.

*Non vis placare*] Hæc est Cydippes argumentatio: Aut non vis, aut non potes placare Dianam: Prius si dicās; Ergo immemor es nostri, nec nos curas: Posterius si fingas; Ergo Diana est tui immemor, nec te curat.

65 *In illo*] Quo tibi, verbis in poemate scriptis, fidem meam obstrinxi.

67 *Difficili*] Infausto.

68 *Sinistra*] Inauspicata et infelix.

69 *Limine*] Domo. Habent vero hæc cum admiratione conjunctæ in-

terrogationes et dolorem et detestationem.

70 *Picta texta ratis*] Pro Navem pictam.

71 *Carbasa*] Vela; totaque adeo navis.

72 *Secundus*] Quia malum, quod in insula Delo Cydippæ evenire debuit, avertēbat.

77 *Loci fama*] Apollinis et Dianæ natalibus, et oraculo præsertim fuit celebris Delos insula; quæ, cum ante erraticam fuisset, et sub aquis latuisset, repente Latonæ locum ad pariendum quærenti sese ostendit.

78 *Ignava*] Lente procedente.

Quam sæpe, ut tardis, feci convicia remis ;  
 Questaque sum vento lintea parca dari ! 80  
 Et jam transieram Myconon, jam Tenon, et Andron :  
 Inque meis oculis candida Delos erat.  
 Quam procul ut vidi, Quid me fugis, insula, dixi ?  
 Laberis in magno numquid, ut ante, mari ?  
 Institeram terræ, cum jam, prope luce peracta, 85  
 Demere purpureis Sol juga vellet equis :  
 Quos idem solitos postquam revocavit ad ortus,  
 Comuntur nostræ, matre jubente, comæ.  
 Ipsa dedit gemmas digitis, et crinibus aurum,  
 Et vestes humeris induit ipsa meis. 90  
 Protinus egressæ Superis, quibus insula sacra est,  
 Flava salutatis thura merumque damus.  
 Dumque parens aras votivo sanguine tingit,  
 Festaque fumosis ingerit exta focis ;  
 Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes, 95  
 Erramusque vago per loca sacra pede.

*iter facere lenta navi. Quam sæpe increpui remos, tanquam lentos ; et sum questa vela exigua tradi vento ! Et jam præterieram Myconon, jam Tenon et Andron ; et Delos splendida erat in conspectu. Quam ut procul asperxi, Quamobrem, inquam, me vitus, insula ? Numquid fluctuas vasto mari, ut antea ? Imposita eram terræ, cum, jam prope die finito, Sol vellet detrahere juga equis purpureis : quos postquam Sol idem reduxit ad ortus consuetos, capilli nostri ornantur matre imperante. Ipsa apposuit gemmas digitis, et aurum capillis, et ipsa admovit vestimenta humeris meis. Continuo profectæ exhibemus flava thura et vinum Diis salutatis, quibus insula est dicata. Et dum mater imbuat altaria sanguine votivo, et immittit viscera festu aris fumosis, nutrix diligens me ducit quoque in alia templu, et vogamur pede er-*

*tardis mavult Heins.—80 Dari emend. Heins. Mss. dare.—81 Myconon prima ed. vulgo Myconen: Med. et Gu. 3. Micon.—82 Prima ed. cod. Med. et Herculanus, Phospor erat: Gu. 3. bosfor.—89 Med. Sa. Lan-germannianus, et Gu. 3. cruribus aurum.—91 Med. Sa. pro var. lect. et Gu. 3. gruta est.—94 Sectaque pro Festaque vult Heins.—100 Francius*

## NOTÆ

81 *Myconon*] Myconos una est Cycladum ; in mari Ægæo: Tenos est alia, itemque Andros.

82 *Candida*] Δῆλος manifestum et clarum significat.

86 *Demere*] Periphrasis est ves-  
 pertini temporis.

87 *Quos idem*] Id est, postero die.  
 94 *Extâ*] Eo nomine pluralis numeri tantum appellantur viscera maxime extantia aut apparentia. *Les en-  
 trailles.*

95 *Ædes*] Sacras, scil. ut patet,

- Et modo porticibus spatior, modo munera regum  
 Miror; et in cunctis stantia signa locis:  
 Miror et innumeris structam de cornibus aram,  
 Et de qua pariens arbore nixa Dea est: 100  
 Et quæ præterea (neque enim meminive, libetve,  
 Quicquid ibi vidi, dicere) Delos habet.  
 Forsitan hæc spectans, a te spectabar, Aconti;  
 Visaque simplicitas est mea posse capi.  
 In templum redeo, gradibus sublime, Dianæ: 105  
 Tutior hoc ecquis debuit esse locus?  
 Mittitur ante pedes malum, cum carmine tali.  
 Hei mihi! juravi nunc quoque pæne tibi.  
 Sustulit hoc nutrix, mirataque, Perlege, dixit.  
 Insidias legi, magne poëta, tuas. 110  
 Nomine conjugii dicto, confusa pudore  
 Sensi me totis erubuisse genis:

*roneo per sacra loca. Et modo deambulo porticibus, modo suspicio dona Regum, et statuas positas in omnibus locis. Stupeo etiam ultare positum de cornibus innumeris, et de arbore qua Dea partum emittens fulta est: et quæ insuper (neque enim aut recordor, aut placet referre, quicquid ibi sum intuita) Delos habet. Forte hæc inspiciens a te aspiciebar, Aconti; et mea simplicitas visa est posse falli. Revertor in templum Dianæ gradibus excelsum: quisnam locus debuit esse hoc tutior? Pomum jacitur ante pedes cum tali carmine. Hei mihi! nunc quoque propemodum tibi juravi. Nutrix hoc sustulit, et stupens, Perlege, inquit. Fraudem tuam legi, Poëta egregie. Nomine connubii prolato, pudore turbata, adverti me erubuisse*

\*\*\*\*\*

pro *Et de qua volebat, Quaque olim: Burm. conj. Et Dea qua pariens arbore nixa fuit.—104 Francius legebat, est mea digna capi.—110 Idem, docte poëta.*

#### NOTÆ

97 *Munera*] Quæ in honorem Numinum apposita erant.

98 *Signa*] Statuas.

99 *De cornibus*] De hac apud Callimachum in hymno Apollinis, quam Apollo ipse construxisse dicitur, cornua ex venatione Diana suppeditante.

100 *Et de qua*] Oleæ ac palmæ innixam parientem Latonam Metam. vi. docet noster Poëta.

105 *Gradibus*] Diis enim superis in locis excelsis templa ponebantur.

106 *Tutior*] Acontium arguit, qui sibi in templo insidiatus fuerit.

107 *Tali*] Græcum carmen, quale fuerit, nemo hactenus tradidit.

110 *Insidias*] Heinsio suspectus est hic versus: quamobrem non dixit; sed apparet satis.

111 *Nomine conjugii*] Hinc vides Acontii non fuisse duos illos versus, quos in superioris epistolæ Argumento vidimus.



Luminaque in gremio, veluti defixa, tenebam ;  
 Lumina propositi facta ministra tui.  
 Improbe, quid gaudes ? aut quæ tibi gloria parta est ? 115  
 Quidve vir elusa virgine laudis habes ?  
 Non ego constiteram sumta peltata securi ;  
 Qualis in Iliaco Penthesilea solo.  
 Nullus Amazonio cœlatus balteus auro,  
 Sicut ab Hippolyte, præda relata tibi est. 120  
 Verba, quid exultas, tua si mihi verba dederunt ;  
 Sumque parum prudens capta puella dolis ?  
 Cydippen pomum, pomum Schœneida cepit.  
 Tu nunc Hippomenes, scilicet, alter eris. 125  
 At fuerat melius, (si te puer iste tenebat,  
 Quem tu nescio quas dicis habere faces,)  
 More bonis solito spem non corrumpere fraude :  
 Exoranda tibi, non capienda fui.

*totis genis : et tenebam oculos, quasi immotos, in sinu ; oculos factos famulos tui incepti. Proterve, quid lataris ? Aut quenam laus tibi est comparata ? Quidve vir reportas gloriæ, puella decepta ? Ego non accesseram pelta instructa, securi correpta, qualis Penthesileu in terra Iliaca. Nullum balteum pictum auro Amazonio reportatum est tibi spoliū, tanquam ab Hippolyte. Quid triumphas, si verba tua me fefellerunt ; et puella parum cauta sum decepta tuis fraudibus ? Pomum fefellit Cydippen, pomum fefellit Schœneida. Nimirum tu jam eris alter Hippomenes. At fuerat melius, (si iste puer, quem tu ais gerere nescio quas tædas, te urgebat,) ritu bonis familiari non temerare spem dolis. Fui tibi precibus consequenda, non*

—111 Burm. Sec. conj. *lecto*.—113 Heins. pro *veluti* legit, *vel lumi*.—115 Francius *legebat, quenam tibi*.—117 Gu. 3. cum al. *secure*.—120 Quidam *vett. Hippolyta*.—122 Heins. *doli*. Francius *refingebat, Sumque tuo imprudens capta*

## NOTE

113 *Lumina*] Oculos.

114 *Ministra*] Operam suam in legendis Acontii versibus præbuerant.

117 *Peltata*] Pelta armata. Fuit vero pelta scutum quo peculiariter Amazones utebantur.

118 *Penthesilea*] Regina fuit Amazonum, securis inventrix ; quam in bello Trojano Achilles occidit.

119 *Nullus*] Sensus est, Acontio prædam nullam a Cydippe expectandam, qualem ab Hippolyte Amazone Hercules reportavit. Desuntum est

istud ex hujus herois historia, cui Eurystheus, ut sibi Amazonis illius balteum afferret, imperavit.

121 *Verba*] Dare verba alicui, significat etiam, Fallere. Dissimulata fere ea ambiguitate ludit Poëta.

123 *Schœneida*] Atalantam, Schœnei filiam ; de qua postea in *Metam*.

124 *Hippomenes*] Hic fuit cujus dolo, aureis pomis currenti projectis, Atalanta tandem victa est.

125 *Puer*] Cupido ; quem ignorare virgo fingit.

- Cur, me cum peteres, ea non profitenda putabas,  
 Propter quæ nobis ipse petendus eras ? 130  
 Cogere cur potius, quam persuadere, volebas,  
 Si poteram audita conditione capi ?  
 Quid tibi nunc prodest jurandi formula juris,  
 Linguaque præsentem testificata Deam ?  
 Quæ jurat, mens est; nil conjuravimus illa : 135  
 Illa fidem dictis addere sola potest.  
 Consilium prudensque animi sententia jurat,  
 Et nisi iudicii vincula nulla valent.  
 Si tibi conjugium volui promittere nostrum ;  
 Exige polliciti debita jura tori. 140  
 Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem ;  
 Verba suis frustra viribus orba tenes.  
 Non ego juravi ; legi jurantia verba.  
 Vir mihi non isto more legendus eras.  
 Decipe sic alias ; succedat epistola pomo. 145  
 Si valet hoc ; magnas divitis aufer opes.

*falleuda. Quamobrem, cum me ambires, non credebas ea confitenda, propter quæ ipse eras nobis ambiendus? Quamobrem malebas vim facere, quam persuadere, si poteram pellici cognita conditione? Cujus nunc est tibi utilitatis formula sacramenti, et lingua testata Deam præsentem? Animus est, qui jurat; nihil juravimus cum illo. Ille solus potest facere fidem prolatis. Consilium et conscia sententia mentis jurat, et nulla vincula nisi voluntatis sunt firma. Si volui tibi polliceri nostrum connubium, repete jura debita lecti promissi: sed si nihil exhibuimus, nisi sonum sine voluntate, frustra habes voces destitutus suo valore. Ego non juravi; legi verba jurantia. Non eras mihi vir legendus isto modo. Sic falle alias; epistola sequatur pomum. Si hoc est firmum, tolle magnas divitias locupletis. Fac*

*puella dolo.*—127 Med. Sa. et primæ edd. *More boni.*—129 Vulg. *Cur, cum me.*—139 Francio placebat, *Si tibi nil. Al. valui prom.*—144 Sa. et edd. antiquæ *legendus eris.* Cod. Sa. et Gu. 3. in hoc versu desinunt, ut et ed. Veneta ann.

## NOTÆ

- 127 *Non corrumpere*] Sed potius aperte ambire, et sibi sponsam petere.  
 128 *Capienda*] Fraude circumvenienda.  
 129 *Ea non profitenda*] Genus, puta, divitias, aliaque ejusmodi quæ ambientes proci solent prætereendere.  
 133 *Jurandi*] Formula jurisjurandi. Gall. *Le serment conçu dans les propres termes du Droit.*  
 138 *Et nisi iudicii*] Id est, et nullus, nisi qui attendit, et iudicio suo utitur, sacramento alligatur.  
 144 *Legendus*] Eligendus. Ludus verborum.  
 145 *Decipe*] Ab absurdo, Acontii dolum arguit.  
 146 *Magnus*] Eodem dolo divitias extorque. Ineptam, ut videtur, Acontii rationem irridet. At vero in

- Fac, jurent Reges sua se tibi regna duros ;  
 Sitque tuum, toto quicquid in orbe placet.  
 Major es hac ipsa multo (mihi crede) Diana,  
 Si tua tam præsens litera numen habet. 150  
 Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negavi,  
 Cum bene promissi causa peracta mei est ;  
 Confiteor, timeo sævæ Latoidos iram ;  
 Et corpus lædi suspicor inde meum.  
 Nam quare, quoties socialia sacra parantur, 155  
 Nupturæ toties languida membra cadunt ?  
 Ter mihi jam veniens positas Hymenæus ad aras  
 Fugit, et e thalami limine terga dedit.  
 Vixque manu pigra toties infusa resurgunt  
 Lumina ; vix moto corripit igne faces. 160  
 Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,  
 Et trahitur multo splendida palla croco.

*Reges jurent se tibi tradituros sua regna: et tuum fiat quicquid arridet in toto mundo. Multo major es, (mihi crede,) huc ipsa Diana, si tuum scriptum habet numen tam certum. Postquam tamen hæc dixi, postquam constanter me tibi recusavi, postquam causa promissi mei est bene perorata; fateor, metuo iram crudelis Latoidos; et suspicor meum corpus inde affligi. Nam quamobrem, quoties sacra conjugalia adornantur, toties artus tabidi languent nupturæ? Jam ter Hymenæus accedens ad altaria mihi admota recessit; et vertit terga e limine cubiculi. Et lumina toties instillata manu segni ægre accenduntur; vix tædas capit igne concusso. Sæpe odores fluunt coma redimitu, et palla fulgens multo croco trahitur. Cum*

//////////

1474.—146 Heins. *ditibus aufer.*—148 Francius *patet.*—149 Idem, *hoc ipsa.*—157 *Ad aras* a conj. Slichtenhorst. vulgo *ad aures*: Francius *positis Hymenæus ab aris*. Douza *auras faciebat.*—159 Heins. conj. *incussa*: Francius, *perfusa.*—

#### NOTÆ

- superioris epistolæ argumento legem vidimus, qua Cydippes ratiocinatio tollitur.  
 150 *Præsens*] Certum et propitium.  
 151 *Hæc*] Ea omnia intellige, quæ, ut Acontii dolum eluderet, dixit Cydippe.  
 152 *Firma*] Pro *Firmiter*.  
 152 *Peracta*] *Achevée de pluide*.  
 153 *Latoidos*] Dianæ, Latonæ filia. Patronymicum est Græcum, a Ἀττώ, Latona, η in α de more mutato.  
 154 *Inde*] A Dianæ ira.  
 155 *Socialia*] Nuptiarum.  
 158 *Terga dedit*] Abivit. Nuptiæ interruptæ sunt.  
 159 *Pigra*] Lassa; toties accendendo.  
*Infusa*] Oleum nempe infunditur lampadibus.  
*Resurgunt*] Accenduntur.  
 160 *Lumina*] Faces nuptiales.  
*Vix moto*] Hypallage, pro *Vix motis et adhibitis facibus corripit ignem*.  
 162 *Trahitur*] ‘Et longa cyclade verit humum.’ Propert.

Cum tetigit limen, lacrymas mortisque timorem

Cernit, et a cultu multa remota suo.

Projicit ipse suas deducta fronte coronas,

165

Spissaque de nitidis tergit anoma comis.

Et pudet in tristi lætum consurgere turba :

Quique erat in palla, transit in ora rubor.

At mihi (væ miseræ !) torrentur febribus artus :

Et gravius justo pallia pondus habent.

170

Nostraque plorantes video super ora parentes :

Et, face pro thalami, fax mihi mortis adest.

Parce laboranti, picta Dea læta pharetra ;

Daque salutiferam jam mihi fratris opem.

Turpe tibi est, illum causas depellere leti ;

175

Te contra titulum mortis habere meæ.

Numquid, in umbroso cum velles fonte lavari,

Imprudens vultus ad tua labra tuli ?

*Hymenæus pervenit ad limen, videt lacrymas et metum leti, et multa aliena ab ornatu suo. Ipse deripit fronte contracta sua sarta, et abstergit densa anoma de unctis capillis. Et festivum pudet exultare in mæsta turba: et rubor, qui erat in palla, transmittitur in vultum. At (væ miseræ!) membra mihi æstuant febribus; et pallia sunt æquo graviora. Et video parentes flentes super nostram faciem: et tæda leti mihi adest pro tæda nuptiarum. Ignosce ægrotanti, Dea gaudens pharetra decora; et mihi jam præbe auxilium salutiferum fratris. Indecorum est tibi, illum removere causas mortis; te contra esse causam mei obitus. Anne, cum velles ablui in fonte opaco, inscia converti oculos ad tua balnea? Omisine altaria*

164 Francius cuncta pro multa.—165 Heins. *adducta fronte*: Burm. *cum Francio sua deductas fronte coronas*.—167 Pro *consurgere* Burm. Sec. *consistere*

## NOTE

*Palla*] Vestis est proprie muliebris exterior, qua palam ntebantur.

*Croco*] Lutei coloris esse crocum, atque eo colore, non modo nubentium flammæum, seu capitis tegumentum, sed alia quoque nuptiis dicata vestimenta fuisse alii observaverunt.

164 *Remota*] Enimvero cum lacrymis aut timore Hymenæus a nubentibus puellis non solet excipi.

165 *Deducta*] Contracta; unde tristitia seu mæstitia cognoscitur.

166 *Nitidis*] Unguento delibutis.

*Anoma*] Pro quovis unguento. Est

vero Amomum exoticus frutex, anti- quis in odoribus pretiosus, ex cujus floribus Hymenæi corollæ.

168 *Rubor*] Aliquid ex rubeo habet croceus color.

170 *Gravius*] Propter debilitatem ex febris.

173 *Dea*] Diana.

*Læta pharetra*] Pharetrata.

174 *Fratris*] Apollinis; qui Medicæ præest.

175 *Illum*] Apollinem, fratrem tuum.

176 *Titulum mortis habere*] Causam

- Præteriine tuas de tot cœlestibus aras ?  
 Atque tua est nostra spreta parente parens ? 180  
 Nil ego peccavi, nisi quod perjuria legi ;  
 Inque parum fausto carmine docta fui.  
 Tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem,  
 Thura feras : prosint, quæ nocuere, manus.  
 Cur, quæ succenset, quod adhuc tibi pacta puella 185  
 Non tua fit, fieri ne tua possit, agit ?  
 Omnia de viva tibi sunt speranda : quid aufert  
 Sæva mihi vitam, spem tibi Diva mei ?  
 Nec tu credideris illum, cui destinor uxor,  
 Ægra superposita membra fovere manu 190  
 Assidet ille quidem, quantum permittitur ipsi ;  
 Sed meminit nostrum virginis esse torum.  
 Jam quoque nescio quid de me sensisse videtur ;  
 Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.

*tua de tot cœlestibus ? Anne et mater tua contempta est a nostra matre ? Ego nihil admisi, nisi quod legi perjuria ; et fui perita in carmine infelici. Tu quoque, si non simulas amorem, adole thura pro nobis : manus, quæ obfuerunt, juvent. Quamobrem illa, quæ irascitur, quod puella tibi promissa non fit tua, efficit ne tua queat fieri ? Omnia sunt tibi expectanda de vivente : quamobrem Dea crudelis tollit mihi vitam, tibi spem mei ? Nec tu arbitratus fueris illum, cui conjux additor, calefacere artus morbidos manu admota. Ille quidem assidet, quantum ipsi conceditur : sed recordatur nostrum lectum esse virginis. Videtur jam quoque nescio quid ofsecisse de me ; nam lacrymæ sæpe illi defluunt causa occulta. Et minus*

maluit.—179 Ed. Parm. *Præteriine*.—180 Al. *Aque tua*.—182 *Capta fui* Heins. —186 *Fit* reposuit Heins. scripti *sit*.—191 *Pro ipsi* Heins. *agræ*. Burm. legendum vult, *Assidet ille quidem, (tantum permittitur ipsi) Sed, &c.*—193 Vul-

## NOTÆ

esse mortis meæ.

178 *Vultus*] Immeritam se a Diana plecti queritur Cydippe ; quæ nec ipsam nudam, sicut Actæon, viderit ; nec alio modo in ipsam peccaverit.

179 *Præteriine*] Istud fecit Cæneus Calydoniæ rex ; in cujus rei vindictam Diana ‘ Cæneos ultorem spreta per agros Misit aprum ;’ ut ipse loquitur Ovidius.

180 *Spreta*] Alludit ad fabulam Niobes ; cujus omnis proles, quod ea sese Latonæ præferre non dubitasset,

*Delph. et Var. Clas.*

Apollinis et Dianæ sagittis confecta est.

181 *Perjuria*] Versus, qui perjurio locum præbuerunt.

183 *Tu quoque*] Jam ad Acontium sese convertit Cydippe.

*Mentiris*] Simulas, quem non sentis, Amorem.

184 *Feras*] Ad Dianæ altaria, scilicet mihi fiat propitia.

186 *Fierine*] Videlicet Acontio non potuisset nubere mortua Cydippe.

187 *Quid*] Propter quid ? Cur ?

*Ovid.*

2 A

Et minus audacter blanditur, et oscula rara	195
Accipit, et timido me vocat ore suam.	
Nec miror sensisse, notis cum prodar apertis :	
In dextrum versor, cum venit ille, latus.	
Nec loquor, et tecto simulatur lumine somnus ;	
Captantem tactus rejicioque manum.	200
Ingemit, et tacito suspirat pectore ; meque	
Offensam, quamvis non mereatur, habet.	
Hei mihi, quod gaudes, et te juvat ista voluptas !	
Hei mihi, quod sensus sum tibi fassa meos !	
Si mihi lingua foret, tu nostra justius ira,	205
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.	
Scribis, ut invalidum liceat tibi visere corpus :	
Es procul a nobis ; et tamen inde noces.	
Mirabar, quare tibi nomen Acontius esset :	
Quod faciat longe vulnus, acumen habes.	210

*libere me delinit, et sumit rara suavia, et me dicit suam ore pavido. Nec miror eum olfecisse, cum indicer signis manifestis. Quando ille accedit, me avertō in dextrum latus. Nec loquor, et somnus fingitur clausis oculis ; et repello manum quærentem me tangere. Gemit, et suspirat pectore secreto ; et me invenit infensam, quamvis immeritus. Me miseram, quod lætaris, et istud gaudium tibi prodest ! Me miseram, quod tibi aperui mea cogitata ! Si liceret mihi dicere, tu, qui mihi ponebas laqueos, potius merebaris nostram iram. Scribis, ut tibi concedatur invisere corpus infirmum. Longe es a nobis ; et tamen inde officis. Stupebam, quamobrem nomen tibi esset Acontius : habes aciem, quæ plagam impingat e longinquo. Certe*

go Et quoque : ed. Parm. Et quoque jam nescio ; unde Heins. legit Jam quoque nescio quid, et de te pro de me.—198 Margo Bersm. cum vocat.—200 Rejicioque Heins.—203 Hei mihi hoc et seq. versu reposuit Gronov. vulgo Si mihi.—

## NOTÆ

192 *Meminit*] Illibatam omnino virginitatem esse testatur.

195 *Rara accipit*] Accipiebat tamen : quod durum Acontio.

198 *Dextrum*] Alii habent lævum, sensu eodem ; nam utrumlibet assumas, pari modo, Cydippen a sponso sese avertisse, intelligitur.

199 *Lumine*] Oculis.

200 *Cuptantem tactus*] Volentem me tangere.

201 *Meque*] Immo me quod. Heinsius.

202 *Offensam*] Immo infensam ; quod ex illo intelligitur.

203 *Voluptas*] Heinsius corrigit simulas.

205 *Si mihi lingua foret*] Locus corruptus. Si me digna forem argute elegantissimus Gronovius. Heinsius. Annon tamen sic possemus exponere, Si mihi lingua foret, id est, Si mihi dicere liceret ?

208 *Et tamen inde*] Quasi dicat ; Cur patiar ut propius accedas ?

210 *Acumen*] Cuspidem ; quasi di-

Certe ego convalui nondum de vulnere tali;  
 Ut jaculo, scriptis eminus icta tuis.  
 Quid tamen huc venias? sane ut miserabile corpus,  
 Ingenii videas bina tropæa tui.  
 Concidimus macie, color est sine sanguine; qualem 215  
 In pomo refero mente fuisse tuo.  
 Candida nec mixto sublucent ora rubore;  
 Forma novi talis marmoris esse solet.  
 Argenti color est inter convivia talis,  
 Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ. 220  
 Si me nunc videas, visam prius esse negabis:  
 Arte nec est, dices, ista petenda mea:  
 Promissique fidem, ne sim tibi juncta, remittes,  
 Et cupies illud non meminisse Deam.  
 Forsitan et facies, jurem ut contraria rursus; 225  
 Quæque legam, mittes altera verba mihi.  
 Sed tamen aspiceres vellem, prout ipse rogabas,  
 Et discas sponsæ languida membra tuæ.

*ego nondum valetudini sum restituta ex tali plaga, vulnerata ex longinquo tuis literis, tanquam jaculo. Quamobrem tamen huc accedas? Anne ut aspicias corpus flebile, bina tropæa tui ingenii? Penitus languescimus macie; color est exsanguis, et pallidus; qualem recorder fuisse in pomo tuo. Nec facies niveu splendet suffuso rubore: species nuper politi marmoris consuevit esse talis. Color argenti inter epulas, quod pallet madefactum frigore aquæ gelidæ, est talis. Si me nunc aspicias, negabis antea fuisse aspectum; nec, dices, ista est ambienda meis dolis: et remittes fidem polliciti, ne sim tibi connexa; et optabis Deam non recordari illius. Forsitan etiam efficias, ut rursus jurem opposita; et mihi mittas alia verba, quæ legam. Sed tamen optarem videres, sicuti ipse orabas, et cognosceres artus infirmos tuæ*

//////////

205 Ed. Parm. *At mihi.*—213 Al. *omittunt ut: Heins. anne ut miserabile corpus: Francius ut me et miserabile corpus.*—223 *Juncta Med. vulgo victa: Heins. conj. vincta.*—224 *Francius maluit, Et cupies ipsam.*—225 *Heins. conj. facias;*

#### NOTÆ

cat, Tu revera es jaculum. Alludit ad nominis significationem; ἀκόντιον enim jaculum est Latine.

214 *Bina*] Prius cum ipsam versibus in pomo scriptis fefellit; posterius, cum in eandem Dianæ iram excitavit.

*Tropæa*] Signa sunt victoriæ, et hostis profligati, ab hostium conver-

sione et fuga Græce sic dicta.

216 *Refero mente*] Animo reputo; in memoriam revoco.

217 *Sublucent*] Optime expressit.

218 *Novi*] Non a longo tempore secti, aut politi. Album vero marmor intelligitur.

222 *Arte*] Dolis.

223 *Promissi*] Matrimoniale spon-

Durius et ferro cum sit tibi pectus, Aconti,

Tu veniam nostris vocibus ipse petas.

230

Ne tamen ignores, ope qua revalescere possim;

Quæritur a Delphis fata canente Deo.

Is quoque nescio quam, nunc ut vaga fama susurrat,

Neglectam queritur testis habere fidem.

Hoc Deus et vates, hoc et mea carmina dicunt:

235

At desunt voto carmina nulla tuo.

Unde tibi favor hic? nisi quod nova forte reperta est,

Quæ capiat magnos litera lecta Deos.

*sponsæ. Quamvis cor geras immitius etiam ferro, Aconti; tu ipse peteres veniam nostro nomine. Ne tamen nescias, quo auxilio possim valetudini restitui; exquiritur a Deo prædicente fata Delphis. Ille quoque nunc, ut incerta fama murmurat, queritur, nescio quam negligere fidem testis. Deus et vates, et mea carmina hoc prædicant: ah! nulla carmina destituunt tua vota. Unde tibi hæc gratia? nisi quod forsitan novum scriptum inventum, quod lectum implicet magnos Deos. Te*

//////////

et mox mittas.—227 Burm. pro *noscas vult discas legi.*—229 Margo Bersm. *si sit tibi:* Heins. *Durius ut ferro jam sit tibi pectus, Aconti.*—233 *Is quoque*

#### NOTÆ

sionem.

229 *Durius et ferro cum*] Putat ab auctore scriptum fuisse clar. Heinsius, *Durius ut ferro jam.* Quidam pro *cum*, exhibent *si*; quod idem Heinsius non annotavit.

230 *Nostris vocibus*] Adeoque et nomine.

232 *Delphis*] Delphi, urbs Phocidis ad Parnassum montem, Apollinis oraculo celebris.

233 *Is*] Apollo. Versum vero hunc, cum tribus sequentibus, quos ut inexplicabiles aliis discentiendos remisit Mycillus, alii reliquerunt, ita explicare conabor, ut aliorum etiam iudicio meam quoque explicationem lubentissime subjiciam.

*Quoque*] Sicut et Diana.

*Nescio quam*] Puellam scilicet.

*Ut vaga fama*] Dixerat 'nescio quam,' quæ tamen eam se esse sciebat; adeoque ne mendacii argueretur, si ex se loqui videretur, 'ut vaga

fama susurrat,' addidit.

234 *Neglectam habere*] Negligere. Terent. in Euncho, 'Quæ nos nostramque adolescentiam habent despicatam.'

*Testis*] Apollo; perjurii Cydippes, una cum sorore Diana, conscius. Sensus itaque totius Distichi hic est, *Is quoque Apollo testis queritur nescio quam puellam (ut quidem fama loquitur) habere fidem neglectam.*

235 *Hoc*] Neglectam esse fidem.

*Vates*] Acontius, scilicet.

*Carmina*] Latenter indicat versus suos incerta manu aut etiam stylo scriptos, neglectam Dianam arguere, quæ morbum immiserit.

236 *At*] Lego *Ah!*

*Carmina nulla*] Ludit in vocis homonymia, quæ incantationem, vaticinium, et versus significat: atque his omnibus usus est Acontius.

238 *Capiat*] Sicuti capta sum.



Teque tenente Deos, numen sequor ipsa Deorum ;  
 Doque libens victas in tua vota manus. 240  
 Fassaque sum matri deceptæ fœdera linguæ,  
 Lumina fixa tenens, plena pudoris, humo.  
 Cetera cura tua est: plus hoc quoque virgine factum,  
 Non timuit tecum quod mea charta loqui.  
 Jam satis invalidos calamo lassavimus artus, 245  
 Et manus officium longius ægra negat.  
 Quid, nisi quod cupio me jam conjungere tecum,  
 Restat, ut ascribat litera nostra? Vale.

*habente etiam Deos, ipsa consequor numen Deorum; et sponte trado manus superatas in tua desideria. Et aperui matri fœdera linguæ ludificatæ, defigens in terram oculos pudore suffusos. Reliqua cura est tua: hoc quoque factum ultra quam deceat virginem, quod mea charta non metuit tecum sermonem habere. Jam satis fatigavimus stylo membra infirma; et manus morbida recusat prolixius servitium. Quid superest, ut nostra epistola adjiciat, Vale, nisi quod opto me jam tecum copulare?*

Med. Alii *Et quoque*.—239 Alii *Deo tenente*: Fran. corr. *te venerante Deos*. Aliæ Editt. *nomen sequor*. Vetus liber *pacis sequor*; unde Heins. conj. *partes sequor*.—247 Heins. *nisi cum cupiam*.

## NOTÆ

239 *Teque ten.*] Quandoquidem Deos ipsos etiam tenes, propitios habes, et iis uteris. 243 *Plus hoc*] Ultra quam virginem deceat.

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

1871

P. OVIDII NASONIS

A M O R U M

LIBRI TRES.

## INDEX CODICUM.

---

- A.* Ambrosianus.  
*Apr.* Codex Angeli Aprosii Intimeli.  
*Arund.* Arundelianus.  
*Arg.* Argentinensis.  
*Barb.* Codex Barberini.  
*Ba.* Cod. Bartholini.  
*Be.* Bernensis.  
*Bo.* Bodleianus. *Fragm. Bo.* Fragmentum Bodleianum.  
*Boxh.* Cod. Marci Zuerii Boxhornii.  
*C.* Commelinianus.  
*Cant.* Cantabrigiensis.  
*Cav.* Codex Andreae Cavalcantis, Patricii Florentini, Heinsio donatus.  
*D.* Codex Jani Douzæ.  
*F.* Farnesianus.  
*Fl.* Florentinus.  
*Fr.* Francofurtensis.  
*Gl.* Glaserianus.  
*Gr.* Gronovianus.  
*H.* Herculanus.  
*Ha.* Hafniensis.  
*Helm.* Helmstadiensis.  
*Jun.* Codex Junii.  
*I.* Codex Jureti. *Exc. I.* Excerpta Jureti.  
*Li.* Lincolnensis.  
*Leid.* Leidensis.  
*Ma.* Maffeanus.  
*Maz.* Mazarinianus.  
*Me.* Codex Mentelii.  
*Med.* Medicus.  
*Mor.* Codex Moreti.  
*N.* Neapolitanus.  
*O.* Oxoniensis. *Fragm. O.* Fragmentum Oxoniense.  
*P.* Codex Puteani. *Exc. P.* Excerpta Puteani.  
*Pal.* Codex bibliothecæ Palatinæ.  
*Pat.* Patavinus. *Fragm. Pat.* Fragmentum Patavinum.  
*Pet.* Codex Petavii.  
*Pol.* Codex Politiani. *Exc. Pol.* Excerpta Politiani.  
*R.* Regius Parisiensis. *Fragm. R.* Fragmentum Regium.  
*Ro.* Rottendorphianus.  
*Sa.* Sarravianus.  
*Sc. et Scr.* Codex Petri Scriverii.  
*Scal.* Codex Josephi Scaligeri. *Exc. Scal.* Excerpta Scaligeri.  
*Sch.* Codex Schefferi.  
*Th.* Codex Thuani.  
*To.* Tomasinianus.  
*V.* Vaticanus.  
*Voss.* Codex Vossii. *Exc. Voss.* Excerpta Vossii.

EPIGRAMMA  
N A S O N I S

IN

AMORES SUOS.

---

QUI modo Nasonis fueramus quinque libelli,  
Tres sumus: hoc illi prætulit auctor opus.  
Ut jam nulla tibi nos sit legisse voluptas;  
At levior dentis pœna duobus erit.

*Nos qui fueramus nuper quinque libelli Nasonis, tres sumus: auctor magis probavit hoc opus illo. Quanvis jam nulla tibi contingat voluptas nos legisse; at labor minor erit duobus sublati.*

//////////

3 *Ut jam nulla tibi nos* Fragm. R. Exc. Jur. et P. item N. vulgo *Ut jam nulla tibi non*: nonnulli *Ut non ulla tibi jam*: M. et unus Pa. *Ut jam multa tibi non*.

NOTÆ

1 *Quinque*] Hinc patet Ovidium plura, quam vulgaverit, Amorum volumina scripsisse; multaque ab ipso recognita et castigata fuisse. Quod iis laudabili exemplo esse potest, qui lituras metuunt.

2 *Hoc*] Opus, scil. trium libello-

rum.

*Illi*] Quod quinque habebat.

*Prætulit*] Magis probavit.

3 *Ut*] Quamvis.

4 *At levior*] Modestissima est Poëtæ oratio, et benevolentia captandæ maxime idonea.

P. OVIDII NASONIS

A M O R U M

LIBER I.

---

---

ELEGIA I.

*Quod a Cupidine pro bellis amores scribere coactus sit.*

ARMA gravi numero, violentaque bella, parabam  
Edere, materia conveniente modis.  
Par erat inferior versus: risisse Cupido  
Dicitur, atque unum surripuisse pedem.

*Cogitabam proferre arma et bella sæva metro grandiloquo, materia accommodata modulationibus. Versus posterior erat æqualis: Cupido perhibetur risisse, atque*

//////////

2 Fr. *Procre, materia.*—5 *In carmina* Fragma. R. vulgo *in carmine.*—6 R.

NOTÆ

1 *Gravi*] Heroico carmine, scil. quod est grandiloquum, et auctoritate plenum.

2 *Edere*] Versibus meis scribere.

*Materia*] Eo nomine appellatur argumentum, seu res de qua in opere, Poëmate puta, aliquo agitur.

*Conveniente*] Enimvero Heroicum carmen dignitatem habet et pondus, magnis rebus, qualia sunt arma et bella, describendis aptum.

*Modis*] Metrorum modulationibus.

3 *Par*] Primo similis.

*Inferior*] Secundus.

4 *Surripuisse*] Clam et furtim rapuisse; ut Amoribus, non bellis convenientem versum efficeret, atque ita Poëtam ad se perduceret.

*Pedem*] Pes est in versu syllabarum et temporum certa dimensio. In Hexametro, ut nomen ipsum indicat, sex numerantur; ex quibus unum

- Quis tibi, sæve puer, dedit hoc in carmina juris? 5  
 Pieridum vates, non tua turba, sumus.  
 Quid? si præripiat flavæ Venus arma Minervæ,  
 Ventilet accensas flava Minerva faces?  
 Quis probet in sylvis Cererem regnare jugosis?  
 Lege pharetratæ Virginis arva coli? 10  
 Crinibus insignem quis acuta cuspide Phœbum  
 Instruat, Aoniam Marte movente lyram?  
 Sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna:  
 Cur opus affectas, ambitiose, novum?  
 An, quod ubique, tuum? tua sunt Heliconia Tempe? 15  
 Vix etiam Phœbo jam lyra tuta sua est?

*furtim sustulisse unum pedem. Quis tibi tribuit hoc imperii in versus, puer crudelis? Nos Poëta sumus cætus Musarum, non tuus. Quid, si Venus auferat arma flavæ Minervæ, Minerva flava agitet tædas inflammatas? Quis laudet Cererem imperare in sylvis montosis? agros subigi lege virginis pharetra instructæ? Quis amet Phæbum decorum crinibus mucrone acuto, Marte pulsante lyram Aoniam? Obtines magna imperia, puer, et nimium valida. Quamobrem, ambitiose, appetis insolitum opus? An tuum est quoddamque est ubique? Tempe Heliconia suntne tua? Vix etiam sua lyra est jam segura Phæbo? Cum nova pagina bene aucta*

*turma sumus: unus Pa. et V. membra.—7 Pa. 8. si præcipiat.—9 N. unus, pugnare jugosis.—11 F. Crinibus intonsum.—13 Mo. unus, Sat tibi magna.—*

## NOTÆ

si detrahas, Pentameter efficitur Elegiacus, scribendis Amoris aptus.

5 *Quis*] In Amorem invehitur Poëta.

*Hoc*] Ut illis pedes possis amputare.

6 *Pieridum*] Musarum. A Pierio monte dictæ Musæ Pierides.

7 *Quid*] Unumquemque negotia resque suas curare debere, non in aliena involare, ab absurdo Amori probare pergit Poëta. *Que seroit-ce si Venus ôtoit le casque a la blonde Pallas?*

*Arma*] Belli, ut sapientiæ, Deam esse Minervam, notius est, quam, ut cognoscatur, eam opus sit casside, scuto, et lancea instruere, aut noctua stipare.

8 *Ventilet*] Ut magis auccndat: quod Veneris est officium.

*Faces*] Amoris intellige, quibus hominum corda vulnerat.

9 *In sylvis*] Ubi Diana regnat.

*Cererem*] Frugum Deam.

*Regnare*] Difficile est ibi feliciter provenire segetes, ubi ligna, montes, feræ, &c.

10 *Pharetratæ*] Dianæ.

11 *Cuspide*] Hasta; qua in bello Deus Mars utitur.

12 *Aoniam*] Aonia Bæotiæ est pars montana, Musis sacra; unde, quamobrem lyra Aonia dicatur, perspicuum est.

*Lyram*] Quæ non Martis, sed Apollinis seu Phæbi est instrumentum.

13 *Nimiumque potentia*] Jus enim habet cæcus puer etiam in Deos dominos.

14 *Norum*] Versus facere.

Cum bene surrexit versu nova pagina primo,  
 Attenuat nervos protinus ille meos.  
 Nec mihi materia est numeris levioribus apta,  
 Aut puer, aut longas comta puella comas. 20  
 Questus eram; pharetra, cum protinus ille, soluta,  
 Legit in exitium spicula facta meum:  
 Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum:  
 Quodque canas, Vates, accipe, dixit, opus.  
 Me miserum! certas habuit puer ille sagittas. 25  
 Uror; et in vacuo pectore regnat Amor.

*est versiculo primo, ille statim minuit chordas meas. Nec materiam habeo idoneam modis tenuioribus, seu puerum, seu puellam cujus sint ornati prolixi capilli. Conquestus eram; cum ille continuo expedita pharetra dispexit sagittas paratas in meam ruinam; et genu telendit strenue arcum curvatum; et inquit: Tene, poeta, opus quod cantes. Hei mihi! ille puer habuit spicula certa. Ardeo; et Amor imperat*

//////////

18 Gl. Fr. et duodecim al. *Attenuat numeros*: Fr. a manu sec. *Att. ludos*. *Fragm. R. exc. Scal. et P. cum altero R. proximus ille*: Fr. *proximus ille suos*.—19 Al. *Nunc mihi, vel Hæc mihi*. D. *numeris brevioribus*.—20 Sa. a manu pr. *Quam puer*.—22 Scr. et Pa. *Traxit in. F. spicula dira*.—23 M. unus *Curvavitque*.—26 Unus Mo. *Vicit, et in*.

#### NOTÆ

15 *Heliconia*] Vireta, quæ ad Heliconem, Bœotix montem, Musis virginibus sacrum, sunt.

*Tempe*] Vallis est Thessaliæ, inter Olympum et Ossam montes, juxta Peneum fluvium lætissima; cujus nomine amœnissima quæque loca vocantur.

16 *Vix*] Siquidem singulis sua præripere Amor instituat, jamque ad Musicam artem furtivas manus admoverit.

17 *Cum bene*] Cum vehementi spiritu bella scribere institui, primumque versum signavi.

18 *Attenuat*] Minuit. Enimvero Pentameter Hexametro uno pede est brevior.

*Nervos*] Vires; quæ per nervos exeruntur.

19 *Numeris levioribus*] De versu Elegiaco loquitur, qui propter Pen-

tametrum præsertim levior hoc in loco dicitur.

20 *Comta comas*] Pro Comtas habens comas: Græcismus, cujusmodi sæpe Horatius utitur.

21 *Questus eram*] Quod, nulla mihi ad elegos occurrente materia, vires ad scribendum heroicum carmen subtraxisset.

22 *Legit*] Delegit: Gall. *Il choisit des flèches*.

23 *Lunavit*] Curvavit.

*Genu*] Qui arcus tractant, quantum sibi, ex genu, virium, in intendendis iis accedat, optime nerunt. Hinc noster *Metam. v.* 'Oppositoque genu curvavit flexile cornu.'

24 *Accipe*] Intelligendum est, eo tempore quo sagittam immisit, et Poëta vulneratus est, istud dixisse *Amorem*.

25 *Certas*] Certæ dicuntur Cupi-



Sex mihi surgat opus numeris; in quinque residat.

Ferrea cum vestris bella valete modis.

Cingere littorea flaventia tempora myrto,

Musa, per undenos emodulanda pedes.

30

*in corde inani. Opus mihi initium ducat sex pedibus, in quinque desinat. Bella dura, discedite cum vestris modis. Musa, fingenda per numeros undenos, redimitor tempora flaventia myrto littorea.*

## NOTÆ

dinis sagittæ, quod nunquam a scopo aberrent.

26 *Uror*] Amore, scil. Cupidinis ictus sagitta.

*Vacuo*] Antequam vulneraretur libero.

27 *Sex*] Tot sunt in Hexametro pedes.

*Surgat*] Elegos scripturum se, versibus Hexametris et Pentametris constantes, materia jam ab Amore large præbita indicat Ovidius.

*Quinque*] Numeros, scil. seu pedes, quibus Pentameter clauditur.

*Residat*] Videtur vero Hexameter pedem et cursum suum in Pentametro sistere.

29 *Cingere*] Musam compellat,

quam lubentem et hilarem cupit habere.

*Littorea*] Littora amante.

*Flaventia*] Musis flavi crines affinguntur.

*Myrto*] Quæ Veneri dicata est, atque in sertis, coronis, et odoribus adhibetur.

30 *Musa*] Erato præsertim intelligitur, a canendis Amoribus nomen Græce sortita: nisi mavis Elegiam cum Poëta appellare.

*Undenos*] Undecim vero in Hexametro et Pentametro, seu versu Elegiaco, numerantur pedes. *Undenos* autem dixit, non *undecim* signate, quia recurrunt alterna carmina.

---



---

## ELEGIA II.

*Quod primo amore correptus, in triumphum duci se a Cupidine patiatur.*

**ESSE** quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur

Strata, neque in lecto pallia nostra sedent?

*Quid credam hoc esse, quod lectus mihi videtur tam durus, neque vestimenta nostra*

Hanc Chartaceus Scriverii, Sarravii (et Francof.) codices Elegiam superiori

## NOTÆ

1 *Dura*] Ita videntur iis qui noctem insomnem ducunt.

2 *Strata*] Vestimenta sunt, quibus lectus sternitur.

Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi;

Lassaque versati corporis ossa dolent?

Nam puto sentirem, si quo tentarer amore.

5

An subit, et tacita callidus arte nocet?

Sic erat: hæserunt tenues in corde sagittæ;

Et possessa ferus pectora versat Amor.

Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?

Cedamus: leve fit, quod bene fertur, onus.

10


Vidi ego jactatas mota face crescere flammæ;

Et vidi nullo concutiente mori.

Verbera plura ferunt, quam quos juvat usus aratri,

Detrectant pressi dum juga prima boves.

*manent in eo? et transmissi noctem, quam proluxa est, insomnem; et corporis agitati ossa defessa dolent? Nam credo adverterem, si aliquo amore correptus essem. An irrepit, et versutus officit dolo furtivo? Sic erat: spicula exigua steterunt cordi inflata: et amor sævus concutit corda obsessa. Cedimusne? an augemus flammam repentinam agitando? Cedamus: sarcina quæ æquo animo fertur fit levis. Ego adverti flammam agitatam augeri face concussa: et adverti extinguï nemine jactante. Tauri læsi, dum recusant prima juga, patiuntur plura flagra, quam quos consuetudo aratri non lædit. Equus indomitus læsa habet ora asperis*



annectunt, ut et veterrimum fragmentum Regiæ Bibliothecæ, neque ulla inscriptio, aut novæ Elegiæ signum ullum apparet: in margine quoque Sarraviani scriptum erat, *potest continuari*: in Regio autem præfigebatur titulus, *Ad Cupidinem*. Heinsius.—2 Fr. et quidam al. *nostra jacent, vel manent*.—3 Primus Med. *vacuam*. Unus Pa. *longamque peregi*.—4 Al. *ossa jacent*.—5 Douza *si aliquo*. Pa. et Fr. *tractarer amore, forte pro jactarer*.—6 Multi *tecta callidus*.—7 Fragm. R. *Sic erit*: Fr. *Sic est*.—10 Duo codd. *Cedimus, ut leve sis; totidem et leve fit*.—11 Unus Pa. et V. *motu flavescere*: Gl. *motu concreescere*: unus Mo. et Exc. D. *motu flammescere*: nonnulli *mota face surgere*.—12 Seneca in *Controvers.* citat *Et rursus nullo*.—13 Burm. pro *juvat conj. levat*.—14 Pa. unus et duo al. *Detr. fessi*. Pa. 3.

#### NOTÆ

*Pallia*] Vestes.

*Sedent*] Qui dormire nequit, sese sæpius versando et agitando omne tandem stragulum excutit.

3 *Quam longa*] Fuit, scilicet. *Tant qu'elle a été longue*.

5 *Nam puto*] Quam ingeniose, videt, dum dissimulat, Amoris ostendit calliditatem, qui furtim in amantium animos obrepit.

7 *Sic*] Furtim in animum meum irrepserat.

*Sagittæ*] Amoris scilicet. quibus ad amandum impellimur.

8 *Versat*] Quocumque cupit, violenter agit.

9 *Cedimus? an*] Utrum melius est?

10 *Bene*] Patienter.

13 *Juvat*] Non lædit.

*Usus*] Consuetudo.

14 *Prima*] Solent juveni, qui nunquam jugum tulerunt, illud impatenter accipere, et excutere; unde etiam verberantur.

Asper equus duris contunditur ora lupatis :	15
Fræna minus sentit, quisquis ad arma facit.	
Acrius invitos, multoque ferocius urget,	
Quam qui servitium ferre fatentur, Amor.	
En ego confiteor : tua sum nova præda, Cupido :	
Porrigimus victas ad tua jura manus.	20
Nil opus est bello : pacem veniamque rogamus :	
Nec tibi laus, armis victus inermis, ero.	
Necte comam myrto ; maternas junge columbas :	
Qui deceat, currum Vitricus ipse dabit.	
Inque dato curru, populo clamante triumphum,	25
Stabis, et adjunctas arte movebis aves.	
Ducentur juvenes capti, captæque puellæ :	
Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.	

*lupatis* : ille minus premitur fræno, quisquis aptus est ad arma. *Amor urit vehementius et multo credelius reluctantes, quam qui profitentur tolerare servitatem. Ecce ego agnosco : sum tua recens præda, o Cupido : tendimus manus connexas ad tua imperia. Nihil opus est bello ; oramus pacem et veniam : nec futurus sum tibi gloria, nudus armis superatus. Redimito capillos myrto ; jugato columbas maternas. Ipse ritricus præbebit currum qui deceat : et sedebis in curru tradito, populo vociferante triumphum ; et reges perite aves jugatas. Juvenes correpti et puellæ correptæ vehentur : hæc pompa erit tibi splendidus triumphus. Ipse ego, rapina*

*dum sua colla* : tres al. *dum juga curva*.—17 Heins. *urit* pro *urget*.—20 Tres Heins. *Porr. victas* : Fr. *nudas* : quatuor scripti *ad tua jussa* : unus Med. *ad tua crura* : Ed. Gryph. ann. 1554. *ad tua vincla*.—23 Antiquæ edd. *comam lauro*.—24 Vulg. *Qui deceat currus*.—25 Unus Heins. *spectante triumphum* :

## NOTÆ

15 *Contunditur ora*] Ora contusa habet : Græcismus.

*Lupatis*] Sunt lupata fræna asperiora, quibus pulli et indomiti equi coërcentur.

16 *Ad arma facit*] Bello aptus est ; adeoque fræno obtemperat.

18 *Servitium*] Sui itaque juris non est qui amat.

21 *Nil opus*] Quia me tibi dedo.

23 *Necte comam*] Cupidinem hortatur, ut se ad triumphum ; cujus elegantissimam descriptionem in sequentibus habemus, accingat.

*Maternas*] Matri Veneri consecra-

tas, quæ ejus etiam currum trahere finguntur.

*Junge*] Ut currum tuum trahant.

24 *Deceat*] Nimirum triumphantibus convenit Martis currus : Amori etiam, qui fera bella gerit.

*Vitricus*] Mars ; qui cum Venere Cupidinis matre concubuit.

25 *Triumphum*] Io Triumphe, vox erat militum suum Imperatorem cum lætitia prosequentium ; quam vocem a Baccho, (qui et Triumphus *θρίαμβος* dictus est,) Auctore Varrone, ortam volunt ; cum ea acclamatione erga Liberum patrem India potitum, usi

Ipse ego, præda recens, factum modo vulnus habebō ;  
 Et nova captiva vincula mente feram. 30  
 Mens Bona ducetur manibus post terga retortis,  
 Et Pudor, et castris quicquid Amoris obest.  
 Omnia te metuent ; ad te sua brachia tendens  
 Vulgus, Io, magna voce, Triumphe, canet.  
 Blanditiæ comites tibi erunt, Errorque, Furorque, 35  
 Assidue partes turba secuta tuas.  
 His tu militibus superas hominesque Deosque :  
 Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.  
 Læta triumphanti de summo Mater Olympo  
 Plaudet, et appositas sparget in ora rosas. 40  
 Tu, pennas gemma, gemma variante capillos,  
 Ibis in auratis aureus ipse rotis.

*nova, habebō plagam modo impactam: et gestabō novas catenas animo captivo. Mens sana transvehetur manibus revinctis post terga, et pudor, et quicquid nocet castris amoris. Omnia te timebunt: vulgus ad te porrigens suos lacertos, cantabit elata voce, Io triumphe. Illecebræ, et error, et furor, turba semper addicta tuis partibus, erunt tibi comites. Tu vincis his militibus et homines et Deos; si tibi subtrahas has copias, vacuus eris. Mater festiva tibi triumphanti gratulabitur ex supremo Olympo; et mittet in vultus rosas admotas. Tu gemma distinguente pennas, gemma decorante comam, veheris curru splendido, ipse splendidus. Tum*

//////////

alius clamante triumphe.—26 Quidam admotas arte.—31 Al. terga revinctis, vel ligatis.—33 Tendens Fragm. R. vulgo tendent.—34 Unus Mor. canent.—35 Errorque prima ed. vulgo terrorque.—37 Unus Mor. tu militiis: Heins. conj. commilitiis, vel commilitibus.—38 Pro commoda Francius conj. agmina.—41 Pennas gemma, gemma variante Fragm. R. et cod. N. cum Exc. Scal. al. gemma gemina: al. pulchros gemma var. al. penna pulchros gemina: Ed. Gryph.

#### NOTE

sint primo ejus milites.

26 *Adjunctas*] Currui alligatas.

*Movebis*] Amori vero quantumvis puero nihil est difficile.

30 *Captiva*] Raro vero captivorum mens capitur.

*Vincula*] Vincti in triumphum ducebantur captivi.

31 *Mens Bona*] Enimvero sanus non est, qui cæco Deo servit.

33 *Omnia*] Plus est multo quam si dixisset *omnes*: nam in bruta, et inanimata etiam Amoris imperium Poëtæ protulerunt.

35 *Blanditiæ*] ‘Venustas, Gaudium, Jocus, ludus, sermo, snavis sententia:’ Plaut. quæ omnia Amorem maxime nutriunt.

*Error*] Hinc licet cognoscere, quam sit Cupido puer amabilis.

38 *Commoda*] Quæ tibi sint usui.

*Nudus*] Inermis et sine viribus: verissime.

39 *Mater*] Venus.

*Olympo*] Mons est Thessaliæ, ob cujus altitudinem cælum ipsum Olympus a Poëtis dictus est.

40 *Rosas*] Quæ Veneri sunt sacræ.

Tum quoque non paucos (si te bene novimus) ures :

Tum quoque præteriens vulnera multa dabis.

Non possunt (licet ipse velis) cessare sagittæ. 45

Fervida vicino flamma vapore nocet.

Talis erat domita Bacchus Gangetide terra :

Tu gravis alitibus ; tigribus ille fuit.

Ergo, ego cum possim sacri pars esse triumphi,

Parce tuas in me perdere, victor, opes. 50

Aspice cognati felicia Cæsaris arma :

Qua vincit, victos protegit ille, manu.

*quoque (si bene te novimus) inflammabis multos : tum quoque transiens infliges multas plagas. Spicula (quamvis ipse cupias) non possunt quiescere. Flamma ardens officit calore propinquo. Talis erat Bacchus tellure Gangetide subacta. Tu es onerosus aribus ; ille fuit tigribus. Ergo, cum possim esse pars sacri triumphi, noli, victor, male consumere adversus me tuas vires. Intuere prospera arma Cæsaris consanguinei : ille tuetur subactos manu qua subegit.*

et al. *pennas gemma et rutilos var.*—46 Vir doctiss. propter illud *ipse velis*, legendum putat *Fervida notico flamma vapore nocet.*—48 Francius legebat *ille suis.*—49 *Ergo, ego cum* septem codd. vulgo *Ergo cum.*—52 *Vincit.* Mor. et tres al. vulgo *vicit.*

## NOTÆ

41 *Pennas*] Alas.

*Gemma*] Alii habent *gemina* ; ut idem quod Maro dixerit Poëta noster, ‘ paribus alis.’

*Variante*] Distinguente et ornante.

42 *Aureus*] Pulcher.

*Rotis*] Curru.

45 *Non possunt*] Quam facile et pronum sit in amorem prolabi, indicat.

46 *Fervida*] Etsi, inquit, facularum tuarum ignis hominum cordibus non applicetur, vicino tamen vapore urit.

*Vapore*] Calore.

47 *Talis*] Qualis tu es, supple, triumphator.

*Gangetide*] Terram Indicam intel-

ligit, a Gange maximo fluvio sic dictam.

48 *Tu gravis*] Differentia inter Bacchum et Cupidinem hæc fuit, quod illius currus tigribus, hujus columbis traheretur.

*Gravis*] Nimirum gravis est animalibus currum trahentibus qui in eo sedet.

50 *Perdere*] Frustra vero ille suas vires exerceat, qui in victum insurgat.

51 *Cognati*] A Venere, per Æneam et Iulum, genus ducere gentem Juliam voluerunt Principum adulatores.

## ELEGIA III.

*Ad amicam.*

**J**USTA precor: quæ me nuper prædata puella est,  
 Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.  
 Ah nimium volui! tantum patiatur amari:  
 Audierit nostras tot Cytherea preces.  
 Accipe, per longos tibi qui deserviat annos; 5  
 Accipe, qui pura norit amare fide.  
 Si me non veterum commendant magna parentum  
 Nomina, si nostri sanguinis auctor eques;  
 Nec meus innumeris renovatur campus aratris,  
 Temperat et sumtus parcus uterque parens; 10  
 At Phœbus, comitesque novem, vitisque repertor,  
 Hoc faciant; et, me qui tibi donat, Amor:  
 Et nulli cessura fides, sine crimine mores,  
 Nudaque simplicitas, purpureusque pudor.

*Æqua oro: aut puella quæ nuper me cepit amet, aut præstet quamobrem ego semper amem. Ah! nimium expetivi: tantum sinat se amari. Cytherea exaudiverit tot nostras petitiones. Recipe, qui tibi serviat per multos annos: recipe, qui sciat amare sincera fide. Si nomina magnifica antiquorum avorum non me decorant; nec eques est auctor nostri sanguinis; nec ager meus iteratur innumeris aratris, et parens uterque tenax modum facit impensæ; at Phœbus, et comites novem, et inventor vitis hoc agant; et amor qui me tuum facit; et fides nulli secunda; mores inculpati; et sincera ingenuitas, et pudor purpureus. Mille non me jurant; non sum*

3. Heins. putabat vori pro volui. Francius, modo se patiatur.—4 Mor. Audieris.—5 Heins. proposuit tibi qui, Dea, serviat annos.—8 Al. nec nostri.—10 Heins. sumtu pro sumtui.—11 Al. jurisque repertor.—13 Pa. Et non

## NOTE

1 *Prædata*] Suum fecit. In eadem a re militari petita metaph. persistit.

4 *Cytherca*] Venus a Cytheris insula, ad quam mari emergens primum appulit.

9 *Renovatur*] Instauratur, colitur: tametsi multa jugera non possideo.

11 *Comitesque*] Musæ.

*Vitisque repertor*] Bacchus; qui adeo sordidarum potatiumcularum non est Deus, ut potius boarum artium auctor sit; quem et carmina docentem in remotis rupibus vidisse, alicubi testatur Flaccus.

Non mihi mille placent : non sum desultor Amoris : 15

Tu mihi (si qua fides) cura perennis eris.

Tecum, quos dederint annos mihi fila Sororum,

Vivere contingat ; teque dolente mori.

Te mihi materiem felicem in carmina præbe ;

Provenient causa carmina digna sua. 20

Carmine nomen habent, exterrita cornibus Io,

Et quam fluminea lusit adulter ave ;

Quæque, super pontum simulato vecta juvenco,

Virginea tenuit cornua vara manu.

*desultor amoris. Tu (si quam mihi fidem habes) eris mihi cura perpetua. Obreniat mihi transigere tecum atatem quam fila sororum indulserint, et excedere vita te afflicta. Dato te mihi materiam latan in versus ; versus fluent digni sua causa. Io tremefacta cornibus, et quam adulter fecellit alite fluviali, nactæ sunt famam veribus ; et quæ, ablata per æquor ficto tæuro, corripuit cornua vara manu puellari.*

*cessuri, non Dis : P. Et nulli censura et Dis : Ed. Gryph. ann. 1554. Et non cessuri, nisi Dis.—15 Desultor P. et Ar. item Exc. P. I. ac Scal. vulgo desertor : quidam delisor : N. simulator.—18 R. te moriente mori. Heins. teque obeunte mori.—19 Alii materiam ; et in carmine.—20 Provenient causa...sua P. et quidam al. vulgo Proveniant causæ c. d. tuæ : Sa. cum al. et edd. nonnullæ causæ suæ : Bersm. et al. causa tua.—21 Vulg. habet : P. cum aliis mendose nomen habent.—24 Vara P. et N. vulgo falsa : Arund. vera : duo al. curva :*

## NOTE

12 *Hoc faciant*] Me commendent.

14 *Purpureus*] Ab effectu ; pudor enim rubore ora inficit.

15 *Mille*] Puellæ, scil.

*Desultor*] Proprie is est, qui ab uno in alium equum novit transulare. Quid sit vero desultor Amoris, satis ex eo quod dixit, ' Non mihi mille placent,' intelligitur.

16 *Si qua fides*] Si mihi credis : Si meis verbis fidem adhibes.

17 *Sorum*] Parcarum ; quæ, lanificio suo, hominibus sortem assignare, et eorum vitam nere, creditæ sunt.

18 *Contingat*] Optantis est.

19 *Felicem*] Felix vero fuerit materia, si se amari patiat, aut mutuo amore teneatur puella : quod petit Poëta.

21 *Nomen habent*] Celebres factæ sunt. Significat vero Auctor amicam

suam, si ipsa velit, carminibus suis nomen gloriamque consecuturam.

*Exterrita cornibus*] Postquam in vaccam a Jove, Junonis metu, transmutata est : quam fabulam plenissime postea in Metam. videbimus.

*Io*] Inachi Argivorum fluvii fuit filia, quam Jupiter amavit.

22 *Quam*] Leda est, Castoris et Pollucis mater, quam Jupiter cygni forma indutus vitavit.

*Fluminea*] Nimirum cygni aquis et fluviis gaudent.

23 *Quæque*] Europa est, Agenoris Phœnicum regis filia ; quam Jupiter in taurum versus rapuit, ac in Cretam transportavit.

*Simulato*] Ille enim qui taurus videbatur Jupiter erat.

24 *Vara*] Introrsum et in se iuicem curva ; qualia sunt plurima tau-

Nos quoque per totum pariter cantabimur orbem ; 25  
 Junctaque semper erunt nomina nostra tuis.

*Nos etiam pariter celebrabimur per omnes terras, et laus nostra semper erit con-  
 nexa tuæ.*

//////////

Exc. D. *pressa*.—25 Francius emend. *Tu quoque per totum par. cantaberis  
 orb.*

#### NOTÆ

rorum cornua.

26 *Nomina*] Atque adeo laudes.

---

### ELEGIA IV.

*Amicam, qua arte, quibusve nutibus in cæna præsentem viro uti  
 debeat, admonet.*

VIR tuus est epulas nobis aditurus easdem :

Ultima cæna tuo sit, precor, illa viro.

Ergo ego dilectam tantum conviva puellam

Aspiciam ? tangi quem juvet, alter erit ?

Alteriusque sinus apte subjecta fovebis ?

Injiciet collo, cum volet, ille manum ?

5

*Maritus tuus venturus est nobiscum ad idem convivium. Oro illa sit ultima  
 cæna marito tuo. Ergo ego conviva intuebor tantum puellam amatam ? alius erit,  
 cui gratum sit tangi ? Et apposite subdita calefacies pectora alterius ? Ille impo-*

//////////

1 *Nobis aditurus* P. et Me. vulgo *nobiscum*.—5 *Multi sinu dextram subjecta* :  
 F. *sinus dextram* ; R. *sinum dextra* ; unus V. *Alterius captam dextram* ; alius  
 cum Arund. *Alteriusque apte dextram* ; unus Med. *Alteriusque sinu dextram*

#### NOTÆ

1 *Nobis*] Pro *nobiscum*, quod est in et Lucretius, et ipse Cicero usus  
 aliis. Græcismus ; quo et Claudianus, est.



Desine mirari, posito quod candida vino

Atracis ambiguos traxit in arma viros.

Nec mihi sylva domus, nec equo mea membra cohærent :

Vix a te videor posse tenere manus. 10

Quæ tibi sint facienda tamen, cognosce; nec Euris

Da mea, nec tepidis verba ferenda Notis.

Ante veni, quam vir: nec, quid, si veneris ante,

Possit agi, video; sed tamen ante veni.

Cum premit ille torum, vultu comes ipsa modesto 15

Ibis, ut accumbas; clam mihi tange pedem.

Me specta, nutusque meos, vultumque loquacem :

Excipe furtivas, et refer ipsa, notas.

*net manum collo, quando libebit? Ne mireris, quod splendida Atracis pellexit in arma viros bimembres vino admoto. Nec sylva est mihi sedes, nec mei artus sunt connexi equo: ægre videor posse abstinere manus a te. Disce tamen quæ sint tibi præstanda: nec trude meas voces rapiendas subsolanis, nec culidis uustris. Adesto prius quam maritus: nec prospicio quid possit fieri, si ante advenris: sed tamen ante veni. Postquam ille accubuerit, ipsa comes accedes facie revecunda, ut assisteas; furtim preme mihi pedem. Me intuere, et nutus meos, et faciem garrulam: recipe signa cludestinu, et ipsa redde. Proferam superciliis verba significantia,*

*subnixa.—7 Douza corrig. Desino.—8 Mor. Atrac. Hæmonios. Pa. ambiguas manus.—12 Duo V. nec tepidis.—15 Premit P. probante Heins. vulgo premet.—17 Mo. 3. vultusque meos. Alter M. vultumque fugacem.—19 Unus Med.*

#### NOTÆ

7 *Desine mirari*] Scopus est, ab exemplo, omnia posse Amorem, aut ad omnia cogere posse zelotypiam, ostendere.

8 *Atracis*] Patronymicum nomen est ab Atrace. Hippodamia vero, Pirithoi uxor, intelligitur, de qua in Helenæ epistola: cujus causa inter Centauros et Herculem, Thesenm, aliosque, grave iurgium, deinde et certamen fuit.

*Ambiguos*] Centauros bimembres intelligit, qui partim homines partim equi videbantur.

9 *Sylva*] Quæ Centauris domus fuit.

*Nec equo*] Sicut Centauris. Non sum Centaurus, uno verbo.

10 *Vix a te*] Dicit se propemodum idem, quod Centauri fecerunt, incepturum; atque amicam marito suo erepturum.

11 *Nec Euris*] Id est, Nec ea, quæ dicam, contemne, aut eorum obliviscere. Proverbialis locutio, nostris etiam hominibus familiaris.

*Euris*] Eurus ventus est ab Ortu spirans.

12 *Tepidis*] Quia a meridie veniunt.

15 *Torum*] Lectum; in quo discumbere cibum sumturi veteres solebant.

18 *Notas*] Signa; quibus invicem suos sensus, sine voce, exprimunt amantes.

Verba superciliis sine voce loquentia dicam :  
 Verba leges digitis, verba notata mero. 20  
 Cum tibi succurrit Veneris lascivia nostræ ;  
 Purpureas tenero pollice tange genas.  
 Si quid erit, de me tacita quod mente queraris ;  
 Pendeat extrema mollis ab aure manus :  
 Cum tibi, quæ faciam, mea lux, dicamve, placebunt ; 25  
 Versetur digitis annulus usque tuis.  
 Tange manu mensam, quo tangunt more precantes ;  
 Optabis merito cum mala multa viro.  
 Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse, jubeto :  
 Tu puerum leviter posce, quod ipsa velis. 30  
 Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam ;  
 Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.  
 Si tibi forte dabit, quos prægustaverit ipse,  
 Rejice libatos illius ore cibos.

*sine voce : leges verba signata digitis, leges verba signata vino. Cum protervii Veneris nostræ tibi obversabitur, tange genas purpureas molli pollice. Si quid erit quod pectore secreto de me dolcas, manus tenera pendeat ab ultima auricula. Cum agam vel loquar quæ tibi grata erunt, mea vita, annulus indesinenter volvatur digitis tuis. Tene mensam manu quomodo tenent orantes, cum jure multa mala marito precaberis. Impera ipse hauriat quod tibi temperaverit, sapias : tu pete furtim a servo quod ipsa cupias. Ego primus carpum pocula quæ tu restitueris, et ego bibam hac parte qua tu biberis. Si tibi forsitan porriget dapes quas ipse deli-*

//////////

*loquacia dicam : Heins. vult ducam.—20 P. N. et optimus Pal. Verba teges.—21 Succurrit P. vulgo succurrit.—23 Queraris Exc. Scal. et P. cum N. et al. quatuor. vulgo loquaris.—28 Unus V. Optaris.—30 Al. roles.—33 Vulg. sorte.*

#### NOTÆ

20 *Digitis*] Quibus transversis aut quoquo modo implicatis literas formant amantes ; ut ita sensus suos manifestent.

*Mero*] Vini guttulis super mensa aut orbe diductis.

24 *Extrema*] ‘ Est in aure ima,’ inquit Plinius, ‘ memoriae locus, quam tangentes antestamur.’

27 *Tange*] Seneca controvers. lib. IX. ‘ In convivio constitit catenatus, qui cum languentes Prætoris ocnlos aspexit, existimans ipsum Prætoris beneficio dimitti, gratias isti agere,

et utrisque manibus mensam tenens, Di, inquit, immortales tibi parem gratiam referant.’ Maxime efficaciam existimabant antiqui esse eam orationem, quæ manibus ad aras admotis, funderetur. Virgil. Æn. VI. ‘ Talibus orabat dictis, arasque tenebat.’

29 *Quod tibi miscuerit*] Quem potum tibi præbuerit.

*Bibat ipse, jubeto*] Ex zelotypia istud præcipit ; ne cum amoris et grati animi indicio, a marito suo aliquid accipientem amicam videat.

30 *Puerum*] Ministrum, qui pocula

- Nec premat impositis sinito tua colla lacertis; 35  
 Mite nec in rigido pectore pone caput.  
 Nec sinus admittat digitos, habilesve papillæ:  
 Oscula præcipue nulla dedisse velis.  
 Oscula si dederis, fiam manifestus amator;  
 Et dicam, Mea sunt; injiciamque manus. 40  
 Hæc tamen aspiciam; sed quæ bene pallia celant,  
 Illa mihi cæci causa timoris erunt.  
 Nec femori committe femur, nec crure cohære;  
 Nec tenerum duro cum pede junge pedem.  
 Multa miser timeo, quia feci multa proterve: 45  
 Exemplique metu torqueor ipse mei.  
 Sæpe mihi, dominæque meæ properata voluptas  
 Veste sub injecta dulce peregit opus.  
 Hoc tu non facies; sed ne fecisse puteris,  
 Conscia de gremio pallia deme tuo. 50  
 Vir bibat usque roga; precibus tamen oscula desint;  
 Dumque bibit, furtim (si potes) adde merum.

*baverit, sperne tactas illius ore. Nec permitte urgeat tua colla brachiis admotis: nec reclina blandum caput in sinus asperos. Nec pectus vel turgidule mamille accipiant ejus digitos. Nolis præsertim obtulisse ulla suavia. Si præbueris suavia, fiam apertus amator, et dicam, Mea sunt: et immittam manus. Hæc tamen intuebor: sed quæ vestes bene tegunt, illa erunt mihi causa insani metus. Nec consere femur femori, nec tibiis conjungaris: nec compone mollem pedem cum pede aspero. Infelix plurima metuo, quia plurima admisi procaciter: et ipse crucior patore mei exempli. \* \* Tu istud non admittes: sed ne credaris admisisse, remore de tuo sinu vestes conscias. Precaire virum indesincuter potest: tamen suavia destituant preces: et dum potat, infunde elanculum, si potes, merum. Si laute curatus*

//////////

P. et Fr. cum al. nonnullis, quod prægust.—35 Vulgo premat indignis: multi, premat ille suis.—38 N. et Sa. velim; quod et Heinsio placebat.—41 P. et Arund. manum.—42 Unus Mo. seri timoris: D. magni tim.—43 Quatuor libri crura cohære: al. crura coërce.—46 P. esse mei: Heins. vult ecce.—48 Unus F. Exc. P. et Scal. item prima ed. Veste superjecta.—50 Gremio quinque

#### NOTÆ

præbet.

31 *Primus*] Quod solent amantes.

37 *Sinus*] Tuus, scil.

*Habilesve*] Parvæ, rotundæ, et turgidulæ; non flaccidæ, aut pendentis; quales Horat. 'putres;' Martialis, 'pannosas;' Propert. 'incli-

natas' appellat.

41 *Pallia*] Vestes.

42 *Cæci*] Maximi et insani; non enim Mycilli interpretatio placet; qui occultum et latentem exponit.

52 *Bibit*] Vult bibere.

*Merum*] Ut postea ebrius dormiat.

Si bene compositus somno vinoque jacebit,  
 Consilium nobis resque locusque dabunt.  
 Cum surges abitura domum, surgemus et omnes; 55  
 In medium turbæ fac memor agmen eas.  
 Agmine me invenies, aut invenieris, in illo:  
 Quicquid ibi poteris tangere, tange mei.  
 Me miserum! paucas monui quod prosit in horas.  
 Separor a domina, nocte jubente, mea. 60  
 Nocte vir includet; lacrymis ego mœstus obortis,  
 Qua licet, ad sævas prosequar usque fores.  
 Oscula jam sumet; jam non tantum oscula sumet:  
 Quod mihi das furtim, jure coacta dabis.  
 Verum invita dato (potes hoc) similisque coactæ: 65  
 Blanditiæ taceant; sitque maligna Venus.  
 Si mea vota valent, illum quoque nil juvet, opto:  
 Sin minus; at certe te juvet inde nihil.  
 Sed quæcumque tamen noctem fortuna sequatur,  
 Cras mihi constanti voce dedisse nega. 70

*somno et vino prostratus erit, res et locus nobis ministrabunt consilium. Cum surges repetitura domum, et omnes erigemur, vide ut sedula procedas in medium agmen turbæ. Me reperies, aut reperieris in illo agmine. Quicquid ibi poteris mei tangere, tange. Hei mihi! admonui quod juxta in paucas horas. Sejungor a domina mea, nocte cogente. Maritus eam obserabit nocte: ego tristis lacrymis erumpentibus comitabor quatenus dabitur, usque ad duram januam. Jam maritus carpel suavia: jam non solum carpel suavia: concedes jure adacta quod mihi præbes clanculum. Verum præbe reluctans (potes hoc) et similis invitæ: illecebræ sileant; et Venus sit difficilis. Si mea desideria aliquid possunt, cupio etiam nihil illi prosit: sin minus, ut certe nihil inde te delectet. Sed quæcumque tamen fortuna sequatur noctem, cras perneque mihi voce firma præbuisse.*

libri pro tergo; quod et Heins. probat.—54 N. resque domusque.—59 P. paucas quoque prosit; unde Heins. conj. quo prosit. Fr. Jun. et septem al. paucis in horis.—62 Ar. ad versas: Heins. conj. ad surdas. Al. persequar.—63 Francinus, nec jam.—67 Al. ne juxta.—69 Al. sequatur.

## NOTÆ

53 *Compositus*] Qui se molliter et laute cibo et vino curaverit; vel simpliciter intellige, Qui ad dormiendum membra habet bene composita.

55 *Cum surges*] Cum omnes surgemus discessuri. Non enim cepit ut ante alios discedat amica.

57 *Invenieris*] A me, scil.

61 *Includet*] Dominam meam, scil.

66 *Blanditiæ*] Verbulæ blandulæ, duleicula.

70 *Dedisse*] Dare simpliciter dicitur mulier, quæ sui copiam facit.

## ELEGIA V.

*Corinnæ concubitus.*

ÆSTUS erat, mediamque dies exegerat horam :

Apposui medio membra levanda toro.

Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ :

Quale fere sylvæ lumen habere solent :

Qualia sublucent, fugiente, crepuscula, Phœbo ; 5

Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Illa verecundis lux est præbenda puellis,

Qua timidus latebras speret habere pudor.

Ecce Corinna venit, tunica velata recincta,

Candida dividua colla tegente coma : 10

Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse

Dicitur, et multis Lais amata viris.

*Æstas erat, et dies transvexerat horam mediam : immisi medio lecto artus reficiendos. Pars fenestræ fuit aperta, pars altera clausa : lumen propemodum quale sylvæ consueverunt habere : qualia crepuscula sublucent sole occidente : vel postquam nox recessit, nec tamen dies inducta. Illud lumen est exhibendum puellis pudibundis, quo pudor paridus speret habere latibula. Ecce Corinna adest, operta tunica discincta, capillis divisis velantibus colla nivea : qualiter pulchra Semiramis, et Lais multis viris dilecta, perhibetur venisse in thalamos. \* \**

1 Priscæ edd. male *Festus erat*. Al. *dies excesserat*. Uterque M. et duo Mo. *exegerat umbram*.—2 Duo V. *Imposui tenero toro*. Unus Mo. *novanda toro*: Edit. Gryph. *lavanda*.—4 Sa. *Quale feræ sylvis*.—11 Edd. Ald. Gryph. et margo Bersmanni *in thalamum*.—12 Nonnulli codd. *Lais amata*. Al. *am. procis*.—

## NOTÆ

1 *Horam*] Alii habent *umbram*. Estque meridiæ periphrasis.

5 *Crepuscula*] Crepusculum vocatur lux dubia quæ solis ortum præcedit, vel ejus occasum sequitur.

9 *Ecce*] Ex improvise.

*Corinna*] Amicæ Ovidii, ut ipse iv. Tristium testatur, fictum nomen: quod forte illi ad celebrem illam The-

banam Corinnam alludens, modestiæ et venerationis causa, imposuit. Quæ vero fuerit illa Corinna, Augusti filia, an alia, quid attinet exquirere?

*Recincta*] Discincta; aut simpliciter, cincta.

11 *Semiramis*] Fuit hæc Nini Assyriorum regis conjux, animi magnitudine et corporis elegantia celebris.

Deripui tunicam ; nec multum rara nocebat :  
 Pugnabat tunica sed tamen illa tegi :  
 Cumque ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet, 15  
 Victa est non ægre proditiōe sua.  
 Ut stetit ante oculos, posito velamine, nostros,  
 In toto nusquam corpore menda fuit.  
 Quos humeros, quales vidi tetigique lacertos !  
 Forma papillarum quam fuit apta premi ! 20  
 Quam castigato planus sub pectore venter !  
 Quantum et quale latus ! quam juvenile femur !  
 Singula quid referam ? nil non laudabile vidi ;  
 Et nudam pressi corpus ad usque meum.  
 Cetera quis nescit ? lassi requievimus ambo. 25  
 Proveniant medii sic mihi sæpe dies.

13 *Deripui* P. N. et R. Vulgo *Diripui*.—14 *Al. se tamen*.—15 *Sex libri Cumque ita*: vulg. *Quæ cum ita pugnaret*. Fr. *se vincere*; fortasse pro *si vincere*.—23 N. et Jun. *nihil illaudabile*.

## NOTE

De qua vide Diodorum. meretrix, ad quam, ob insignem pulchritudinem, potentissimi ex Græcia conmeabant.  
*Isse*] Quando, scil. Ninius cam uxorem accepit.  
 12 *Lais*] Famosissima fuit Corinthus

## ELEGIA VI.

*Ad janitorem, ut fores sibi aperiat.*

JANITOR (indignum) dura religate catena,  
 Difficilem moto cardine pande forem.

*Janitor (indecorum) vincte seæva catena, aperi duram januam versatis cardinibus.*

## NOTÆ

1 *Indignum*] Servo (qui ne fugeret compedibus tenebatur) adblanditur Naso, ut sibi januam aperiat.  
 2 *Difficilem*] Duram, inexorabilem.

Quod precor, exiguum est: aditu fac janua parvo

Obliquum capiat semiadaperta latus.

Longus Amor tales corpus tenuavit in usus;

5

Aptaque subducto pondere membra dedit.

Ille per excubias custodum leniter ire

Monstrat; inoffensos dirigit ille pedes.

At quondam noctem simulacraque vana timebam;

Mirabar, tenebris si quis iturus erat.

10

Risit, ut audirem, tenera cum Matre Cupido:

Et leviter, Fies tu quoque fortis, ait.

Nec mora, venit amor: non umbras nocte volantes,

Non timeo strictas in mea fata manus.

Te nimium lentum timeo; tibi blandior uni;

15

Tu, me quo possis perdere, fulmen habes.

*Quod oro, parvum est: fac janua semiadaperta admittat latus obliquum exiguo introitu. Diutinus amor minuit corpus in tales usus; et fecit artus idoneos detracto onere. Ille docet incedere placide per vigiliis custodum: ille regit pedes illæsos. At olim timebam noctem, et imagines inanes: stupebam si quis erat incessurus per noctem. Cupido risit cum molli matre, ut potuerim audire, et inquit submisit: Tu quoque fies cordatus. Et statim accessit amor. Non reformido spectra valentia nocte, non manus expeditas in meam mortem. Metuo te nimis tardum; tibi soli blanditias dico: tu habes fulmen quo possis me interficere. Cerne, et, ut videas,*

1 indignum P. cum optimo Pal. et aliis, vulgo *indigne*.—3 N. *janua primo*.—6 Exc. Scal. et P. item Arund. pro div. lect. *Aptaque subtili corpore*.—10 Alii *quisquis iturus*.—11 *Audirem* melior, vulgo *audirit*. Unus M. *Jussit ut audiret*: unde Seriverius conj. *Jussit ut anderem*.—13 R. *nocte silentes*.—14 Sc. *fractas*

## NOTÆ

*Moto*] Verso.

*Cardine*] *Le Gond, le Pivot*. Fermentum est circa quod fores vertuntur.

3 *Aditu*] *Ouverture*.

4 *Obliquum*] Adverso pectore, nec patente janua, sed sese obliquo, hac paululum reserata, cupit intrare.

*Capiat*] Penetrare sinat: admittat.

*Latus*] Memm, scil.

5 *Longus*] Ille vero maciem inducit.

*Tales*] Enimvero per angustum aditum facilius ille transeat, qui corpus habet exile et macrum.

6 *Aptaque*] *Agilia*.

7 *Leniter*] Placide et sine strepitu; ne sentiatur.

9 *Vana*] Quippe quæ extra imaginationem nihil sunt.

11 *Ut audirem*] Dicit Poëta voce, quam ipse audierit, risisse Cupidinem et Venerem.

13 *Venit amor*] Amare cœpi. Sed Poëtæ verba majus quid sonant.

*Umbras*] Quæ, ut dixi, extra phantasiam non sunt; sed tamen quasi essent ab imperitis reformidantur.

14 *Strictas*] In meam necem paratas.

15 *Te*] Janitorem alloquitur, cujus

Aspice, (et, ut videas, immitia claustra relaxa,)

Uda sit ut lacrymis janua facta meis.

Certe ego, cum posita stares ad verbera veste,

Ad dominam pro te verba tremente tuli.

20

Ergo, quæ valuit pro te quoque gratia quondam,

(Heu facinus!) pro me nunc valet illa parum?

Redde vicem meritis; grato licet esse. Quod optas,

Tempora noctis eunt: excute poste seram.

Excute; sic unquam longa relevere catena,

25

Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua.

Ferreus orantem nequicquam, janitor, audis:

Roboribus duris janua fulta riget.

Urbibus obsessis clausæ munimina portæ

Prosint; in media pace quid arma times?

30

Quid facias hosti, qui sic excludis amantem?

Tempora noctis eunt: excute poste seram.

*resolve dura repagula, quomodo fores sint factæ madidæ meis lacrymis. Certe ego, cum consisteres ad flagra veste derepta, verba feci apud dominam pro te trepidante. Ergo ille favor qui olim potens quoque fuit pro te, (heu flagitium!) nunc parum potest pro me! Gratiam refer officiis: potes esse gratus, quod cupis. Tempora noctis prætereunt; revelle seram a poste. Revelle: ita aliquando libereris diutina catena, nec semper a te aqua serva potetur. Dure Janitor, frustra audis precantem. Fores stant immotæ, innixæ duris roboribus. Munimenta januæ obseratæ juvent oppidu oppugnata: quamobrem metuis arma in media pace? Quid agas cum hoste, qui sic proturbas amantem? Tempora noctis prætereunt; revelle seram a poste.*



*in mea vota.—17 Al. Aspice ut invideas. Cod. R. non mitia.—22 D. Excerpt. illu nihil.—23 Vulgo distinguunt meritis; grato licet esse quod optas: al. gratis lic. e. quod opto.—25 Ita P. R. et al. nonnulli. Primæ edd. et scripti nonnulli dura relevere: vulgo longa religere.—27 Heins. vult audi; quia audit est in uno Mor.—31 Facias optimus Pa. Al. facies, et faceres. P. hostis.—*

#### NOTÆ

in pandendis foribus tarditatem reformidabat.

16 *Fulmen habes*] Hoc dicit, quia penes Janitorem erat januam aperire, aut obserare; adeoque Poëtam ad amicam introducere, vel foras excludere.

17 *Immitia*] Aperi januam.

19 *Ad verbera*] Et verberibus male mulctareris.

20 *Tuli*] Ut tibi parceret, et veni-

am daret.

21 *Gratia*] Credit.

23 *Grato*] Tibi, scil. Licet tibi esse grato, vel gratum.

*Quod optas*] Heinsius legi mavult *grato licet esse: quid obstas?*

24 *Eunt*] Prætereunt.

*Excute*] Aperi.

*Seram*] Sera instrumentum est, quo admoto ostium clauditur.

25 *Unquam*] Aliquando.



- Non ego militibus venio comitatus et armis ;  
 Solus eram, si non sævus adesset Amor.
- Hunc ego, si cupiam, nusquam dimittere possim ; 35  
 Ante vel a membris divider ipse meis.
- Ergo Amor, et modicum circa mea tempora vinum  
 Mecum est, et madidis lapsa corona comis.
- Arma quis hæc timeat ? quis non eat obuius illis ?  
 Tempora noctis eunt : excute poste seram. 40
- Lentus es ? an somnus (qui se male præbet amanti)  
 Verba dat in ventos aure repulsa tua ?
- At (memini) primo, cum te celare solebam,  
 Pervigil in mediæ sidera noctis eras.
- Forsitan et tecum tua nunc requiescit amica : 45  
 Heu melior quanto sors tua sorte mea !
- Dummodo sic, in me duræ transite catenæ.  
 Tempora noctis eunt : excute poste seram.

*Ego non accedo stipatus militibus et armis ; solus eram, nisi ferus amor adesset. Tametsi exoptem, ego nusquam possim ablegare hunc. Ipse prius sejungar a meis artibus. Amor, igitur, et vinum exiguum circum mea tempora est mecum, et certa delapsa capillis unctis. Quis metunt hæc arma ? Quis non procedat obviam illis ? Tempora noctis prætereunt ; revelle seram a poste. Segnis es ? an somnus (qui male se exhibet amanti) tradit ventis verba rejecta aure tua ? At, recorder, cum primo consueveram me occultare, pervigil eras usque in astra mediæ noctis. Fortè etiam nunc tua amica tecum cubat. Ihu ! quanto conditio tua potior est mea conditio ! Dummodo ita sit, catenæ sævæ, transmigrate in me. Tempora noctis*

35 Nusquam meliores : al. nunquam. Nonnulli demittere.—37 Circa P. vulgo circum.—41 Se cod. D. Sa. et Arund. vulgo te : P. qui te male perdat amanti ; unde Heins. conj. qui te male perdat, amantis Verba, &c. Exc. Scal. et P. male prodit : N. qui te male perdidit amens.—43 Te cel. solebam quatuor Heins. vulgo me celare volebam.—45 Heins. requiescat.—46 Scr. Heu quanto melior : alii quantum. Editi quoque plerique mea est.—49 D. Fallimus aut.—

## NOTE

- Releverè] Exonereris. set, janitorem dormientem inveniebat.
- 26 Nec tibi] Manumittaris.
- 32 Tempora] Intercalares dicuntur ejusmodi versus recurrentes. 42 Repulsa] Quæ adeo nec penetrant, nec te movent.
- 37 Modicum] Adeoque ebrius non erat. 43 Te celare] Cum, inquit, alias clam te ad amicam me conferebam, teque vel maximo vcterno irretitum cupiebam, tum plus nimio vigilabas ; nunc, quando minime est opus, alto somno teneris.
- Tempora] Illuc vero ascendunt vini vapores.
- 38 Madidis] Unguento fluentibus.
- 41 Male] Hoc dicit, quia, cum ipse, propter Amorem, dormire non pos-
- 44 In mediæ noctis] Usque dum

Fallimur? an verso sonuerunt cardine postes?

Raucaque concussæ signa dedere fores? 50

Fallimur; impulsa est animoso janua vento.

Hei mihi, quam longe spem tulit aura meam!

Si satis es raptæ, Borea, memor Orithyïæ,

Huc ades, et surdas flamine tunde fores.

Urbe silent tota; vitroque madentia rore 55

Tempora noctis eunt: excute poste seram.

Aut ego jam ferroque ignique paratior ipse,

Quem face sustineo, tecta superba petam.

Nox, et Amor, vinumque, nihil moderabile suadent:

Illam pudore vacat, Liber Amorque metu. 60

Omnia consumsi; nec te precibusve minisve

Movimus, o foribus surdior ipse tuis.

Non te formosæ decuit seruire puellæ

Limina: sollicito carcere dignus eras.

*prætereunt; reuelle seram a poste. Decipimur? An postes crepuerunt cardine moto? et janua versata fecit indicia rauca? Decipimur: janua pulsata est vento vehemēti. Hei mihi, quam procul ventus abripuit spem meam! Aquilo, si satis recordaris raptam Orithyiam, huc veni, et percelle flutu januam surdam. Tacent urbe tota; et tempora noctis rore glaciato humida prætereunt; resolve seram a poste. Aut ego jam ipse expeditior ferro et igni, et face quam gero, irruam in tecta superba. Nox et amor et vinum nihil tractabile in animum inducunt: illa caret pudore; Bacchus et amor timore. Omnia profudi, nec te fleximus precibus et minis, o surdior ipse tua janua. Non oportuit te custodire limina pulchræ puellæ: dignus*

~~~~~

50 Me. *Raucaque convulsæ.*—51 In Aldinis Editt. *Fallimur* interrogative legitur. Unus Heins. *en pulsa est. N. aduerso vento.*—57 *Paratior ipse* V. 2. et M. 1. vulgo *potentior ipso: V. 1. potentior omni: M. 2. ferocior omni.*—58 *Quem* P. et Arund. cum edd. nonnullis: vulgo *Quam.*—62 D. et multi editi *es foribus.* N. pro div. lect. et Scr. *surdior: vulgo durior.*—63 *Nec te, alii.*—64 Francius *perpetuo* pro *sollicito.*—69 P. *prolectam mure: Me. et N.*

#### NOTÆ

mediæ noctis apparerent sidera; ns- que ad mediam noctem.

47 *Dummodo sic]* Ea lege servum fieri cupit, ut cum amica possit requiescere.

50 *Signa]* Scilicet strepitum edunt valvæ, seu portæ, cum aperiuntur.

51 *Animoso]* Iracundo et vehementi.

52 *Longe spem]* Spem inanem fuisse queritur.

53 *Orithyïæ]* Quam, Erechthei

Athenarum regis filiam, Boreas amavit.

55 *Vitreoque]* Glacies nempe vitri habet similitudinem.

57 *Aut]* Heinsio suspectum est hoc distichon.

*Paratior]* Promptior quam tu ad aperiendum.

61 *Omnia consumsi]* Quibus flecti homo possit.

Jamque pruinosos molitur Lucifer axes ; 65  
 Inque suum miseros excitat ales opus.  
 At tu, non lætis detracta corona capillis,  
 Dura super tota limina nocte jace.  
 Tu dominæ, cum te projectam mane videbit,  
 Temporis absumpti tam male testis eris. 70  
 Qualiscumque vale, sentique abeuntis amorem,  
 Lente, nec admissio turp̄is amante: vale.  
 Vos quoque crudeles rigido cum limine postes,  
 Duraque conservæ ligna valete fores.

*eras anxio carcere. Jamque Lucifer versat polos pruina conspersos; et gallus excutit miseros mortales in suum opus. At vos,serta derepta coma infelici, jacete tota nocte in aspero limine. Vos testes eritis dominæ temporis tam male perditæ, cum mane vos cernet abjecta. Qualiscumque Janitor, vale, et, segnis, percipe amorem discedentis, et, inhoneste, non introducto amante, vale. Vos quoque, postes duri, cum limine aspero, et, conserva janua, ligna crudelia, valete.*



*dejectam.*—71 Al. *Abeuntis honorem.*—72 Al. *Lenta.*—74 *Conservæ scripti plerique: al. conservæ.*

## NOTÆ

65 *Jamque*] Pulcherrima matutini temporis periphrasis.

*Pruinosos*] Pruina, seu rore congelato aspersos.

*Molitur*] Præparat et movet.

*Lucifer*] Eo nomine appellatur stella Veneris, cum Solis ortum præcedit.

66 *Miseros*] Mortales, scil.

*Ales*] Gallus gallinacens, qui adventantem diem cantu suo præannun-

tiat.

67 *Lætis*] Quia ipsi amica potiri non licuit.

68 *Jace*] Coronam compellat, quam, ad amicam non admissus, super limen relinquere nugator amans cogitat.

71 *Qualiscumque*] Sive bonus, sive malus, &c. Janitorem alloquitur.

*Sentij*] Percipe, Cognosce.

*Amorem*] Erga dominam.

## ELEGIA VII.

*Ad pacandam amicam, quam verberaverat.*

ADDE manus in vincla meas, (meruere catenas)  
 Dum furor omnis abit, si quis amicus ades.  
 Nam furor in dominam temeraria brachia movit;  
 Flet mea vesana læsa puella manu.  
 Tunc ego vel caros potui violare parentes; 5<sup>b</sup>  
 Sæva vel in sanctos verbera ferre Deos.  
 Quid? non et clypei dominus septemplicis Ajax  
 Stravit deprensos lata per arva greges?  
 Et, vindex in matre patris, malus ultor Orestes,  
 Ausus in arcanas poscere tela Deas? 10

*Implica meas manus vinculis, amice, si quis ades (dignæ sunt catenis), donec omnis vesania excesserit. Nam vesania agitavit lacertos temerarios in dominam. Puella mea lacrymat, verberata manu furiosa. Tunc ego potui etiam lædere dilectos parentes: intentare dura flagra etiam in sacros Deos. Quid? annon et Ajax dominus scuti septemplicis mactavit greges correptos per vastos campos? Et Orestes pater ultor patris, vindex in matre, ausus petere jacula in Deas secretas? Ergo*



2 Al. *omnis abest*: multi codd. *adest*: Scr. *erit*.—3 Mor. *domina*.—5 N. *potui laniare*: P. *violare penates*.—6 F. et D. *sanctos arma movere*.—7 Heins.

## NOTE

1 *Adde*] Amicum compellat.

5 *Tunc ego*] Ad se excusandum aptissima oratio.

7 *Non et clypei*] Astute exemplo lenire studet, quod purgare non potest.

*Septemplicis*] Ex boum septem tergoribus.

*Ajax*] Telamonius est, qui ira insanus, quod sibi Achillis arma Ulysses eloquentia sustulisset, permulta pe-

cora, credens se Ulysses et Atridas peremisse, occidit.

9 *Vindex*] Ab Ægystho Thyestis filio, Clytæmnestræ, Agamemnonis uxoris, consensu, ipse Agamemnon Orestis pater interfectus est.

*In matre*] Clytæmnestra; quam ipse Orestes occidit.

10 *Arcanas*] Furias; quas solus videbat, aut videre credebatur.

Ergo ego digestos potui laniare capillos :

Nec dominam motæ dedecuerere comæ ?

Sic formosa fuit ; talem Schœneida dicunt

Mænalias arcu sollicitasse feras.

Talis perjuri promissaque velaque Thesci

15

Flevit præcipites Cressa tulisse Notos.

Sic, nisi vittatis quod erat, Cassandra, capillis,

Procubuit templo, casta Minerva, tuo.

Quis mihi non, Demens, quis non mihi, Barbare, dixit ?

Ipsa nihil : pavido lingua retenta metu.

20

Sed taciti fecere tamen convicia vultus :

Egit me lacrymis, ore silente, reum.

*ego sustinui scindere comam compositam : nec capilli turbati dedecuerunt dominam ? Sic pulchra fuit : talem Schœneida perhibent arcu vexasse feras Mænalias. Talis Cretensis luxit austros veloces abstulisse et pollicita et vela perjuri Thesci. Talis Cassandra, nisi quod erat coma vitta redimita, prostrata est in tuo templo, pudica Minerva. Quis mihi non dixit, Furiose, quis mihi non dixit, Inhumane ? Ipsa nihil dixit : lingua repressa est pavore timido. Sed tamen facies muta probra objecit. Me arguit lacrymis, ore tacente. Optarem prius defluxisse brachia mea*



*Quid? nonne.—11 Al. potui violare.—13 Sa. Sic mihi pulchra fuit. N. et tres al. dicunt: vulgo dicam: Sa. dicas: duo V. famu est.—19 Alter Me. Barbare, dicat.—20 N. et Me. Illa nihil; et sic volebat Francius.—21 R. Fecere mihi.*

#### NOTÆ

11 Ergo] Indignantis est.

Digestos] Dominæ meæ compositos et ornatos crines.

12 Motæ] Laniatæ.

13 Schœneida] Atalantam intelligit, de qua jam nonnulla vidimus. Sed notandum quod cum duæ fuerint; altera venatrix, Arcadica, Jasii filia; altera Bœotica, cursu celebris, Schœnei filia; Poëta hoc loco, quod vulgo solent, nomina confundit; Schœneique facit filiam, quæ fuit Jasii.

14 Mænalias] Arcadicas: nam Mænalus mons est Arcadiæ.

15 Perjuri] Qui Ariadnen, cujus ope evaserat, cuique fidem suam obstrinxerat, in Naxo insula reliquit.

Delph. et Var. Clus.

16 Cressa] Ariadne est, Minois, Cretensium regis, filia.

17 Vittatis] Vittis coërcitis, Sacerdotum more.

Cassandra] Priami Trojanorum regis fuit filia.

18 Procubuit] Ab Ajace, Oilei filio, in templo Palladis fuit vitiata.

19 Demens] Seipsum, de seipso querens, compellat.

Barbare] Vellet Poëta, ut etiam contumeliosis verbis aliquis ab incepto deterrisset, cum amicam suam verberaret.

20 Ipsa] Puella, scil. nihil dixit.

22 Lacrymis] Nimirum lacrymæ verberantis crimen arguebant.

Ovid.

2 C

Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos ;  
 Utilius potui parte carere mei.  
 In mea vesanas habui dispendia vires ; 25  
 Et valui pœnam fortis in ipse meam.  
 Quid mihi vobiscum, cædis scelerumque ministræ ?  
 Debita sacrilegæ vincla subite manus.  
 An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,  
 Plecterer ? in dominam jus mihi majus erit ? 30  
 Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit :  
 Ille Deam primus perculit ; alter ego.  
 Sed minus ille nocens : mihi, quam profitebar amari,  
 Læsa est : Tydides sævus in hoste fuit.  
 I nunc, magnificos victor molire triumphos ; 35  
 Cinge comam lauro, vota que redde Jovi ;  
 Quæque tuos currus, comitatus, turba sequetur,  
 Clamet, Io forti victa puella viro !

*humeris : melius potui destitui mei parte. Potens fui robore insano in mea damna : et ipse strenuus fui in meum supplicium. Quid mihi vobiscum, famulæ necis et flagitiorum ? Manus scelestæ, ferte catenas meritas. An, si tetigissem vitissimum Romanum de plebe, punirer ? potestas major mihi erit in dominam ? Tydides præbuit pessima exempla flagitiorum. Ille primus percussit Deam ; ego post illum. Sed ille in minori culpa : violata est a me, quam dicebam amari : Tydides crudelis fuit in hoste. Abi jam, victor appara splendoris triumphos, redimito capillos lauro ; et persolve vota Jovi : et comitatus turba quæ prosequetur tuos currus, vociferetur :*

//////////

—24 Al. *Utiliter*.—26 *Valui p. f. in ipse P. et Jun. vulgo potui p. f. inire : al. valui inire ; valui inesse ; valui inisse*.—29 R. et N. *minima de plebe*.—31 Francius, *documenta*.—33. 34 *Sed Sa. Et vulgo. Mihi quam profitebar amari est e P. Læsa est e F. D. et Arund. vulgo me quam prof. amare, Læsi : Arund. mihi, quam pr. amare : tres ego, quam pr. amare : P. Læsa sit*.—35 D. et ed. Gryph. ann. 1554. *molite*.—37 *Comitatus P. vulgo comitantum : Pa. comita-*

#### NOTE

- 24 *Utilius*] *Utiliter* meliores.  
 Parte] Brachiis, scil. quæ si non habuisset, iis amicam non verberasset.  
 27 *Cædis*] Ea voce crimen suum auget.  
 29 *Quiritem*] Romanum. De cujus vocis etymologia, adi, si placet, celeberrimum Vossium in *Quiritari*.  
 31 *Tydides*] Diomedes est Tydei filius ; qui bello Trojano Venerem, Ænean filium suum protegentem, vulneravit.  
 32 *Alter ego*] Qui, scil. Deam percussit. Amicam laudat, et cum Dea astute comparat ; ut facilius a muliebri et levi ingenio veniam impetret.  
 33 *Mihi*] A me.  
 34 *Hoste*] Enimvero inter hostium corpora fuit Venus, Diomedis etiam incognita.  
 35 *I nunc*] Seipsum alloquitur et

Ante eat effuso tristis captiva capillo,  
 Si sinerent læsæ, candida tota, genæ. 40  
 Aptius impressis erat os livere labellis,  
 Et collo blandi dentis habere notam.  
 Denique, si tumidi ritu torrentis agebar,  
 Cæcaque me prædam fecerat ira suam ;  
 Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ, 45  
 Nec nimium rigidas intonuisse minas ?  
 Aut tunicam summa deducere turpiter ora  
 Ad mediam ? mediæ zona tulisset open.  
 At nunc sustinui, raptis a fronte capillis,  
 Ferreus ingenuas ungue notare genas. 50  
 Astitit illa amens, albo, et sine sanguine, vultu,  
 Cæduntur Parisiis qualia saxa jugis :

*Io puella superata viro strenuo. Mæsta captiva præcedat sparsa coma, tota nivea, si genæ violatæ paterentur. Convenientius erat os lividum esse labiis infixis, et collo gestare signa mitis dentis. Denique, si more torrentis turgidi rapiebar, et ira præceps me fecerat suam prædam, nonne satis fuerat vociferando ohjurgasse meticulosam puellam, nec increpuisse minas nimium asperas ? aut deripere indecore tunicam extrema ora ad mediam ? cingulum auxilio fuisset mediæ. At nunc sævus potui, coma a fronte disjecta, ungue signare genas liberales. Illa turbata constitit facie cundida et exsanguis, qualia marmora secantur in clivis Parisiis. Intuitus sum*

~~~~~  
 tur ; tres comitetur ; Arund. comitatur turba sequentum.—40 Ald. I. et Gryph. candida colla.—41 Erat os livere : Pa. unus et unus V. vulgo fuerat livere.—42 Al. collum.—46 N. et Jun. intonuisse manus.—47 Me. R. et tres al. leniter ora.—48 Ad mediam P. Pa. 3. et prima ed. vulgo Ut mediam.—49 Duo V.

## NOTÆ

irridet, quod amicam verberando vicerit.

36 Redde] Victorum et triumphantium more.

37 Tuos currus, comitatus] Appositio. Triumphantem scilicet currus, multaque turba sequebantur. Alii tamen habent comitantum : alii aliter.

39 Ante] Ut in triumphali pompa assolent captivi.

40 Si sinerent] Enimvero ex ictibus livor inducitur.

41 Aptius] Satius dicit fuisse osculis quam ictibus livorem in amicæ ora inducere.

42 Collo] Amicæ, scilicet.

Blandi] Solent qui vehementi tenentur amore, non modo osculari, sed etiam dentibus notas imprimere.

44 Cæcaque] Non modo ira, sed omnis affectus cæcus est, cui adeoque non est credendum.

46 Intonuisse] Alta et vasta voce clamando minatum esse.

47 Summa] Ea, scilicet, quæ humeros tegit.

Turpiter] Id vero turpe est ; sed verberasse turpius.

Ora] Extremitate.

48 Zona] Cingulum ; quo hodieque utuntur nostrates puellæ.

Exanimés artus, et membra trementia vidi ;  
 Ut cum populeas ventilat aura comas :  
 Ut leni Zephyro gracilis vibratur arundo ; 55  
 Summave cum tepido stringitur unda Noto.  
 Suspensæque diu lacrymæ fluxere per ora,  
 Qualiter abjecta de nive manat aqua.  
 Tunc ego me primum cœpi sentire nocentem :  
 Sanguis erant lacrymæ, quas dabat illa, meus. 60  
 Ter tamen ante pedes volui procumbere supplex :  
 Ter formidatas repulit illa manus.  
 At tu ne dubita, (minuet vindicta dolorem)  
 Protinus in vultus unguibus ire meos.  
 Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis : 65  
 Quamlibet infirmas adjuvet ira manus.  
 Neve mei sceleris tam tristia signa supersint,  
 Pone recompositas in statione comas.

*artus exsangués, et membra trepidantia; ut cum ventus agitât frondes populeas; quemadmodum levis calamus concutitur miti Zephyro; vel cum aqua prima crispatur Austro culido. Et lacrymæ diu repressæ eruperunt per faciem, qualiter aqua exsudet de nire projecta. Tunc ego primum cœpi cognoscere me esse in culpa. Lacrymæ quas illa profundebat erant sanguis meus. Ter tamen volui me supplex dejicere ante ejus pedes: illa ter rejecit manus reformidatas. At tu, ne cuncteris (ultio mitigabit iram) statim involare unguibus in meam faciem. Nec ignosce nostris oculis, nec nostris crinibus. Ira subministret vires manibus quantumvis debilibus. Et ne tam febiles notæ remaneant mei flagitii, fuge denno comam.*

*raptis.*—51 Multi illa gemens: duo demens.—54 Heins. putat, *Ceu sua popul.*  
 —55 Al. *Utque levi Z. graciles vibrantur aristæ.*—56 Unus Mo. et D. *Summa velut tep.*—58 Vulgo *objecta*: unus Mo. *abducta.*—63 Quidam *minuit*: al. *minuat.* Fr. *vindicta furem.*—66 Vulgo *Quaslibet inf. adjuvat*:—67 Prima ed. *rustica signa.*

## NOTÆ

*Tullisset*] Ita ut tota tunica lacerata non fuisset.

49 *Sustinui*] Non erubui.

51 *Amens*] Id est, Turbata, nec sui compos, ex metu.

52 *Pariis*] Paros insula est maris Ægæi, ex qua marmor album petebatur.

54 *Populeas*] Populus, arbor est notissima, cujus folia etiam lenissima aura facile moventur et agitantur.

*Comas*] Eo nomine etiam folia et

frondes arborum appellantur; videntur enim quasi earum capilli.

55 *Vibratur*] Agitatur; concutitur.

56 *Tepido*] Quia a meridie spirat.

*Stringitur*] Crispatur, ac veluti in rugas contrahitur tremulas.

57 *Suspensæ*] Repressæ; retentæ: quæ etiam puellæ maximum dolorem, et Nasonis majus crimen declarant. Callidissime autem illius explet quærimoniam, ut citius iram ponat.

58 *Abjecta*] Aliquo in cumulum



## NOTÆ

conjecta.

60 *Sanguis*] Id est, Tantus ex illis lacrymis fuit meus dolor, ac si sanguinem meum puella profudisset.

63 *Tu*] Puellam compellat.

66 *Adjuvet*] Vires nimirum ex sanguinis effervescencia ira subministrat.

## ELEGIA VIII.

*Execratur lenam, quæ puellam suam meretricia arte instruebat.*

**EST** quædam: (quicumque volet cognoscere lenam,

Audiat) est quædam, nomine *Dipsas*, anus.

Ex re nomen habet: nigri non illa parentem

Memnonis in roseis sobria vidit equis.

Illa magas artes, *Ææaque* carmina novit,

5

Inque caput rapidas arte recurvat aquas.

*Est quædam (quicumque cupiet cognoscere lenam, auscultet), est quædam anus nomine Dipsas. Consecuta est nomen ex re. Illa nisi vinolenta nunquam intuita est matrem fuscæ Memnonis in equis croceis. Illa scit artes magicas, et incanta-*

//////////

5 Exc. P. sex Mss. et prima ed. *Circeaque carmina*.—6 *Rapidas* unus Med.

## NOTÆ

1 *Lenam*] *Une maquerelle*: quod quidem turpissimum nomen, in rei ipsius odium profero.

3 *Re*] Siti scil. Græca etymologia.

*Nigri*] Utpote in Æthiopia geniti. Sensus vero est, anum illam etiam ante diem exortum ebriam fuisse.

*Parentem*] Auroram, scil.

4 *Memnonis*] Fuit Memnon Tithoni et Auroræ filius.

*Roseis*] Quia roseo et puniceo co-

lore sæpius conspicitur Aurora.

*Sobria*] Non ebria.

*Equis*] Quadrigis enim et bigis vectam voluerunt Poëtæ.

5 *Ææaque carmina*] Incantationes; quibus *Ææa*, seu Colchica *Circe*, itemque *Medea* celebris fuit.

6 *Caput*] Fontem et scaturiginem.

*Arte*] Sua scil. magica.

*Recurvat*] Nihil non tribuerunt Poëtæ incantationibus.

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo

Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Cum voluit, toto glomerantur nubila cœlo:

Cum voluit, puro fulget in orbe dies.

10

Sanguine (si qua fides) stillantia sidera vidi:

Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.

Hanc ego nocturnas vivam volitare per umbras

Suspisor, et pluma corpus anile tegi.

Suspisor; et fama est. Oculis quoque pupula duplex 15

Fulminat, et gemino lumen ab orbe venit.

Evocat antiquis proavos atavosque sepulcris;

Et solidam longo carmine findit humum.

*menta Æcæa, et retorquet arte magica aquas fluidas in fontes suos. Probe novit quid herbæ, quid fila actu versato rhombo, quid virus equæ furentis possit. Quando libuit, nubes volvuntur toto cælo. Quando libuit, dies splendet in orbe lucido. Intuitus sun, (si qua mihi fides) astra rorantia cruore: facies Lunæ erat rubra sanguine. Ego suspisor hanc mutatam volare per tenebras nocturnas, et corpus anile vestiri pluma. Suspisor, et rumor est. Pupilla quoque gemina oculis micat, et lux oritur ab orbe duplici. Elicit antiquis tumulis proavos et atavos, et scindit terram duram prolixo incantamento. Hæc in animum*

et Exc. P. vulgo *liquidus*. D. *resistit aquas*.—7 Al. *concita plumbo*.—9 Duo libri *sidera cælo*.—10 Duo *Si voluit, toto*.—13 Multi *visam volitare*: quidam Mss. et edd. vett. *versam*: duo Mss. *vetulam*.—16 Vulgo *geminum*. P. pro div. lect.

#### NOTÆ

7 *Gramen*] Herbarum vires; quibus in veneficiis uti dicebantur.

*Torto*] In gyrum acto.

*Concita*] Valde commota. Nimirum concitato rhombo concitantur et involuta licia.

*Rhombo*] Rhombus hoc in loco magicum instrumentum denotat, filis quibusdam implicitum, quo ad nefarias artes utebantur.

8 *Licia*] Fila sunt quibus, in lanificio, implicantur stamina, *la trume*; in magicis artibus hominum mentes retineri credebant.

*Virus amantis*] Venenum, auctore Servio, ex equarum inguinibus defluens, quo tempore amoris furore tenentur.

9 *Glomerantur*] In glomorum (*de plotons*) modum condensantur. Vi-

dentur vero nubes quandoque tanquam globi aliæ aliis impositæ.

10 *Fulget*] Id est, Cælum serenat.

11 *Si qua fides*] Est mihi, supple.

*Stillantia*] Ex Dipsadis veneficæ incantamentis, scil.

12 *Purpureus*] Si non incantamentis, rubet certe quandoque Luna naturaliter; quod stulti illis ascribunt.

13 *Vivam*] Edd. vett. *versam*; i. e. In nocturnam avem transmutatam.

15 *Fama est*] Adeoque magis credendum.

*Pupula*] Est pupula, seu pupilla, in oculo medius ille circulus, per quem lumen a corporibus ad nervum opticum transmittitur: *La prunelle de l'œil*.

16 *Fulminat*] Fulminis in modum splendet. Nocendi vero vim multam

Hæc sibi proposuit thalamos temerare pudicos :  
 Nec tamen eloquio lingua nocente caret. 20  
 Fors me sermoni testem dedit : illa monebat  
 Talia ; me duplices occuluere fores :  
 Scis here te, mea lux, juveni placuisse beato :  
 Hæsit, et in vultu constitit usque tuo.  
 Et cui non placeas ? nulli tua forma secunda est. 25  
 Me miseram ! dignus corpore cultus abest.  
 Tam felix esses, quam formosissima, vellem :  
 Non ego, te facta divite, pauper ero.  
 Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis :  
 Mars abiit ; signo nunc Venus apta suo. 30

*suum induxit violare casta cubicula: nec tamen sermo noxius linguam destituit. Casus me testem fecit ejus cloquii: illa talia docebat (geminae fores me occultaverunt): Nosti, mea vita, te heri gratam fuisse adolescenti opulento. Constitit, et sine fine defixus fuit in facie tua. Et quamobrem non grata sis? pulchritudo tua nulli est inferior. Hei mihi! ornatus dignus deest corpori. Optarem tam dices esses, quam pulcherrima es. Ego non ero egena, te facta opulenta. Stella adversu Martis oppositi tibi obfuit. Mars recessit: nunc Venus facens signo tuo. En*

orbe micat.—18 Pal. primo carm.—19 Temerare P. aliique meliores: vulgo violare.—21 R. Pa. et Mor. sermonis. Gl. illa novebat.—22 Me. detinere fores.—23 Al. Scis, hera.—25 Cui unus V. et F. vulgo cur.—30 Al. apta tua.—31 Al.

## NOTÆ

esse in oculis voluerunt veteres.

Orbe] Pupilla, scil. quæ rotunda est.

17 Proavos atavosque] Erat ergo Dipsas illa altera Medea, maximeque metuenda. Nugæ. Otiosus de more ludit Poëta.

18 Longo] Nimirum multa opus est arte, ut terra in diversas partes distrahatur.

19 Proposuit] In animum induxit; imperavit.

Temerare] Uxori pellicem, marito adulterum inducendo.

20 Nec tamen eloquio] Adeoque, quod cogitavit, etiam potest perficere.

Nocente] Non bene appellatur eloquens qui dicendi copia ad nocendum abutitur: orator enim non mo-

do dicendi peritus, sed insuper vir bonus esse debet.

21 Sermoni] Quem lena cum puella, Nasonis amica, habuit.

22 Duplices] Bifores, valvæ. Gall. *Porte à deux battans.*

Occuluere] Adeoque affuisse aliquem qui dicta colligeret nescivit anus venefica.

23 Here] Heri.

Beato] Diviti: vulgus enim, utut pessime, in divitiis tamen felicitatem collocat.

24 Constitit usque] Quod signum est animi irretiti.

25 Nulli secunda] Adeoque prima.

26 Cultus] Eo nomine omnis ornatus intelligitur, vestes, annuli, gemmæ, &c.

27 Felix] Divcs.

Prosit ut adveniens, en aspice: dives amator

Te cupit, et curæ, quid tibi desit, habet.

Est etiam facies, quæ se tibi comparet, illi:

Si te non emtam vellet, emendus erat.

(Erubuit:) Decet alba quidem pudor ora; sed iste, 35

Si simules, prodest; verus obesse solet.

Cum bene dejectis gremium spectaris ocellis,

Quantum quisque ferat, respiciendus erit.

Forsitan immundæ, Tatio regnante, Sabinæ

Noluerint habiles pluribus esse viris. 40

*ride, quomodo accedens juvet: opulentus amator te expetit, et exquirat quid tibi desit. Est etiam illi forma, quæ se tibi exæquet: si te acquisitam non cuperet, erat acquirendus. (Rubore suffusa est:) Rubor equidem est decori vultui candido: sed iste juvat, si fingas; sincerus solet officere. Cum bene aspicias sinum oculis demissis, unusquisque erit honorandus quantum det. Forsitan impuræ Sabinæ, Tatio impe-*

//////////

*Prosit et.—32 Pa. et D. quod tibi, unde Burm. conj. cultæ quod tibi desit, habet. —33 Quæ malebat Francius.—35 Pa. rubor ora.—37 Al. spectabis.—38 Jun.*

#### NOTÆ

*Formosissima*] Es, supple.

29 *Nocuit*] Enimvero, si Diis placet, multum ad hujus aut illius commodum aut incommodum faciunt stellæ: atque ea omnia sunt magis perspecta: quæ stultitia est multorum hominum, aut verius mulierularum.

30 *Signo nunc Venus apta suo*] Lego *tuo*, id est, Tuum signum nunc est Venus, quæ tibi propitia vitam tuam moderabitur.

31 *Adveniens*] Vim suam erga te exerens; te respiciens. Dixit Martem abivisse.

33 *Quæ se tibi comparet*] Id est, Quæ ob formæ elegantiam tecum possit conferri.

35 *Erubuit*] Puella scil. Poëtæ amica, cum anus sollicitationes audiret.

*Decet*] Quia rubore albam faciem distinguit. Illa vero sunt anus verba, quæ erubuisse puellam senserat.

37 *Dejectis*] Pudoris simulandi cau-

sa, ut eo magis capiatur amans; vel etiam, ut quale ille amoris pretium in sinu deponat, possit cognoscere. Solebant enim, qui ad amicam commeabant, in ejus gremium dona sua mittere.

38 *Respiciendus*] Id est, amanti, pro donorum suorum ratione erit indulgendum. Optimum præceptum; nam et illud idem puellæ inculcat docta quædam meretrix apud Terentium. Nefariæ cruces!

39 *Immundæ*] Inurbanæ, inelegantes, impolitæ. Sic de pudicis matronis loquuntur prostibula.

*Tatio regnante*] Quo tempore rudes et inculti homines glandibus vescebantur. Pudicitiam dicit imperitarum mulierum virtutem esse; cui assentientur, quæ lenæ et veneficæ haberi volent. Fuit vero Tatus dux Sabinorum, qui cum Romulo bellum fortiter gessit.

*Regnante*] In regni partem, fœdere post pugnam percusso, receptus est.

Nunc Mars externis animos exercet in armis :

At Venus Æneæ regnat in urbe sui.

Ludite formosæ : casta est, quam nemo rogavit :

Aut, si rusticitas non vetat, ipsa rogat.

Has quoque, quas frontis rugas in vertice portas, 45

Excute : de rugis crimina multa cadent.

Penelope juvenum vires tentabat in arcu :

Qui latus argueret, corneus arcus erat.

Labitur occulte, fallitque volubilis ætas ;

Ut celer admissis labitur annis aquis. 50

*rante, noluerint esse aptæ pluribus viris : nunc Mars detinet animos in armis peregrinis : at Venus imperium obtinet in urbe sui Æneæ. Ludite, pulchræ : pudica est quam nemo oravit : aut, si morositas non obstat, ipsa orat. Dele etiam has rugas, quas geris in suprema fronte : multa vitia defluent de rugis. Penelope experiebatur robur juvenum in arcu : arcus qui indicaret vires lateris, erat corneus. Anni furtim effluunt, et volucres decipiunt : ut rapidus fluvius defluit aquis ruenti-*

\*\*\*\*\*

*inspiciendus.—39 Al. Forsitan incultæ.—43 Ludite Sa. unus Mor. et Scr. Vulgo ludunt.—46 Fr. pro rugis.—49 Volubilis R. et duo al. vulgo volatilis.—50 Sa.*

#### NOTE

*Sabinæ]* Sabinorum uxores aut puellæ. Illum vero populum religione Deorum et morum incorruptione apud plerosque autores celebratum invenias. Terras incolebant non longe a Roma, ad Septemtrionem.

41 *Mars externis]* Non jam intra Romæ urbis mœnia, ut olim, aut bella, aut a Sabinis mutuata morum duritia exercetur.

42 *Venus]* Amorum et deliciarum Dea.

*Æneæ]* Venerem Æneæ matrem fuisse, a quo Romani originem duxerunt, supervacaneum est repetere.

*Regnat]* Adeoque in deliciis et amoribus vivendum : nam, 'Regis ad exemplum totus componitur orbis.'

43 *Ludite]* Amoribus vestris operam date ; amantes decipite. Ejusmodi, non nisi veneficæ nomine suadere ausum Poëtam, monuisse, satis credo, prudentibus, et cautis fuerit.

44 *Ipsa rogat]* Egregia vero fuerit

castitas.

45 *Rugas]* Puellæ dicta aversantis severum vultum lena adverterat.

46 *De rugis]* Crimen fuisse innuit, quod ad impura dicta frontem puella corrugaverit : ipsamque innocentem fore, cum læto et hilari vultu tantas nequitas audiverit.

47 *Juvenum]* Procorum ; de quibus in Penelope.

*In arcu]* *Per arcum.* At vero, quod procos illudendi et coarguendi causa facit Penelope, illud perverse detorquet Iena. Illa enim Ulyssis arcum procis tendendum dedit, sese illi nupturam affirmans, qui eo uti posset ; verum non ea, quam fingit anus, causa ; sed tantum, ut indignos et effæminatos nebulones, quos Ulyssis arcum nunquam tendere posse sciebat, stultitiæ argueret. Pessime igitur, quanquam non desint qui de Penelopes castitate male sentiant, ab exemplo puellam corrumpere co-

Æra nitent usu; vestis bona quærit haberi:

Canescunt turpi tecta relicta situ.

Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit:

Nec satis effectus unus et alter habent.

Certior e multis, nec tam invidiosa rapina est.

55

Plena venit canis de grege præda lupis.

Ecce, quid iste tuus præter nova carmina vates

Donat? amatoris millia multa leges.

Ipse Deus vatium, palla spectabilis aurea,

Tractat inauratæ consona fila lyræ.

60

*bus. Æra fulgent usu; vestis splendida vult tractari: domus desertæ albet obscæno squalore. Pulchritudo, nisi accipias amatores, evanescit, nemine colente: nec unus et alter habent satis utilitatis. Præda est tutior e pluribus, nec tam odiosa. Rupina ampla lupis ravis contingit de grege. En, quid iste tuus poëta præbet præter novos versus? leges multa millia ab amante. Ipse Deus poëtarum, insignis palla aurea, pulsat nervos concordēs lyræ inauratæ. Qui afferet, ille tibi*

//////////

*Ut cel. annis aquis: vulgo Et celer adm. l. annus equis.—53 Mor. unus exercente peribit.—54 Edd. prisca, alter habet.—55 R. in multis.—58 Jun. amatorum. Pal. et prima ed. carmina multa. Burm. vellet versum refingere, amatores*

#### NOTÆ

natur vetula.

48 *Latus*] Lateris vires ostenderet.

*Corneus*] Ex cornu arbore.

49 *Occulte*] Quam bene et vere. Plurima vero ejusmodi de tempore a Poëtis habemus; quæ hic frustra congereremus.

50 *Admissis*] Concitatis: adeoque tanquam ex torrente hauriendum, properandum, tempore cante, et ad salutem, tot præsertim hostibus insidiantibus, utendum; non eo ad nequitias et perniciem abutendum.

51 *Nitent*] Hac comparatione, in puellæ animum studet lena inducere, ut turpiter, dum licet, corporis sui faciat copiam.

*Haberi*] Tractari.

52 *Situ*] Est proprie situs, ut Servius ait, lanugo quædam ex humore procreata. Sordes vero et squalor intelligitur, qui intra opaca relicta-

rum ædium conspicitur.

56 *Venit*] Contingit.

*Canis*] Canos pilos habentibus; quod illis fert ætas. Ceterum his comparationibus puellam ad nequitiam, quam non vidit interpres, conatur lena perducere.

57 *Iste*] Per contemptum, de Nasone.

*Nova*] Miranda, exponunt. Non bene credo, quia contra scopum. Simpliciter intelligo, et potius cum aliquo contentu: quo tamen, sua laude Poëta non decipitur.

58 *Amatoris*] Quicumque ille tandem fuerit.

*Millia*] Carminum, scil. ut propter ea Ovidio tuo nihil sit opus tantenaciter adhærere.

59 *Deus vatium*] Apollo.

*Palla spectabilis*] Adeoque, cum et ipse Deus vatium aurum amet, pretium ab amantibus non debes sper-

Qui dabit, ille tibi magno sit major Homero :

Crede mihi ; res est ingeniosa, dare.

Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus,

Despice, gypsati crimen inane pedis.

Nec te decipiant veteres quinquatria ceræ. \*

65

Tolle tuos tecum, pauper amator, avos.

Quid ? quia pulcher erit, poscet sine munere noctem ?

Quod det, amatorem flagitet ante suum.

*sit præstantior magno Homero. Crede mihi, afferre est res arguta. Nec tu, si aliquis erit redemptus pretio capitis, contemne vanum probrum pedis gypso illiti. Nec te fallant ceræ antiquæ quinquatria. Inops amator, aufer tecum tuos avos. Quin, quia formosus erit, petet noctem sine pretio ; poscat prius suum amatorem*

*millia multa ferant.—59 Pal. Deus vates.—64 Al. nomen inane.—65 Veteres ceræ. P. vulgo veteris. D. quinquennia ceræ. Heins. conj. veteres quin atria ceræ,*

## NOTÆ

nere : eo enim, meo iudicio, lenæ ad puellam oratio spectat ; quam alio detorsit interpres. Ceterum monuit ille, ad Apollinis Palatini marmoreum simulacrum, quod, auctore Augusto, tanto artificio fuerat fabricatum, ut vivum esse, et plectra movere et canere videretur, hoc in loco allussisse Poëtam.

60 *Tractat inauratæ]* Adeoque aurum amat.

*Consona]* Consonantia, ut harmoniam efficiant.

*Fila]* Nervos, chordas.

*Lyræ]* Lyra instrumentum erat musicum, cujus figuram passim reperias.

61 *Major]* Cuique adeo potius obsequaris.

62 *Ingeniosa]* Adcoque Poëtarum ingenia exæquans aut superans. Puellis certe plurimis, præsertim vero turpibus meretriculis, præter lucrum dulce nihil est.

63 *Capitis mercede]* Servus aliquis, qui dives factus se a servitio redemerit.

64 *Despice, gypsati]* Ne, inquit, illum servum inani causa despicias ;

vitium enim in servo, si quod sit, in pede gypsato est ; quod vitium, cum aqua elui possit, nullum est.

*Gypsati]* Gypsum, *Du plâtre*. Genus est calcis ; quo, ut docet Plinius, venalium servorum, trans mare ductorum, pedes illinebantur.

*Crimen]* Alii *nomen* : quod etiam optime est.

65 *Nec te decipiant]* Nulli propter nobilitatem obsequaris.

*Veteres ceræ]* Id est, alicujus stemmata, genus, aut nobilitas : ex cera enim fiebant majorum imagines, quæ in atrio, ad probandam et ostentandam nobilitatem et avorum seriem, collocabantur.

*Quinquatria]* Inter varias hujus loci emendationes, *Scriverii circa atria ceræ*, probabilior est.

66 *Tolle]* Quasi præsentem pauperem amatorem, non sine contemptu alloquitur *Dypsas*. Gall. diceret, *Va te promener avec tes aïeux*.

67 *Quid]* Multi *quin*. Mendosum hunc versum suspicatur clar. Heinsius. Quamobrem non video, Optimum vero sensum efficit particula

Parcius exigit pretium, dum retia tendis,

Ne fugiant: captos legibus ure tuis.

70

Nec nocuit simulatus amor: sine credat amari;

Sed cave, ne gratis hic tibi constet amor.

Sæpe nega noctes: capitis modo finge dolorem;

Et modo quæ causas præbeat, Isis erit.

Mox recipe; ut nullum patiendi colligat usum,

75

Neve relentescat sæpe repulsus amor.

Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti.

Audiat exclusi verba receptus amans.

*quod præbeat. Posce modestius munera, dum ponis laqueos, ne amantes recedant: urge irretitos tuo modo. Nec obfuit amor fictus: patere se arbitretur diligi: sed vide, ne hic amor tibi sit frustra. Sæpe recusa noctes: modo simula dolorem capitis: et modo Isis erit quæ causas subministret. Mox admitte; ut nullam contrahat dolendi consuetudinem; et ne amor sæpe rejectus langueat. Fores tuæ sint surdæ roganti, apertæ apportanti. Amans*

//////////

vel circum atria.—67 Al. *Quin quia*.—70 Unus Pa. et duo Mor. *ignibus ure*.—71 Nonnulli *se credat*.—72 *Sed* prima ed. vulgo *Et*: N. *Sed fuge*.—73 Alii *noctem*. Unus Mor. *dolores*.—74 Sa. *Isis cat*.—79 Vulg. *læsa prius*: Fr. *læsa*

#### NOTÆ

*quin*; postquam enim posuit anas, plurimos, quos quidem repellendos monuit, ad puellam venturos, quorum alius veterem prosapiam, alius ingenium, aliaque jactaret; *Quin* insuper, ait, omnium maxime rejiciendi venient, qui propemodum cum imperio omnia a te flagitent.

*Quia pulcher erit*] ‘Fastus’ enim ‘inest pulchris, sequiturque superbia formam.’ Ovid.

*Noctem*] Quid sit noctem orare aut petere, non opus est exponere.

68 *Det*] Tibi, supple.

*Amatorem*] Qui ipsum perverse amat.

69 *Parcus*] Immo blanditiis etiam harum venatricum retia teguntur.

*Retia*] Tendunt itaque amatoribus suis, tanquam brutis. Salus est adolescentum, ut eas perpetuo oderint, mature has cruces cognoscere.

70 *Captos*] Tuis illecebris irretitos.

*Legibus*] Tuo modo. Gall. *Comme*

*il te plaira*.

71 *Nec nocuit*] Vult etiam anas, ut ad capiendos juvenes amorem simularet puella.

72 *Constet*] Sit. Cave, inquit, ne gratis et frustra, aut sine pretio, hunc amorem simules.

73 *Nega*] Ejus rei rationem reddet postea Naso.

74 *Causas*] Amatoris dimittendi, scil.

*Isis*] Inachi fluminis filia, ante Io appellata, a Jove in vaccam, Junonis metu, mutata, deinde apud Ægyptios pristinae formæ restituta, ubi pro Dea culta est. Ejus sacra ad Romanos translata sunt; quibus solennibus Romanæ mulieres per plurimos dies secubabant. ‘Simulat se a matre accersi ad rem divinam.’ Terent.

75 *Recipe*] Amatorem, scil.

*Usum*] Usu vero et consuetudine omnia fiunt tolerabilia.

78 *Audiat*] Ut ex rejecti despera-



Et, quasi læsa prior, nonnunquam irascere læso.

Vanescat culpa culpa repensa tua. 80

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram :

Sæpe similtates ira morata facit.

Quin etiam discant oculi lacrymare coacti :

Et faciant udas illa vel illa genas.

Nec, si quem falles, tu perjurare timeto : 85

Commodat illulis numina surda Venus.

Servus, et ad partes solers ancilla parentur ;

Qui doceant, apte quid tibi possit emi.

Et sibi pauca rogent : multi si pauca rogabunt,

Postmodo de stîpula grandis acervus erit. 90

*admissus audiat voces repulsi. Et quasi prior violata, interdum successe offenso. Crimen comparatum cum tuo crimine diluatur. Sed nunquam concesseris longum spatium in iram. Ira producta sæpe parit odia. Quinetiam oculi inviti doceantur lacrymas effundere : et illa vel illa reddant genus humidas. Nec tu, si quem decperis, metuas pejerare. Venus præbet numina surda deceptis. Fumulus etiam et ministra callida instituuntur ad partes, qui submoneant quid tibi possit idonee comparari. Et sibi petant exigua : si exigua petent a pluribus, postmodo cumulus crit*

*fores.—80 Repensa P. et Arund. vulgo repulsa. I. repressa.—82 N. morata dedit.—83 N. lacrymare decenter.—84 Unus Mor. faciam madidas. vulgo ille vel ille.—86 Al. commodat in lusus: N. in ludos.—89 Al. multos.—93 Cum te*

#### NOTÆ

tione majorem suam credat felicitatem ; largioraque postea munera afferat.

80 *Repensa*] Cum culpa comparata : perverse compensata extinguatur.

*Tua*] Heinsius legeret *sua*. Codex unus habet *nova* ; quod non displicet : sensum hujus loci saltem aperit.

82 *Morata*] Quæ diu duravit.

84 *Illu*] Zelotypiam, inquit, vel quidvis aliud finge lacrymarum tuarum esse causam ; quasi non te amari crederes, ut se amari amans credit. Vaferrimum consilium.

85 *Nec, si quem*] Cujus generis sint hæc omnia nemo non videt : quæ tamen, ad præcavendum, scitu sunt pernecessaria.

86 *Illulis*] Perjurio deceptos non

audit Venus : et ' Jupiter ex alto perjuriam ridet amantum.'

87 *Partes*] Partes dicuntur ea omnia, quæ quisque Actor in fabula ex persona, quam tuetur, habet exequenda. Totum itaque suum artificium anus Comædiæ comparat ; ubi ancillas opus sit habere astutas et expromta memoria, quæ utcumque opus sit dominæ consilio subserviant. *Qui sachent bien jouer leur personnage.*

88 *Apte*] Doceant apte, et quid possit emi apte.

89 *Multi*] Amatores, scil. Quamquam, inquit, servi et ancillæ rogabunt pauca, tamen, quia multos rogabunt, et a multis accipient, brevi fient divites.

90 *Stîpula*] Proprie culmus est, aut ea pars segetis quæ, demessis

Et soror, et mater, nutrix quoque carpat amantem.

Fit cito per multas præda petita manus.

Cum te deficient poscendi munera causæ,

Natalem libo testificare tuum.

Ne securus amet, nullo rivale, caveto :

95

Non bene, si tollas prælia, durat amor.

Ille viri toto videat vestigia lecto ;

Factaque lascivis livida colla notis.

Munera præcipue videat, quæ miserit alter.

Si tibi nil dederit, Sacra roganda via est.

100

Cum multa abstuleris, ut non tamen omnia donet ;

Quod nunquam reddas, commodet usque roga.

Lingua juvet, mentemque tegat : blandire, noceque.

Impia sub dulci melle venena latent.

*magnus de spicis collectis. Et soror, et mater, nutrix etiam expilet amatorem. Præda quasita per plures manus celeriter congeritur. Cum causæ petendi dona tibi deerunt, indica tuum diem natalem placenta. Vide ne otiosus amoribus indulgeat sine æmulo. Amor male permanet si auferas certamina. Ille aspiciat indicia viri toto toro ; et colla livenia signis procacibus. Aspiciat præsertim dona quæ alius præbuerit. Si nihil tibi obtulerit, via Sacra est petenda. Postquam multa rapueris ; ut tamen non det omnia, orato assidue mutuo det quod nunquam restituas. Lingua prosit, et animum celet : demulceto, et obesto. Dira toxica obducuntur*

//////////

meliore : alii *Cum tibi*.—94 Mo. et N. *testificaro diem*.—95 Fr. et quatuor al. *Nec securus*.—96 Fr. *duret amor*.—97 Tres libri *Alterius videat toto*. Jun. *certo lecto*.—101 P. *nemo ut tamen*. Heins. conj. *ne non tamen*.—102 *Usque duo* Heins. vulgo *ille* : al. *ipsa* : quidam *ipse*.—103 Pal. *blandire nocentem* : duo al. *nocenti* : unus *necesse est*. Burm. conj. *roveque*.—104 Pro *Impia Fran-*

#### NOTÆ

spicis, in agro relinquitur ; quanquam etiam pro ipsis spicis sumitur. Illis vero, quas post messorum legunt ege- ni, dona, quæ ab amatoribus accipiunt servi seu ancillæ, comparat *Dypsas anus*.

91 *Carpat*] Arrodat ; ab amante aliquid auferat.

94 *Natalem*] Diem, scil.

*Libo*] Placenta ex farre et melle. Mox erat autem, ut natali die discumbentibus liba apponerentur, a nulloque gustarentur prius, quam ab eo cujus natalis dies celebraretur : post cujus degustationem, omnes de-

gnstabant et bene precabantur.

*Testificare*] Ut, de more, dona amans afferat.

97 *Viri*] Alterius amatoris.

100 *Sacra*] Illa via Romæ a curia veteri versus amphitheatrum ad arcem Capitolinam porrigebatur.

*Via*] Id est, quænam merces in ea vendantur ; quanti constant quas habere cupit, &c. ut intelligat amator eas emendas esse.

101 *Donet*] Donare videatur ; quod ipsum a dando absterreat.

103 *Mentemque tegat*] Ita ut aliud clausum in pectore, aliud in lingua

Hæc si præstiteris, usu mihi cognita longo ; 105  
 Nec tulerint voces ventus et aura meas ;  
 Sæpe mihi dices vivæ bene ; sæpe rogabis,  
 Ut mea defunctæ molliter ossa cubent.  
 Vox erat in cursu, cum me mea prodidit umbra :  
 At nostræ vix se continuere manus, 110  
 Quin albam raramque comam, lacrymosaque vino]  
 Lumina, rugosas distraherentque genas.  
 Di tibi dent nullosque lares, inopemque senectam ;  
 Et longas hyemes, perpetuamque sitim.

*suavi melle. Si hæc servaveris a me comprobata diutina experientia, nec ventus et aura rapuerint mea dicta ; sæpe bene precuberis mihi superstiti ; sæpe orabis ut mea ossa mortuæ quiescant suaviter. Verba profluebant cum umbra mea me retexit. At manus nostræ vix se represserunt, quin discernerent capillos raros et albos, et oculos mera profluos, et genas rugis contractas. Dii tibi faciant domum inanem, et senectutem vacuum, et protractas hyemes, et sitim continuam.*

\*\*\*\*\*

cuis malebat *Improba* vel *noxia*.—107 *Vivæ bene* Sa. a manu pr. et P. vulgo *vivas bene*.—109 *Al. male Nox erat*.—112 *Vulgo distraherem: Me. destruerem*.—113 *Quinque Heins. nudosque lares*.—114 *F. Per longas, unde Heins. conj. Fer. D. continuas hiemes*.

#### NOTÆ

promptum habeas, quod gratum sit amatori.

*Blandire, noceque*] Per blanditias amatorem expila. Vel, *Noce*, ne in tædia vertatur amor, qui his artibus retinetur.

105 *Hæc*] *Mea præcepta*, scil.

*Præstiteris*] *Observaveris*.

*Usu*] *Experientia*.

106 *Nec tulerint*] *Nec te frustra admonuerim*.

109 *Vox*] *Anus* scil. quæ multa alia deblaterasset, nisi Poëtæ latentis umbram advertisset.

111 *Albam*] *Canam* ; nam anus erat.

112 *Lumina*] *Oculos* ; quos plerumque rubros et lacrymosos habent vinosi.

113 *Di tibi*] *Lenæ* imprecatur *Naso*.

*Lares*] *Domum* omni bono vacuum. *Ponuntur enim Lares, Dii domestici*, persæpe pro ipsa domo. *Alii, nudosque lares, quod et expone nullos*.

114 *Longas*] *Ut frigoribus et gelu conficiaris* ; quo senes, ob sanguinis defectum, maxime uruntur.

*Perpetuamque*] *Nullum fere bibacissimæ Dyspadi majus potuit imprecari tormentum*.

## ELEGIA IX.

*Ad Atticum, amantem non oportere desidiosum esse, ut nec militem.*

**M**ILITAT omnis amans, et habet sua castra Cupido :  
 Attice, crede mihi ; militat omnis amans.  
 Quæ bello est habilis, Veneri quoque convenit, ætas.  
 Turpe senex miles, turpe senilis amor.  
 Quos petiere duces annos in milite forti, 5  
 Hos petit in socio bella puella toro.  
 Pervigilant ambo ; terram requiescit uterque.  
 Ille fores dominæ servat, at ille ducis.

*Omnia amator bellum gerit, et Cupido habet sua castra: fidem mihi habe, Attice, omnia amator arma tractat. Anni qui ad bellum sunt apti, apti sunt quoque ad Venerem. Miles senex est res indecora, amor senilis est indecorus. Quam ætatem Imperatores voluerunt in strenuo milite, hanc pulchra puella expetit in lecto jugali. Uterque noctes insomnes ducunt : umbo cubant humi. Ille custodit portam dominæ,*

1 Pal. 3. sua tela.—3 Scr. quoque congruit.—6 Fr. Hos petis. Duo libri pulchra puella. Al. socio viro ; al. socio tori.—7 Al. Evigilant : Pal. alter Invi-

## NOTE

1 *Militat*] Eo vero periculosius militat, quod hosti sese inermem tradit qui amat, eidemque maxime parcat.

*Habet sua castra*] Id est, Vere amor est bellum.

2 *Attice*] Titus Pomponius est ; ad quem multas epistolas scripsit Cicero : Poëtae sodalis, et amicus ita carus, ut cum eo seria ludicraque omnia conferre solitus sit. Attici vero cognomen ideo sortitus est, quod cum diu Athenis vixisset, plane Atti-

cus lingua et morum elegantia videretur.

*Militat*] Non parvam affert sententiæ gravitatem hæc repetitio.

3 *Ætas*] Juventus, scil.

6 *Bella*] Pulchra.

7 *Pervigilant*] Noctem totam insomnem ducunt.

*Ambo*] Miles, scil. et amator ; atque equidem posterior, qui tota nocte cantando, aut ad amicæ fenestras conquerendo, vagatur.

*Uterque*] Amator quidem ad amicæ

Militis officium longa est via : mitte puellam ;	
Strenuus, exempto fine, sequetur amans.	10
Ibit in adversos montes, duplicataque nimbo	
Flumina ; congestas exeret ille nives.	
Nec freta pressurus tumidos causabitur Euros ;	
Aptave verrendis sidera quæret aquis.	
Quis, nisi vel miles, vel amans, et frigora noctis	15
Et denso mixtas perferet imbre nives ?	
Mittitur infestos alter speculator in hostes :	
In rivale oculos alter, ut hoste, tenet.	
Ille graves urbes, hic duræ limen amicæ	
Obsidet : hic portas frangit, at ille fores.	20

*at iste Imperatoris. Munus militis est prolixum iter: ablega puellam; fortis amator sine fine consequetur. Curret in colles oppositos, et torrentia aucta imbribus; ille calcabit nives cumulatæ. Nec navigaturus culpabit Euros turgidos; nec requireret astra idonea aquis tranandis. Quis, nisi vel miles vel amator, usque toleret et frigora noctis et nives confusas cum spissis nimbis? Alter dimittitur explorator in hostes infensos: alter defigit oculos in æmulo, tanquam in hoste. Ille oppugnat urbes molestas, hic limen crudelis amicæ: hic proterit portas, at ille fores.*

*gilant.—8 Nonnulli at iste; rectius, ut Heins. censet.—12 Exc. I. cum al. coniectas nives: unus confertas: duo confectas. Al. conteret ille.—13 Al. pressuras: unus Mor. pulsurus. Tres libri tumidas caus. undas.—14 Verrendis Sa. et duo al. vulgo vertendis.—16 Me. alter densas mixto.—18 Jun. et R. cum*

## NOTÆ

fores.

9 *Longa*] Atque longis itineribus plerumque defessi sunt milites.

*Mitte*] Longe ab amatore ablega.

10 *Exempto fine*] Sine fine sequetur. Amanti itaque, ut militi, longa erit via.

11 *Adversos*] Oppositos, obstantes.

*Duplicataque*] Quales sunt torrentes.

13 *Freta pressurus*] Navigaturus, puellæ causa.

*Causabitur*] Causam, ne navem conscendat, dicet.

14 *Verrendis*] Remis impellendis, aut navi frangendis. Id est, Absque omni consultatione maris discrimini-

bus sese amans objiciet.

*Sidera*] Antea vidimus sidera quædam pluviosa et procellosa esse; aut saltem pluvix et tempestatis tempus indicare.

15 *Noctis*] Uterque vero, et miles et amans, persæpe sub dio pernoctat.

16 *Denso mixtas*] Frigus propemodum et tristitiam hic versus advehit.

20 *Portas*] Quæ in muris urbium, munitionum, atque castrorum.

*Fores*] Id est, januas, aut ostia domorum privatarum. Ex hoc vero versu differentia patet, quæ inter portas et januas, seu fores, intercedit.

Sæpe soporatos invadere profuit hostes ;  
 Cædere et armata vulgus inerme manu.  
 Sic fera Threicii ceciderunt agmina Rhesi ;  
 Et dominum capti deseruistis equi.  
 Sæpe maritorum somnis utuntur amantes ; 25  
 Et sua sopitis hostibus arma movent.  
 Custodum transire manus, vigilumque catervas,  
 Militis, et miseri semper amantis opus.  
 Mars dubius, nec certa Venus ; victique resurgunt :  
 Quosque neges unquam posse jacere, cadunt. 30  
 Ergo desidiam quicumque vocavit amorem,  
 Desinat : ingenii est experientis amor.

*Sæpe utile fuit adoriri hostes sopitos, et mactare vulgus nudum manu armis instructa. Sic acres copix Rhesi Threicii deletæ sunt, et, equi correpti, destituitis dominum. Amantes utuntur sæpe sopore maritorum ; et concutiunt sua arma hostibus somno oppressis. Effugere globos custodum, et manus excubitorum, est munus militis, et amantis semper miseri. Mars incertus, nec Venus fida ; et subacti eriguntur : et quos credas nunquam posse interimi, opprimuntur. Ergo quicumque nominabit amorem segnitiam, id omittat : amor est ingenii multa molientis. Tristis*

//////////

multis editis *In rivali*.—19 *R. hic diræ*.—24 *D. rapti equi*.—25 *Sæpe Sa. pro div. lect. vulgo Nempe*.—26 *Unus Heins. Sævaque sopitis. Sa. et Mor. arma nocent*.—27 *Fr. transire oculos*.—31 *Al. vocabit : P. et quatuor al. vocabat*.—

#### NOTÆ

21 *Profuit*] Militi, scil. Pergit in comparatione amantis et militis.

23 *Sic*] Per soporem.

*Rhesi*] Vide in Penelope.

24 *Equi*] Rhesi, scil. de quibus etiam in Penelope.

25 *Sæpe maritorum*] Ostendit, quomodo et amantes sopore hostium maritorum utantur.

26 *Hostibus*] Maritis, scil. quos sibi hostes ducunt amantes.

*Movement*] Admovent arma, quibus acerbiora, quam quæ ferro, ingenio viro vulnera fiunt.

27 *Custodum transire*] Quod amantibus incumbit.

*Catervas*] Quibus premuntur milites.

29 *Dubius*] Incertus enim belli exitus ; quod diu cogitandum. *Les*

*armes sont journalières.*

*Nec certa*] Muliere nihil levius ; ut habet proverbium.

*Resurgunt*] ‘ Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.’ Virg.

30 *Cadunt*] ‘ Victoresque cadunt Danaï.’ Virg. Quæ omnia facile ad Amoris bella transferet, qui Phædriam Terentianum viderit.

32 *Desinat*] Scilicet, vocare amorem desidiam, ut exponit Dominicus? Non. Quanquam enim optimos ejus commentarios plerumque sequimur ; eos tamen quando ita ratio postulare videtur, relinquimus. *Desinat* ; id est, Ab amore desistat ; Amoris castra ne sequatur.

*Experientis*] Experti, periti ; adeoque multa molientis.

Ardet in abducta Briseide magnus Achilles.

Dum licet, Argolicas frangite, Troës, opes.

Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma; 35

Et, galeam capiti quæ daret, uxor erat.

Summa ducum Atrides, visa Priameide, fertur

Mænadis effusis obstupuisse comis.

Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit;

Notior in cœlo fabula nulla fuit. 40

Iipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus:

Mollierant animos lectus et umbra meos.

*Achilles flagrat in Briseide abrepta. Trojani, proterite vires Argolicas, dum datur. Hector ruebat in arma ab amplexibus Andromaches: et conjux erat quæ aptaret cassidem capiti. Atrides dux ducum dicitur spectata Priameide hæsisse in sparsis capillis Mænadis. Mars quoque correptus sensit laqueos fabriles. Nulla fabula fuit magis vulgata cœlo. Ipse ego deses eram, et genitus in otia dissoluta: lectus*

//////////

33 P. aliique multi *mæstus Achilles*: quidam *fortis*.—34 Al. *Argivas opes*: P. et alii *Argoas*.—35 P. D. aliique *ad arma*.—41 Mor. *ad otia*.—42 Sa. et duo

#### NOTE

33 *Ardet Achilles*] Adeoque desidiosus non est Amor, qui Heroum etiam corda sibi mancipat; a quo percelluntur.

*Abducta*] Ab Agamemnone: qua de re vide, si placet, Briseidis epistolam.

*Magnus*] Sic quidam; quod et ad scopum facit. Alii *mæstus*: et quidem *mæstus*, immo et furiosus, ex Briseidis suæ raptu, factus est Achilles.

34 *Dum licet*] Per Achillis Græcorum fortissimi absentiam, scil. qui ut Homerus scribit, amore et ira amens pugna abstinuit; qua re factum, ut Græcorum ingentem cladem Trojani ediderint! Eo alludit Poëta hoc versu.

*Argolicas*] Græcas.

*Frangite*] Græcos hostes mactando, quamdiu ab Achille irato non defenduntur.

35 *Andromaches*] Hectoris uxor fuit Andromache.

37 *Summa*] Caput et dux. Voca-

tur enim Agamemnon dux ducum seu Principum Græcorum, qui Trojam expugnaverunt.

*Atrides*] Agamemnon, Atræi filius.

*Priameide*] Cassandra, Priami filia.

*Fertur*] Dicitur, memoratur.

38 *Mænadis*] Cassandræ, scil. vaticinantium more furentis et insanientis: *μάλισθα* enim insanire est. Cassandram vero vatem fuisse dono Apollinis alibi diximus.

*Effusis*] Furentium more sparsis.

*Obstupuisse*] Ex Cassandræ forma, quam perditæ amavit, attonitus.

39 *Mars*] Ipse belli Deus minime desidiosus, quo Amorem desidiosum non esse maxime probatur.

*Deprensus*] A Vulcano, scil. Veneris marito, Solis monitu.

*Fabrilia*] Vulcani, qui rete ferreum, adeo exile ac tenue, ut oculorum aciem fageret, in lecto Veneris tetendit; quo vinculo Mars et Venus adulteri in flagitio correpti sunt, Deorumque omnium ludibrio expositi.

Impulit ignavum formosæ cura puellæ ;

Jussit et in castris æra merere suis.

Inde vides agilem, nocturna que bella gerentem.

45

Qui nolet fieri desidiosus, amet.

*et umbra enervaverant mea pectora. Amor pulchræ puellæ excitavit desidiosum ; et imperavit stipendia facere in castris suis. Inde cernis me alacrem et moventem arma nocturna. Qui nolet fieri segnis, amct.*

//////////

al. *somnus et umbra.*—45 Pro *rigilem* P. et quatuor alii cum prima ed. *agilem*. N. *bella moventem.*—46 Vulg. *Qui non vult* : alii etiam *Qui nolit*.

#### NOTÆ

*Sensit*] Adeoque amavit.

Amor.

40 *Notior*] Quippe ad turpe spectaculum omnes convolarunt, captisque illudere certaverunt.

*Æra merere*] Stipendia facere, militare.

41 *Discincta*] Mollia, dissoluta. Enimvero togatis, opus aliquod mollientibus, togam, ne impedimento sit, opus est cingere et colligere. Inde fit ut strenuos viros *præcinctos, accinctos* ; inertes *discinctos* dixerint.

45 *Inde*] Ex Amore, postquam me ille impulit.

*Vides*] Atticum alloquitur.

42 *Lectus et umbra*] Otium, quod in lecto et umbra reperitur.

46 *Nolet fieri*] Adeoque non tantum desidiosus non est Amor, sed insuper desidiam pellit, desidiososque fortes facit. Quod non modo de Amore, sed de omni affectu aut cupiditate verum est.

44 *Jussit*] Cura puellæ, scil. sive

---

## ELEGIA X.

*Ad puellam, ne pro amore præmia poscat.*

QUALIS ab Eurota Phrygiis avecta carinis,

Conjugibus belli causa duobus erat :

*Qualis erat abducta navibus Phrygiis ab Eurota, causa belli duobus maritis :*

//////////

I Vulgo *Europa Phryg. advecta* : Sa. *transvecta* : quidam *devecta, erecta, ad-*

#### NOTÆ

I *Qualis*] Pulcherrima, scil. Amicæ vero formam laudat primo Poëta,

ne postea in ea præsidium quærat.

*Eurota*] Fuit Eurotas fluvius Spar-



Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis  
 Callidus in falsa lusit adulter ave :  
 Qualis Amymone siccis errabat in Argis, 5  
 Cum premeret summi verticis urna comam :  
 Talis eras ; aquilamque in te taurumque timebam,  
 Et quicquid magno de Jove fecit Amor.  
 Nunc timor omnis abest, animique resanuit error :  
 Nec facies oculos jam capit ista meos. 10  
 Cur sim mutatus, quæris ? quia munera poscis.  
 Hæc te non patitur causa placere mihi.

*qualis erat Lede, quam adulter astutus tectus plumis candidis fefellit in alite ficto : qualis Amymone vagabatur in campis aridis, cum hydria urgeret capillos supremi verticis : talis eras ; et metuebam tibi aquilam et bovem, et quicquid Amor finxit de magno Jove. Nunc omnis metus recessit, et error mentis est emendatus : nec jam ista tua forma retinet meos oculos. Requiris quamobrem sim mutatus ? Quia*

//////////

*ducta.—3 Mor. Leda.—4 Multi libri Candidus in. Scr. et ed. Bersm. ludit.—5 Vulgo erravit. Burm. emend. Argis : vulgo agris.—6 Duo libri urna caput.—8 Sa. finxit Amor.—9 R. omnis abit. P. et Arund. resanuit : vulgo evanuit : Exc. P. Sa. et al. nonnulli revanuit.—11 Prima cd. præmia poscis.—13 Fran-*

#### NOTÆ

tam alluens, unde avecta est Helena.

• *Phrygiis*] Paradis Phrygii, seu Trojani.

2 *Conjugibus*] Menelao, scil. et Paridi.

3 *Lede*] Tyndari conjux, Castoris et Pollucis, itemque Helenæ mater, et Clytæmnestræ.

*Albis*] Cygni, scil. de quo antea vidimus.

4 *Falsa*] Simulata, ficta : neque enim revera Jupiter Ledam decipiens Cygnus fuit.

*Adulter*] Jupiter, scil.

5 *Amymone*] Una fuit ex 50. filiabus Danaï, pulchritudine eximia, venandi studio sese oblectans.

6 *Cum premeret*] Cum aquam in urna capiti imposita portaret. Tum vero Neptuno, quem in auxilium, adversus Satyrum vim inferre volentem, vocaverat, placuisse dicitur ; a

quo, quod a Satyro metuebat, passa est.

*Urna*] Vas est, quo aqua ex puteis fluminibusve hauritur, adeoque et continetur.

7 *Aquilamque*] Id est, Ne ut olim ad Ganymedem, ita ad te rapiendam, Jupiter aquilam mitteret.

*Taurumque*] A quo, seu potius a Jove in tauro latitante, abducta est et vitata Europa.

8 *De Jove fecit*] Illum enim in cygnum, taurum, imbrem, aliaque Amor mutavit.

9 *Resanuit*] Hanc lectionem ex Gronovii observationibus restituit clar. Heinsius ; qui Lactantium voce illa *resanuit* usum esse testatur.

10 *Capit*] In amorem pellicit. Enimvero ingenuo viro illam amare mulierem est indignum, cui propter pretium tantum gratus sit.

Donec eras simplex, animum cum corpore amavi :

Nunc mentis vitio læsa figura tua est.

Et puer est et nudus Amor : sine sordibus annos, 15

Et nullas vestes, ut sit apertus, habet.

Quid puerum Veneris pretio prostare jubetis ?

Quo pretium condat, non habet ille sinum.

Nec Venus apta feris, Veneris nec filius, armis :

Non decet imbelles æra merere Deos. 20

Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære ;

Et miseris jusso corpore quærit opes.

*petis dona. Hæc causa non sinit te mihi gratam esse. Quamdiu eras ingenua, dilexi ingenium cum corpore : nunc forma tua imminuta est culpa ingenii. Amor est puer et nudus : habet ætatem avaritiæ expertem, et nullos amictus, ut sit patens. Quamobrem imperatis puerum Veneris prostitui pretio ? Ille non habet gremium, quo abdat munera. Nec Venus nec puer Veneris idoneus sævis armis : indecorum est Deos imbelles æra merere. Scortum cuivis prostat venale definito pretio, et*

*cuius corrigebat animum ceu corpus amavi.—14 Heins. et Franc. tuæ.—15 Optimus Pal. mundus Amor.—16 Quinque Heins. sit opertus. Arund. quis sit opertus.—17 Franc. legebat jubebis.—18 P. condas.—21 Gl. circo cuivis.—27 Al. equo, non tauro. Burm. sec. pro poposcit conj. reposcit.—30 Franc. locata.—*

#### NOTÆ

*Ista*] Tua, scil.

13 *Simplex*] Non petulans, procax, et avara ; sed quæ amares tantum ut amares.

14 *Vitio*] Avaritia, scil.

*Læsa*] Jamdudum equidem ille amat nos, qui dona nostra amat, si Gnathoni Terentiano credimus : at non alius eo amore contentus fuerit, nisi qui fatui et insulsi Thrasonis mores et animum indnerit.

15 *Puer*] Adeoque simplex, et puerus ; non vafer, nec subdolanus, quales sunt turpes meretriculæ.

*Sordibus*] Avaritia ; qua homines fiunt et dicuntur sordidi.

*Annos habet*] Ætatem agit, vivit.

16 *Nullas vestes*] Quibus alii ad fraudem et nequitiam uti solent.

*Sit apertus*] Ejus omnia conspiciantur ; nec aliud promptum, aliud in pectore clausum habere possit.

17 *Quid*] Propter quid ? Quamobrem ?

*Puerum Veneris*] Amorem, seu Cupidinem.

*Prostare*] Corporis turpitudine quæstum facere, illudque venale habere videtur Amor, qui cum meretricula est.

*Jubetis*] Contumeliose propemodum numero multitudinis usus est ; quasi in meretricum numero amicam ponat.

18 *Pretium*] Turpitudinis, scil.

*Non habet*] Quia nudus est, aut esse debet, si verus est.

*Sinum*] In quem dona mittere solebant.

20 *Æra merere*] Quod solent milites in bello. Alludit Poëta ad meretricis etymologiam, quæ a merendo dicitur.

21 *Certo ære*] Constituta et decreta pecunia.

- Devovet imperium tamen hæc lenonis avari ;  
 Et, quod vos facitis sponte, coacta facit.  
 Sumite in exemplum pecudes ratione carentes: 25  
 Turpe erit ingenium mitius esse feris.  
 Non equa munus equum, non taurum vacca poposcit ;  
 Non aries placitam munere captat ovem.  
 Sola viro mulier spoliis exultat ademtis :  
 Sola locat noctes, sola locanda venit. 30  
 Et vendit, quod utrumque juvat, quod uterque petebat ;  
 Et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit.  
 Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus,  
 Altera cur illam vendit, et alter emit ?  
 Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas, 35  
 Quam socio motu foemina virque ferunt ?  
 Non bene conducti vendunt perjuriam testes :  
 Non bene selecti iudicis arca patet.  
 Turpe, reos empta miscros defendere lingua :  
 Quod faciat magnas, turpe, tribunal opes. 40

*captat calamitosas divitias coacto corpore. Hæc tamen execratur dominium lenonis sordidi ; et facit invita, quod vos facitis ultro. Petite in exemplum bruta ratione destituta. Indecorum erit indolem leniorem esse brutis. Equa non petit pretium ab equo, non vacca a tauro : aries non pellicit ovem amatam dono. Sola mulier lætatur spoliis dereptis viro : sola locitat noctes : solu prostat conducenda. Et vendit quod ambobus prodest, quod ambo quærebant ; et mercedem indicat quanti ipsa oblectetur. Quæ Venus futura est pariter jucunda duobus, quamobrem altera illam vendit, et alter pretio comparat ? Quamobrem gaudia sint mihi detrimento, tibi sint quæstui, quibus foemina et vir gaudent motu communi ? Arbitri empta perverse vendunt perjuriam : scrinium iudicis selecti perverse apertum est. Indecorum est, tueri calamitosos reos lingua pretio conducta ; indecorum tribunal quod magnas*

31 Ed. Gryph. *Et venit.*—32 Heius. *se pretium.* P. Pal. *alter, et Fr. quanto.*

## NOTE

- Cuius] Vilissimis adeo quibusque labuntur.  
 22 Miseras] Immo miserrimas, quæ 28 Captat] Allicit.  
 animi et corporis jactura constant. 38 Arca] Quo dona, quibus ipse  
 Jusso] A lenone, scil. qua re nihil iudex corrumpatur, deferantur.  
 prope fingitur turpius. 39 Empta] Apud antiquos patroni  
 23 Devovet] Execratur. opera gratuita clientum causas age-  
 Tamen] Ut minus reprehendendæ bant.  
 sint, quæ coactæ peccant, quam quæ 40 Magnas] Nimirum ea res vendi-  
 ultro in teterrimum illud vitium pro- tam et proditam justitiam arguit.

Turpe, tori reditu census augere paternos,  
 Et faciem lucro prostituisse suam.  
 Gratia pro rebus merito debetur inemtis  
 Pro male conducto gratia nulla toro.  
 Omnia conductor solvit; mercede soluta 45  
 Non manet officio debitor ille tuo.  
 Parcite, formosæ, pretium pro nocte pacisci.  
 Non habet eventus sordida præda bonos.  
 Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,  
 Ut premerent sacræ virginis arma caput. 50  
 E quibus exierat, trajecit viscera ferro  
 Filius; et pœnæ causa monile fuit.

*dirctias coaceret. Indecorum ampliare facultates patrias proventu lecti, et pretii causa in propatulo habuisse pulchritudinem suam. Gratia jure debetur pro rebus sine pretio paratis: gratia nulla pro lecto turpiter emto. Conductor solvit omnia: ille non est debitor merito tuo, pretio dato. Nolite, o pulchræ, pangere mercedem pro nocte. Turpis rapina non habet felices exitus. Non tanti fuit Sabinas pactas esse armillas, ut arma eliderent caput sacræ Virginis. Natus transfodit gladio præcordia e quibus prodierat: et torquis fuit causa supplicii. Nec tamen est turpe*

—46 Heins. conj. *Num manet.*—49 Al. *tanti tetigisse.* Barb. et ed. *prima pepigisse sinistras.*—51 Vulg. *ex quibus.* Med. 2. *viscera telo.*—53 P. et plures al.

## NOTE

41 *Tori reditu]* Qnalis est meretricularum, quæ in toro lucrum faciunt.

*Census]* Facultates a patre acceptas.

43 *Gratia pro rebus debetur inemtis]* Omnino: at nihil debemus illi, cui pretium persolvimus.

*Inemtis]* Non emtis.

44 *Male]* Turpiter, aut pretio, quod semper nimium est.

47 *Pacisci]* Id est, Petere, et statuer.

49 *Non fuit tanti]* Illud est quod dicimus, *ne valoit pas; n'étoit pas la peine; ne méritoit pas.*

*Armillas]* Tarpeiæ Vestalis historiam tangit; de qua et bello quod olim populus Romanus gessit cum Sabinis, sic loquitur Florus; 'Sabinis proditæ portæ per virginem: nec

dolo: sed puella pretium rei, quæ gerebant in sinistris, petierat; dubium clypeos an armillas. Illi ut et fidem solverent et ulciscerentur clypeis obruere.' Poëtæ itaque scopus est ab exemplo probare periculosum et noxium esse puellis pretium poscere, aut sordidam prædam consequi.

*Pepigisse]* Quod fecit Tarpeia Vestalis.

*Sabinas]* Sabinorum militum, qui armillas, *des bracelets*, in sinistris suis habebant.

50 *Sacræ virginis]* Vestalis ipsius, quæ sordidam prædam pacta erat.

51 *E quibus]* Matris, scil. Eriphyles.

52 *Filius]* Alcmaeon est Amphiarai vatis et Eriphyles filius, qui ideo matrem interfecit, quod Amphiarauum

Nec tamen indignum est, a divite munera posci :

Munera poscenti quod dare possit, habet.

Carpite de plenis pendentes vitibus uvas : 55

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Officium pauper numeret, studiumque, fidemque ;

Quod quis habet, dominæ conferat omne suæ.

Est quoque, carminibus meritas celebrare puellas,

Dos mea : quam volui, nota fit arte mea. 60

Scindentur vestes, gemmæ frangentur et aurum :

Carmina quam tribuent, fama perennis erit.

Nec dare, sed pretium posci dedignor et odi.

Quod nego poscenti, desine velle, dabo.

*dona peti ab opulento. Habet dona quibus possit donare petentem. Sumite racemos pendentes de plenis vitibus: fundus fertilis Alcinoi ferat poma. Inops præbeat obsequium, affectum, et fidem: quo quisquam est beatus, id omne comportet ad amicam suam. Sunt etiam meæ opes decorare carminibus dignas puellas: illa quam cupiri celebratur mea scientia. Vestimenta lacerabuntur, gemmæ et aurum terentur: gloria quam versus dabunt, erit perpetua. Nec refugio et odio habeo donare, sed munus peti. Omitte expetere, præbebo quod recuso petenti.*

\*\*\*\*\*

*præmia posci: in uno Mor. grandia posci Munera.—54 Quod dare P. et unns Mor. vulgo quæ.—55 Jun. splendentes vitibus.—57 P. et Arund. numerat.—60 Al. nota sit.—61 Al. scindentur, et franguntur.—62 Mor. 1. quam facient.*

#### NOTE

Thebano bello latitantem, in quo ille peritnrum se præviderat, infida, accepto a Polynice monili, prodiderat.

*Monile]* Aureus torquis, olim a Venere Hermionæ datus; quem postea a Polynice Eriphyle, Amphiarai uxor, mariti proditionis pretium accepit.

*53 Nec tamen]* 'Munera nec poscas: det munera cauus amator, Ut foveat tepido mollia membra sinu,' Tibull.

*55 Carpite]* Metaphora est continuata.

*56 Alcinoi]* Hic rex fuit Phæacum hortos colens diligentissime.

*Benignus]* Fertilis. *Benignos* enim appellamus liberales; *malignos* contra parcos et tenaces.

*57 Numeret]* In pecuniæ loco ponat.

*60 Dos]* Virtus, qua in amicæ gratiam uti possim.

*Arte]* Poëtica, seu Musica.

*61 Scindentur]* Hoc dicit ut artem suam, Poëticam, scil. extollat.

## ELEGIA XI.

*Ad Napen, ut paratas tabellas ad Corinnam perferat.*

COLLIGERE incertos, et in ordine ponere, crines  
 Docta, neque ancillas inter habenda, Nape;  
 Inque ministeriis furtivæ cognita noctis  
 Utilis, et dandis ingeniosa notis;  
 Sæpe venire ad me dubitantem hortata Corinnam; 5  
 Sæpe laboranti fida reperta mihi;  
 Accipe, et ad dominam peraratas mane tabellas  
 Perfer; et obstantes sedula pelle moras.  
 Nec silicum venæ, nec durum in pectore ferrum,  
 Nec tibi simplicitas ordine major inest. 10

*Nape, perita cogere et componere capillos turbatos, neque reponenda in famularum numero; et inventa idonea in servitiis noctis clandestinæ; et callida in edendis signis; sæpe hortata Corinnam hæsitantem ad me proficisci; sæpe inventa fidelis mihi dolenti; corripito et deferto ad dominum tabellas mane perscriptas; et tolle diligens moras importunas. Nec venæ saxorum nec durum ferrum in pectore,*

//////////

1 Ed. prima et quinque codd. *Colligere incomtos.*—5 Heins. *Sæpe venire mihi.*—7 Ed. prima *properatas mane.*—10 Al. *Sed tibi.* P. et Arund. *major adest.*

## NOTÆ

- 1 *Incertos]* Turbatos, incomtos.  
 2 *Neque habenda]* Id est, quæ inter ingennas mulieres haberi mereatur.  
 3 *Ministeriis]* Janna videlicet clanculum aperienda; aliisque ejus generis.  
 4 *Notis]* Signis; quibus, amoribus et votis meis, pleraque clanculum indicando, favisti.  
 6 *Laboranti]* Ex amore, scil.  
 7 *Peraratas]* Exaratas, conscriptas mane.  
 8 *Pelle]* A te remove.  
 9 *Silicum venæ]* Silex lapis est durus, ex quo ignis elicitur. Cum vero dicit Poëta Napæ non esse silicum venas, intelligit ipsam lapidum duritiem non habere; sed eam esse quæ Amoris etiam vires sentire potuerit.  
 10 *Simplicitas]* Negat Poëta usque adeo rerum omnium imperitam esse, ut quid Amor possit nesciat.  
*Ordine]* Servili, scil. Finguntur vero in Comædiis servi et ancillæ ingenio astuto et subdolo.

Credibile est et te sensisse Cupidinis arcus.

In me militiæ signa tuere tuæ.

Si quæret, quid agam; Spe noctis vivere, dices.

Cetera fert blanda cera notata manu.

Dum loquor, hora fugit: vacuæ bene redde tabellas; 15

Verum continuo fac tamen illa legat.

Aspicias oculos mando, frontemque legentis:

E tacito vultu scire futura licet.

Nec mora; perlectis rescribat multa jubeto:

Odi, cum late splendida cera vacat. 20

Comprimat ordinibus versus, oculosque moretur

Margine in extremo litera rasa meos.

*nec simplicitas tibi inest major tua sorte. Verisimile est te etiam expertam esse tela amoris. Defende in me signa tuæ militiæ. Si petat quid faciam; respondebis vitam ducere spe noctis. Tabellæ miti manu scriptæ indicant reliqua. Dum loquor, tempus effluit. Apte tradito literas otiosæ: verum fac tamen illa legat protinus. Jubeo intuearis oculos et vultum legentis. Licet prospicere futura ex ore silente. Et statim, admoneto plurima rescribat perlectis. Doleo cum cera nitida late est vacua. Denset versus ordinibus, et litera exarata in ultima ora detineat meos oculos. Quid*

//////////

—11 Marius vult arcum.—13 Unus Heins. *quærit*: Jun. *quærot*. P. 2. et Scr. *dicas*.—15 P. *hora fuit*.—16 Vulg. *ipsa legat*.—18 Et nonnulli scripti pro *e*.—19 Heins. vult *videto*: Franc. *moneto*.—23 Graphio P. et Exc. Pol.

#### NOTÆ

11 *Sensisse Cupidinis arcus*] Amasse.

12 *Tuere*] Defende; militum more, qui sua signa studiose defendunt.

*Tuæ*] Amoris, scil. 'Militat' enim 'omnis amans, et habet sua castra Cupido.'

13 *Quæret*] Corinna, scil.

*Spe noctis*] Sine qua moreretur.

14 *Blanda*] Enimvero blandus et blandissimus est Amator, qui aliquid ab amica expetit.

*Cera*] Tabella cera illita.

15 *Dum loquor*] Corruptio est Poëta, ex amore impatientis.

*Vacuæ*] Alio negotio non implicatæ amicæ. Res non est levis momenti punctum temporis ad aliquid præstolari. Unde callidus ille Syrus Terentianus, 'In tempore veni, quod rerum omnium est primum.'

*Bene*] Opportune.

16 *Continuo*] Adeoque ne diutius otiosa sit.

17 *Aspicias*] 'Ut quæcumque ex vultu amicæ, qui animi est speculum, cognoveris, mihi deinde referas.'

19 *Nec mora*] Istud cupit Poëta, ut cum sibi e vestigio rescripserit amica, et eo tempore quo ex sua epistola ipsius animus incaluerit, minus ipsa sibi propter affectuum commotionem cavere possit; ex quo facilis sit veras amicæ cogitationes cognoscere et arguere. Quietos oportet et maxime tranquillos scribere eos, qui bene et caute scribere volunt: nec modo scribere, sed omnia agere.

*Rescribat multa*] Quod fit facile, cum per alicujus verba aut epistolam phantasia concaluit.

Quid digitos opus est graphio lassare tenendo ?

Hoc habeat scriptum tota tabella, Veni.

Non ego victrices lauro redimire tabellas, 25

Nec Veneris media ponere in æde morer.

Subscribam ; Veneri, fidas sibi, Naso ministras

Dedicat : at nuper vile fuistis acer.

*opus est fatigare digitos stylo eum tractando? Integra tabella contineat hoc exaratum, Adesto. Ego non cunctabor coronare tabellas victrices lauro, nec collocare in medio templo Veneris. Subscribam, Naso sacras facit famulas fideles Veneris: at non ita pridem fuistis acer minimi pretii.*

vulgo graphium. J. graphio lassare retento. Franc. vult terendo.—26 Al. moror. —27 Franc. legebat, Subscribam ; has Veneri, fidas, &c. Al. fidas tibi. Alii Naso tabellas.

#### NOTE

20 *Splendida*] Erant illæ tabellæ optime politæ ; adeoque splendidæ.

21 *Comprimat*] Id est, Lineas, seu versus ita ordinet, ut angusta sint inter binos versus spatia. *Qu'elle serres lignes.*

*Moretur*] Adeoque ejus lineæ ad finem usque perducantur.

22 *Rasa*] Stylo exarata.

23 *Quid digitos*] Amatoria levitate sententiam mutat ; cupitque sibi unico verbo rescribere amicam, 'Veni.'

*Graphio*] Stylo.

25 *Victrices*] Quæ mihi ab amica noctem impetraverunt.

*Lauro*] Alludit ad morem Romanum. Solebant enim literæ, quæ ab

Imperatoribus, parta victoria, Romam mittebantur, lauro redimiri, atque ita Consulibus reddi : unde et laureatæ dicebantur.

26 *Ponere*] Honoris causa ; ut solebant qui alicujus Dei beneficio aut periculum effugerant, aut aliquid boni consecuti erant.

*Nec morer*] Nec differam.

27 *Subscribam*] De more etiam.

28 *Acer*] Ex quo, sicut et aliis arboribus, itemque ebore, &c. tabellæ conficiebantur. Est autem acer arbor notissima, qua hodieque ad tabulas præsertim et instrumenta Musica conficienda utuntur. *De l'étable.*



## ELEGIA XII.

*Tabellas, quas miserat, execratur, quod amica noctem negaret.*

**F**LETE meos casus: tristes rediere tabellæ.

Infelix hodie litera posse negat.

Omina sunt aliquid: modo cum discedere vellet,

Ad limen digitos restitit icta Nape.

Missa foras iterum limen transire memento

5

Cautius, atque alte sobria ferre pedem.

Ite hinc, difficiles, funebria ligna, tabellæ;

Tuque negaturis cera referta notis.

Quam, puto, de longæ collectam flore cicutæ,

Melle sub infami Corsica misit apis.

10

*Lugete meam calamitatem: lugubres tabellæ reverterunt. Flebilis epistola negat posse hodie. Præsagia sunt aliquid: cum modo Nape vellet proficisci, hæsit illisa pedes ad limen. Recorderis missa denuo foras transgredi limen prudentius; et sobria pedem tollere. Discedite, morosæ tabellæ, lignum triste: et tu, cera, plena lineis abnuentibus: quam arbitror coactam de flore proceræ cicutæ apis Corsica di-*



3 Plurimi editi et scripti *Omnia sunt*.—4 *Al. retulit icta*; unde Douza conj. *rettudit*: Fr. *truserat illa*.—5 Totum hoc distichon abesse vellet Franc. quia ipsi videtur sensum turbare.—10 Franc. *finxit apis*.—12 Gl. *color certe*.

## NOTÆ

1 *Tristes*] Quas, Poëtæ tristitiam afferentes, remisit amica.

2 *Posse*] Noctem, scil. dare.

4 *Digitos*] Pedis, scil. Multum vero omnibus ejusmodi tribuebant antiqui; ita ut Janum et Vestam iratos putarent, si quis ingrediens aut egrediens in limen incurrisset, aut offensus. Nec tamen inde credendum usque adeo ineptum fuisse Poëtam, ut ejusmodi nugis fidem haberet; verum ex hominum consuetudine lo-

quitur.

*Digitos icta*] Græcismus.

5 *Transire Cautius*] Ut ne cæspites; nihil offendas.

6 *Alte*] Ne in limen incurrat.

*Sobria*] Non titubans; quod est ebrui.

7 *Difficiles*] Quæ ab amica difficili, ipsam difficilem dicitis.

9 *Quam*] Ceram, scil.

*Longæ*] Nimirum ea usque ad hominis altitudinem assurgit.

At, tanquam minio, penitus medicata rubebas.

Ille color vere sanguinolentus erat.

Projectæ triviis jaceatis, inutile lignum :

Vosque rotæ fiangat prætereuntis onus.

Illum etiam, qui vos ex arbore vertit in usum, 15

Convincam puras non habuisse manus.

Præbuit illa arbor misero suspendia collo :

Carnifici diras præbuit illa cruces.

Illa dedit turpes raucis bubonibus umbras :

Vulturis in ramis et strigis ova tulit. 20

His ego commisi nostros insanus amores,

Molliaque ad dominam verba ferenda dedi ?

*gessit sub melle famoso. At prorsus rubebas tanquam illita minio. Ille color erat vere cruentus. Abjectæ tabellæ jaceatis lignum futile in triviis, et pondus rotæ transeuntis vos proterat. Probare etiam possim illum qui vos accommodavit ad usum ex trunco, non habuisse manus insontes. Illud lignum pro patibulo fuit collo infelici : illud suppeditavit sævas cruces tortori. Illa arbor præbuit obscenas umbras raucis bubonibus : habuit ova vulturis et strigis in ramis. Ego demens his credidi nostros amores, et tradidi blandas voces deferendas ad dominam? Hæ ta-*

—13 Vulgo in triviis: R. in trivio.—18 Diras, a conj. Heins. vulgo duras.—19 P. rasis bubonibus: Arund. raris: Heins. conj. ravis.—20 Pal. 3. cum al.

#### NOTÆ

*Collectum*] Ab apibus, quæ mel et ceram ex floribus aliisque colligunt.

*Cicutæ*] Herba est venenata.

10 *Melle sub*] Favi, scil. quibus mel continetur, ex cera ab apibus conficiuntur.

*Infami*] Amarum esse mel Corsicum scripsit Plinius, quod ex buxo et taxo colligatur.

*Corsica*] Ex insula Corsica, in mari Ligustico, inter Sardiniam et Italiam.

11 *Minio*] Minium minerale est in coloribus laudatissimum. *Du vermeillon.*

12 *Sanguinolentus*] Adeoque feralis et tristis.

13 *Triviis*] Trivia loca sunt ubi tres viæ concurrunt. *Carrefour*: quanquam proprie *quadrivium*.

16 *Puras*] Sic Horat. Od. lib. II.

13. in arborem, ' Ille et nefasto te posuit die, Quicumque primum, et sacrilega manu Produxit arbos, ' &c.

19 *Turpes*] Turpibus avibus.

*Raucis*] Optime hic Heins. *ravis*. Ravum enim, ut idem optime observavit, obtusum est, seu ad colorem seu ad sonum aut vocem referas: ut *raucis* et *ravis* hoc in loco unum et idem significant.

*Bubonibus*] Bubo avis nocturna, funebris et mali ominis veteribus, hodieque etiam mulierculis. *Un hibou.*

20 *Vulturis*] Rapacis avis, qui præda et sanguine arborem inquinaverit.

*Strigis*] Strix avis est nocturna, cantu certe lugubris. *Chevêche, Fre-saie.*

21 *Iis*] Tabellis, scil.

22 *Mollia*] Blanda, lasciva.

Aptius hæ capiant vadimonia garrula ceræ,  
 Quas aliquis duro cognitor ore legat.  
 Inter ephemeridas melius tabulasque jacerent, 25  
 In quibus absumtas fleret avarus opes.  
 Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi ?  
 Auspicii numerus non erat ipse boni.  
 Quid precer iratus ? nisi vos cariosa senectus  
 Rodat, et immundo cera sit alba situ. 30

*belle convenientius contineant vadimonia loquacia, quas aliquis judex legat vultu aspero. Convenientius jacerent inter tabulas diarias, in quibus avarus lugeret divitias expensas. Ergo ego expertus sum vos duplices esse effectis pro ratione nominis ? Ipse numerus non erat leti augurii. Quid orem infensus, nisi vetustas cariem inducens vos exedat, et cera sit cana turpi squalore ?*

*strigis ora* : duo Heins. *ossa*.—21 Heins. *Hisne ego*.—24 Multi codd. *creditor ore* : alter P. et Fr. *conditor*.

## NOTÆ

23 *Vadimonia*] Sponsiones ad certum diem sistendi de judicio.

*Garrula*] Inepte composita ; qualia sunt pleraque omnia, quæ et hodierni repetunt barbara sua lingua scribæ forenses.

24 *Duro*] Severo et tristi ; quali esse solent iudices.

*Cognitor*] Judex ; cujus proprium est causas cognoscere.

25 *Ephemeridas*] Diarium Latinis, qui liber est in quo singulis diebus acta, impensi etiam acceptique ratio refertur.

27 *Rebus*] Effectu et experientia.

*Duplices*] Fallaces et dolosas ; cum

a vobis lætissima omnia expectaverim, ea autem non præstiteritis.

*Pro nomine*] Id est, Secundum nominis vestri rationem ; vel, prout nomen vestrum indicabat. Diversis vero veniebant pugillares nominibus ; alii duplices, alii triplices, quadruplices, &c.

28 *Numerus*] Numero impari gaudere Deos superos voluerunt.

29 *Precer*] Impreces.

*Cariosa*] Ligna vero vetusta, terebinthibus roduntur, et vermiculantur ; a quibus fit proprie caries.

30 *Alba*] Qualia solent esse quæ situ et vetustate corrumpuntur.

## ELEGIA XIII.

*Ad Auroram, ne properet.*

**J**AM super Oceanum venit a seniore marito,  
 Flava pruinoso quæ vehit axe diem.  
 Quo properas, Aurora ? mane : sic Memnonis umbris  
 Annua solenni cæde parentet avis.  
 Nunc juvat in teneris dominæ jacuisse lacertis : 5  
 Si quando, lateri nunc bene juncta meo est.  
 Nunc etiam somni pingues, nunc frigidus humor :  
 Et liquidum tenui gutture cantat avis.

*Jam flava Aurora, quæ affert diem curru rorido, venit super Oceanum a marito etate proveciore. Quo festinas, Aurora ? Resiste : sic avis annua justa persolvat Manibus Memnonis solenni nece. Nunc mihi jucundum decumbere in mollibus brachiis dominæ : nunc, si unquam, bene connexa est meo lateri. Nunc etiam somni humidi, nunc vapor frigidus : et avis suariter canit molli gutture. Quo festinas,*

~~~~~  
 1 P. et Arund. venit seniore : Heins. conj. venit seniore relicto.—3 Umbris conj. Mycill. et Heins. vulgo umbras : F. umbra : al. nonnulli umbram.—4 Sa. et unus V. pro div. lect. solenni more. Heins. conj. soll. Marte. N. et quatuor al. frequentet avis.—7 Omnes fere olim editi frigidus aër.—8 R. terci gutture.—

## NOTÆ

1 *Super Oceanum*] Videtur vero et Sol et Aurora quasi ex Oceano prodire.

*Seniore*] Tithono, scil. cujus Poëtis decantatissima senectus.

2 *Flava*] Aurora, scil.

*Pruinoso*] Matutino enim tempore, quo generatur pruina, seu ros congelatus præcipue conspicitur.

*Axe*] Pro curru. Synecdoche est partis pro toto.

3 *Sic*] Particula est qua sæpe precantes utuntur.

*Memnonis*] Memnonem Tithoni et Auroræ filium, qui Trojanis in auxi-

lium venerat, Achilles interfecit : cumque mater Jovem oraret, ut aliquo honore filium interemtum donaret, ille rogi favillas ejusque socios in aves vertit, quæ, a Memnone Memnonides cognominatæ, quotannis ad Memnonis sepulcrum inter se bella aspera gerentes, suo regi parentare dicuntur. Qua de re fusius in *Metam.*

*Umbris*] Manibus.

4 *Parentet*] Proprie est parentare, parentibus justa celebrare.

*Avis*] Pro aves. Synecdoche.

5 *Juvat*] Me, scil.

6 *Si quando*] Si unquam.

Quo properas, ingrata viris, ingrata puellis ?

Roscida purpurea supprime lora manu. 10

Ante tuos ortus melius sua sidera servat

Navita ; nec media nescius errat aqua.

Te surgit, quamvis lassus, veniente viator :

Miles et armiferas aptat ad arma manus.

Prima bidente vides oneratos arva colentes : 15

Prima vocas tardos sub juga panda boves.

Tu pueros somno fraudas, tradisque magistris ;

Ut subeant teneræ verbera sæva manus.

Atque eadem sponsum consulti ante atria mittis ;

Unius ut verbi grandia damna ferat. 20

*injucunda viris, injucunda puellis? Attrahe habenas rore perfusas manu purpurea. Nauta certius observat sua sidera ante tuos ortus ; nec insciens vagatur media aqua. Viator, quanquam defessus, excutitur te accedente ; et miles accommodat manus armigeras ad arma. Prima aspicias agricolas pressos bidente : prima mittis lentos boves sub curva juga. Tu surripis somnum pueris, et eos mittis ad præceptores ; ut molles manus subjiciantur flagris crudelibus. Atque eadem abigis sponsum ante vestibula jurisperiti, ut referat ingentia detrimenta unius vocabuli. Tu neque es*

11-12 In P. duo disticha *Prima bidente, &c.* et *Tu pueros, &c.* præponebantur his duobus versibus.—12 *Nescius errat* P. vulgo *nescit an erret*.—14 P. *Et miles sævas*.—15 Al. *Prima subire jubes o. a. colonos*. Jun. *oneratos colla colonos*.—16 Barb. et Fr. *Prima vides duos: duo al. vocas duos*. Multi *juga curva*.—17 V. *magistro*.—19 Al. *sponsi consultum*. P. a manu sec. cum al. *spon-sos*; a manu pr. *sponsum cultos*.—20 P. cum al. *melior. ferant*.—21 Barb.

## NOTÆ

7 *Pingues*] Sunt, supple ; id est, qui pinguedinem inducant. Grati-or vero est et mollior, ætate præser-tim, somnus matutinus, quia frigidior aër.

*Humor*] Qui cerebrum irrigat.

8 *Liquidum*] Pro, liquide, clare.

10 *Roscida*] Rore perfusa.

*Supprime*] Ut equi, qui currum tuum trahunt, lentiori pede progredi-antur.

*Lora*] Habenas. Gall. *Les rênes de la bride*.

11 *Ante tuos*] Hunc versum cum tribus sequentibus manu recentiori margini ascriptos habet Putcanens.

*Melius servat*] Omnino, siquidem adveniente majori luce stellarum ful-

*Delph. et Var. Clas.*

gor evanescit.

12 *Errat*] Quod sæpissime nautis de die eveniebat, priusquam pyxis nautica inventa esset.

13 *Quantvis*] Pro, quantumvis : quomodo Virgil. itemque Cicero locuti sunt.

15 *Bidente*] Bidens, instrumentum est ad fodiendam terram, duos dentes habens.

16 *Vocas*] Quia surgente Aurora, agricolæ boves ad opus rusticum edu-cunt.

*Tardos*] Tarde et lente incedentes.

*Panda*] Incurva, subcurva. Fre-quens epitheton.

17 *Fraudas*] Quia redeunte luce a præceptoribus excitantur.

*Ovid.*

2 E

Nec tu causidico, nec tu jucunda deserto :

Cogitur ad lites surgere uterque novas.

Tu, cum fœminei possint cessare labores,

Lanificam revocas ad sua pensa manum.

Omnia perpeterer : sed surgere mane puellas

25

Quis, nisi cui non est ulla puella, ferat ?

Optavi quoties, ne nox tibi cedere vellet ;

Neu fugerent vultus sidera mota tuos !

*grata jurisperito, neque patrono : uterque cogitur surgere ad lites novas. Tu, cum muliebria opera possint intermitteri, reducis manum lanificam ad sua pensa. Omnia perferrem : sed quis patiatur puellas mane lecto excuti, nisi cui nulla est puella ? Quoties cupivi, ne nox tibi vellet locum dare, neve stellæ depulsæ vitarent tuos*

*causidico : vulg. consulto. Alii deserto es.—23 P. Tunc cum : al. Tu ne. P. Ar. et tres al. labores : vulgo lacerti.—28 Vulg. Nec fugerent : meliores ne : quin-*

#### NOTÆ

*Tradis]* Quod pueris durissimum.

19 *Sponsum]* Suspiciatus est cl. Heinsius a mala mann esse totum distichon. Cui tamen facile non assentitus fuero ; nec quam dixit rationem probavero.

*Consulti]* Jurisperiti ; quorum consilia et responsa circa res litigiosas exquiruntur. *Les Avocats consultants.*

*Ante atria]* Ubi expectandum, scilicet ; quod an sponso durum sit, quisvis qui semel saltem expertus fuerit, facile cognoverit.

20 *Unius ut]* Sensus est, Ut consultus in lege aut in alio scripto, unum verbum pro utilitate consultoris interpretetur ; quod nisi fieret, maxima damna eum sequerentur. Ita interpretatur Dominicus, deinde *ferat* positum putat pro *auferat*. Sensem vero videtur ille omnino contrarium induxisse : Poëta enim omnia adversus Auroram congerit : crediderimque per *damna unius verbi* intelligenda esse damna, quæ sibi ex consulti responso impendere consultor cognoscit. Atque ita verbum *ferat* non ad consultum, sed ad consultorem referetur,

proprieque et pro se positum fuerit : ut ex consulti responso, (nam invidiose locutus est Poëta,) deinde et Auroræ exortu mala omnia oriri intelligatur. Notandum vero quod insuper in transcurso consultos mordet : quod soleant illorum nonnulli pauculis verbis, quandoque obscuris, quibus tamen tanquam oraculo et sine responsione credendum sit, decreta sua proferre. Oppositio est etiam *unius cum grandia ; verbi cum damna* : Gall. hunc versum ita interpreteris, *Afin qu'il s'en retourne accablé des pertes que lui causera un mot d'un Avocat.*

21 *Diserto]* Causidico, ille est, qui, quod consultus dixit, apud iudices defendit : cui deserto esse opus est. *Un Avocat qui plaide.*

24 *Pensa]* Ad lanam, quæ ex celo pendet.

25 *Omnia]* Quæ tu facis ; aut, ad quæ homines cogis.

28 *Fugerent]* Ex vulgi opinione loquitur, qui moveri et fugere credit stellas, quarum fulgor majore solis luce extinguitur.

Optavi quoties, aut ventus frangeret axem,  
 Aut caderet spissa nube retentus equus! 30  
 Invida, quo properas? quod erat tibi filius ater,  
 Materni fuerat pectoris ille color.  
 [Quid? si non Cephali quondam flagrasset amore,  
 An putat ignotam nequitiam esse suam?]  
 Tithono vellem de te narrare liceret: 35  
 Fabula non cœlo turpior ulla foret.  
 Illum dum refugis, longo quia frigidus ævo,  
 Surgis ad invisas a sene mane rotas.  
 At si quem manibus Cephalum complexa teneres;  
 Clamares, Lente currite noctis equi. 40  
 Cur ego plectar amans? si vir tibi marcet ab annis;  
 Num me nupsisti conciliante seni?

*oculos! Quoties cupiri aut ventus illideret currum, aut equus repressus densa nube rueret! Quo festinas, livida? Quod filius tibi erat niger, ille fuerat color sinus materni. Quid si olim non arsisset amore Cephali? An credit lasciviam suam esse occultam? Cuperem fas esset Tithono de te loqui: non esset ulla fabula obscenior in cœlo. Dum illum vitas, quia ætate provector, mane excuteris a sene ad odiosos currus. At si amplexa foveres Cephalum, quem magis cuperes, vociferareris: Segniter properate noctis equi. Quamobrem ego amans puniar, si maritus tibi languet senio? Anne nupsisti seni me adjungente? Vide quot somnos Luna*

que neu. Quidam sidera jussa: alius nota: Mor. tacta.—33-34 Hoc distichon a mala manu intrusum indicant Mycillus et Heins. Idem in optimo P. margini ascriptum erat, idque manu recentiori. Pro nequitiam D. nequitiam.—35 Heins. liberet pro liceret.—36 Fabula P. 2. cum Exc. Voss. vulgo *Fœmina*.—37 Quia frigidus ævo H. al. quia marcet ab ævo: P. et complures al. quia grandior ævo.—39 P. quem magis Ceph. Exc. I. quod malles Ceph.—41 Al. plector.—42 Num P. et quidam al. e præstantioribus: vulgo Non. In qui-

## NOTÆ

29 *Axem*] Currus tui, scil.  
 30 *Equus*] Tuorum aliquis.  
 31 *Quod erat*] Vide, annon Auroræ properantiam indicet hic versus.  
*Filius*] Memnon Æthiops, scil. de quo antea.  
 32 *Materni pectoris*] Quod, quia invidium est, lividum et nigrum censetur.  
 33 *Quid? si*] Merito vero hoc distichon, cum Mycillo et Grutero, suspectum habuit clar. Heinsius; quod margini ascriptum, idque manu recentiori habet Puteaneus. Sensus ve-

ro est, in amantes duriolem fore Auroram, nisi ipsa Amoris spicula sensisset.

*Cephali*] Fuit Cephalus Procris maritus, nostris etiam fabulis, sed fide erga conjugem, quam tamen inscius occidit, maxime notus. Illum Aurora amavit et rapuit.

34 *Nequitiam*] Lasciviam.

35 *Tithono*] Auroræ marito; de quo antea.

*Liceret*] Alii liberet.

36 *Fabula*] Tua, scil. o Aurora.

37 *Illum*] Tithonum.

Aspice, quot somnos juveni donarit amato

Luna ; neque illius forma secunda tuæ.

Ipsè Deum genitor, ne te tam sæpe videret,

45

Commisit noctes in sua vota duas.

Jurgia finieram : scires audisse ; rubebat.

Nec tamen assueto tardius orta dies.

*permiserit juveni dilecto : neque illius pulchritudo fuit inferior tuæ. Ipse Deorum pater, ne te toties aspiceret, junxit duas noctes in sua desideria. Convicia absolveram : cognoscere audivisse ; rubebat. Nec tamen dies fulsit serius solito.*

//////////

*busdam consiliante.—43 Al. quos somnos.—44 Vulgo secunda tua est.—48 Al. est solito tardior.*

#### NOTÆ

38 *Invisas*] Mihi, et cunctis mortilibus.

42 *Seni*] Tithono.

43 *Juveni*] Endymioni, scil. cuidam pastori, quem perpetuo somno a Jove damnatum, quod Junonem concupivisset, Luna amasse dicitur. Argumentum est a juventute adversus Auroram.

*Donarit*] Fabulam Poëta ad scopum suum accommodat.

44 *Neque illius*] Adeoque nec tibi, Aurora, causa est, cur amantes dor-

mire non patiaris ; cum æque pulchra Luna id patiatur.

45 *Deum genitor*] Jupiter ; qui eo nomine sæpissime appellatur.

46 *Commisit*] Quo tempore cum Alcmena cubuisse dicitur. Qua de re vide Plauti *Amphitr.* si lubet.

47 *Jurgia*] Convicia in Auroram.

*Scires*] Quivis Auroram jurgia audisse scire posset.

*Rubebat*] Quod ex pudore oritur, et dolore.

---

### ELEGIA XIV.

*Puellam consolatur, cui præ nimia cura comæ deciderant.*

**D**ICEBAM, Medicare tuos desiste capillos.

Tingere quam possis, jam tibi nulla coma est.

*Admonebam : Omittè inficere tuam comam. Jam nulli sunt tibi capilli quos*

//////////

2 Unus Me. *Pingere quam* : Jun. *pectere* : Heins. *ingere*. Ed. Plant. *qua*



At, si passa fores, quid erat spatiosius illis?  
 Contigerant imum, qua patet usque, latus.  
 Quid? quod erant tenues, et quos ornare timeres; 5  
 Vela colorati qualia Seres habent?  
 Vel pede quod gracili deducit aranea filum,  
 Cum leve deserta sub trabe nectit opus?  
 Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis,  
 Sed, quamvis neuter, mixtus uterque color. 10  
 Qualem clivosæ madidis in vallibus Idæ  
 Ardua derepta cortice cedrus habet.  
 Adde, quod et dociles, et centum flexibus apti,  
 Et tibi nullius causa doloris erant.  
 Non acus abruptit, non vallus pectinis, illos: 15  
 Ornatrix tuto corpore semper erat.

*possis medicari. At si sivisses, quid erat protixius illis? Deftuebant usque ad infimum latus quousque porrigitur. Quid, quod erant subtiles et quos fingere metueres; qualia Seres nigri habent velu? vel quale filum quod net aranea pede exili, cum tenue opus implicat sub tigno inculto? Nec tamen color illis erat niger, nec tamen erat illis aureus, sed quamvis neuter, uterque confusus. Qualem cedrus pro-cera habet in vallibus humidis Idæ montosæ cortice detracto. Adjice, quod etiam faciles, et idonei centum orbibus, et tibi nullius doloris erant causa. Acus non scidit illos, non dens pectinis: ornatrix erat semper securo corpore. Sæpe est comta*

*possis.—3 Spatiosius P. cum duobus al. et Exc. I. vulgo speciosius: Pa. 3. pretiosius: Mor. 1. formosius.—5 Mor. pro div. lect. quos spectare (Heins. conj. pexare) deceret.—7 Med. 2. quod fragili. Sa. producit. Unus Mor. aranea furtim.—8 A. et D. fingit opus.—9 P. et quidam al. neque er. t. aur. ille: vulgo, nec erat color aureus ille.—12 Derepta scribit Heins. e vestigiis optimi Pal. in quo directa: P. derepto: vulgo direpto.—13 Tres libri et faciles; duo*

## NOTE

- |                                                                                                                                |                                                                                                                  |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 <i>Medicare</i> ] Coloribus inficere.                                                                                        | 7 <i>Vel pede</i> ] Amicæ capillos araneæ filis similes fuisse dicit.                                            |
| 2 <i>Tingere</i> ] Heinsius mallet <i>fingere</i> , neque sine ratione.                                                        | 8 <i>Leve</i> ] Non multi ponderis esse potest profecto filum tam subtile.                                       |
| 4 <i>Contigerant</i> ] Demissi erant usque ad talos; ut loquimur nos.                                                          | 10 <i>Color</i> ] Capillorum, scil.                                                                              |
| 5 <i>Tenues</i> ] Non placent crassi.                                                                                          | 11 <i>Qualem</i> ] Colorem, scil.                                                                                |
| <i>Timeres</i> ] Ne frangerentur, scil.                                                                                        | 13 <i>Dociles</i> ] Faciles ornari et fingi.                                                                     |
| 6 <i>Vela</i> ] Ex Serico confecta, scil.                                                                                      | <i>Flexibus</i> ] Orbibus, cincinnis.                                                                            |
| <i>Colorati</i> ] Subnigri; ex Solis ardoribus.                                                                                | 14 <i>Nullius doloris</i> ] Secus nonnullis evenit, quibus labor est maximus comam plerumque implicatam fingere. |
| <i>Qualia</i> ] Tenuissima, scil.                                                                                              | 15 <i>Vallus</i> ] Vallum pro dentibus posuit.                                                                   |
| <i>Seres</i> ] Populi Asiæ, inter Scythas et Chinesens; nisi potius eos Chinesens regni borealem partem incoluisse credideris. | 16 <i>Ornatrrix</i> ] Ancilla est quæ comam fingit.                                                              |

Ante meos sæpe est oculos ornata ; nec unquam  
 Brachia derepta saucia fecit acu.  
 Sæpe etiam, nondum digestis mane capillis,  
 Purpureo jacuit semisupina toro. 20  
 Tum quoque erat neglecta decens ; ut Threcia Bacche,  
 Cum temere in viridi gramine lassa jacet.  
 Cum graciles essent tamen, et lanuginis instar ;  
 Heu mala vexatæ quanta tulere comæ !  
 Quam se præbuerunt ferro patienter et igni ; 25  
 Ut fieret torto flexilis orbe sinus !  
 Clamabam, Scelus est, istos scelus urere crines :  
 Sponte decent : capiti, ferrea, parce tuo.

*ante meos oculos ; nec unquam vulneravit lacertos ornatricis acu abrepta. Sæpe etiam mane, nondum composita coma, cubuit semisupina lecto purpureo. Tum quoque inornata pulchra erat, ut cum Baccha Thracia fessa negligenter jacet in herba virente. Quamvis tamen essent tenues, et instar lanuginis ; heu quanta mala passi sunt capilli torti ! Quam toleranter se tradiderant calamistro et igni ; ut cincinni fierent faciles annulo crispato ! Vociferabar : Flagitium est, flagitium torere tam pulchros capillos. Ultero sunt decori ; crudelis, ignosce tuo capiti. Longe*

//////////

*fragiles.*—15 *Vallus Arund.* vulgo *vallum.*—18 *Derepta* P. vulgo *direpta* : nonnulli *directa.*—20 *Semisupina* P. et al. meliores : vulgo *semisopita* : edd. quædam *semisepulta.*—21 *Threcia* P. vulgo *Thracia* : duo V. *tetrica*, et *territa.*—22 Marg. Bersm. *tenere.*—23 Sa. et V. *unus essent tanquam lanug.* Me. et unus Med. *tantum* : unus Heins. *Cum et lanugines* : Exc. I. *tamen et sunt luminis instar.*—24 Al. *male.*—25 *Præbuerunt* conj. Heins. nam duo libri

#### NOTÆ

*Tuto*] Ornatrici irascuntur quæ comam habent difficilem.

17 *Ornata*] Puella, scil. amica : a qua sermonem avertit.

18 *Brachia*] Ornatricis.

20 *Purpureo*] Ostro et purpura intrato.

21 *Neglecta*] Inornata.

*Ut Threcia*] Illæ vero mulieres, per furorem absolutis Bacchi sacris, colore et forma pulchriores videbantur.

*Threcia*] Celebres fuerunt Threiciæ bacchæ, seu bacchantes mulieres, apud quas, Orpheus primum Bacchi sacra instituit.

*Bacche*] Vox Græca est, mulierem significans Bacchi orgia celebrantem.

23 *Graciles*] Capilli, scil.

*Lanuginis*] Lanugo dicuntur tenuissimi pili, quales pubescentium generis annascuntur. *Le poil follet.*

24 *Quanta*] Cum, verbi gratia, calamistro crispatis sunt capilli, aut coloribus imbuti.

25 *Ferro et igni*] Id est, ferro ignito, calamistro.

26 *Orbe*] Cincinnum intelligit, seu annulatum capillum. *Des boucles.*

*Sinus*] Res est cum cincinnis eadem ; sed varie a Poëta, ut est ille copiosissimus, concipitur et exprimitur.

27 *Istos*] Tam pulchros.

28 *Ferrea*] Dura, crudelis.

Vim procul hinc remove : non est qui debeat uri ;  
 Erudit admotas ipse capillus acus. 30  
 Formosæ perierit comæ ; quas vellet Apollo,  
 Quas vellet capiti Bacchus inesse suo.  
 Illis contulerim, quas quondam nuda Dione  
 Pingitur humenti sustinuisse manu.  
 Quid male dispositos quereris periisse capillos ? 35  
 Quid speculum mœsta ponis, inepta, manu ?  
 Non bene consuetis a te spectaris ocellis.  
 Ut placeas, debes immemor esse tui.  
 Non te cantatæ læserunt pellicis herbæ ;  
 Non anus Hæmonia perfida lavit aqua. 40  
 Nec tibi vis morbi nocuit ; (procul omen abesto ;)  
 Nec minuit densas invida lingua comas.  
 Facta manu culpaque tua dispendia sentis :  
 Ipsa dabas capiti mixta venena tuo.

*hinc depelle violentiam : non est capillus, qui debeat calamistro tangi ; ipse admonet acus admotas. Pulchri capilli defluerunt, quos Apollo cuperet, quos Bacchus cuperet adherere suo capiti. Comparaverim illis quos olim nuda Dione pingitur pressisse manu humida. Quamobrem doles defluxisse comam male comtam ? Quamobrem, stulta, deponis speculum tristi manu ? Prave conspiceris a te oculis assuetis. Ut tibi placeas, debes oblitisci tui. Gramina incantata pellicis non te deformaverunt ; non te vetula infida tinxit aqua Hæmonia. Nec tibi violentia morbi obfuit (longe absit augurium) ; nec lingua livida revulsit capillos spissos. Pateris damna facta manu et crimine tuo. Ipsa admovebas toxica intrita capiti tuo. Nunc*



*præbuerint : vulgo præbuerant.—26 Al. nexilis orbe.—35 Dispositos meliores cum P. vulgo compositos.—40 Al. læsit aqua.—41 Vulg. non pro nec hic et*

## NOTÆ

29 *Hinc*] A capite.

30 *Erudit*] Docet : quia jam eam habet formam, quam illi acus ipsæ præbere volunt.

33 *Dione*] Oceani et Tethyos filia fuit, Veneris mater : at pro ipsa Venerere etiam sumitur.

34 *Pingitur*] Veneris e mari exuentis tabulam Apelles pinxerat ; quam, ut refert Plinius, Divus Augustus in delubro patris Cæsaris dedicavit : cujus tabulæ inferiorem partem corruptam qui reficeret, non est inventus.

36 *Ponis*] Hoc faciunt, quibus sua forma non placet.

*Inepta*] Blandum convicium.

37 *Consuetis*] Qui consueverint te integris capillis pulchriorem aspiciere.

39 *Cantatæ*] Incantatæ.

*Pellicis*] Solent vero pellices, ut facilius maritos sibi devinciant, omnibus modis matronas deformare.

40 *Hæmonia*] Thessala. Fuit vero beneficiis famosa Thessalia.

42 *Invida*] Multum invidiæ licuisse crediderunt veteres.

- Nunc tibi captivos mittet Germania crines : 45  
 Culta triumphatæ munere gentis eris.  
 O quam sæpe, comas aliquo mirante, rubebis ;  
 Et dices, Emta nunc ego merce probor !  
 Nescio quam pro me laudat nunc iste Sygambram ;  
 Fama tamen memini cum fuit ista mei. 50  
 Me miserum ! lacrymas male continet ; oraque dextra  
 Protegit, ingenuas picta rubore genas.  
 Sustinet antiquos gremio spectare capillos,  
 (Hei mihi !) non illo munera digna loco.  
 Collige cum vultu mentem : reparabile damnum est. 55  
 Postmodo nativa conspiciere coma.

*Germania tibi dabit capillos captivos ; ornata eris dono nationis triumphatæ. O quoties rubore suffunderis, aliquo admirante capillos ; et dices : Ego nunc laudor, merce nummis comparata ! Iste nunc probat nescio quam Sygambram pro me ; recordeo tamen cum ista fuit laus mei. Hei mihi ! non reprimit lacrymas ; et velat faciem manu, suffusa liberales genas rubore. Non veretur aspiciere veterem comam in sinu, (hei mihi !) dona non idonea illi loco. Erige animum cum facie : dispendium est reparabile. Postmodo spectaberis capillis sinceris.*

sequenti versu.—42 Al. *Nec timuit.*—46 P. aliique complures, *Tuta triumph. Sa. Pulchra.*—47 Mor. 2. *sæpe aliquo vultum mirante : D. aliquo crinem, et sic V. et duo Mor. Pal. aliqua.*—49 Vulg. *nunc ipse. P. Sygambram : vulgo Sicambram.*—50 N. et R. *Forma tamen. Tres scripti mei : vulgo mea.*—52 Mor. *tincta rubore.*—53 *Spectare sex scripti cum Exc. I. al. spectatque.*—54 Fr. *crimina digna.*—55 Barb. et Pal. 3. *Corrige cum.*

## NOTÆ

45 *Captivos]* Hoc in Augusti gratiam dicit ; cuius auspiciis Drusus Germaniam domuit.

47 *Rubebis]* Ex pudore ; quod coma non sit tua.

48 *Emta]* Propert. externos capillos vocat.

49 *Nescio quam]* Verba sunt puellæ.

*Sygambram]* Cujus hæc mea externa coma fuit. Sygambri autem, seu Sycambri, populi fuerunt Germaniæ inter Rhenum et Visurgim.

51 *Me miserum]* Dolet Poëta, quod ex amissa coma amica mœreat.

*Male continet]* Non continet.

52 *Protegit]* Tegit.

*Picta genas]* Græcismus ; pro Pictas habens genas.

53 *Antiquos]* Qui defluerant.

54 *Non digna]* Id est, quæ non illo loco, sed in capite esse deberent.

55 *Collige]* Nunc denuo puellam alloquitur.

*Cum vultu]* Videtur vero dolore et mœstitia distrahi hominis vultus, usque adeo immutatur.

*Mentem]* Nostri non sumus composites per dolorem.

56 *Nativa]* Viva, naturali.

## ELEGIA XV.

*Ad invidos, quod fama pœtarum sit perennis.*

**Q**UID mihi, Livor edax, ignavos objicis annos ;  
 Ingeniique vocas carmen inertis opus ?  
 Non me more patrum, dum strenua sustinet ætas,  
 Præmia militiæ pulverulenta sequi :  
 Nec me verbosas leges ediscere ; nec me 5  
 Ingrato vocem prostituisse foro.  
 Mortale est, quod quæris, opus : mihi fama perennis  
 Quæritur ; in toto semper ut orbe canar.

*Quamobrem, maligna invidia, mihi exprobras ætatem desidiosam, et nominas carmen opus ingenii desidis? Cur exprobras, me non captare munera pulverulenta militiæ more majorum, dum anni virentes patiuntur, nec me perdiscere leges garrulus, nec me prostituisse vocem foro ingrato? Laus quam sectaris est fragilis: mihi æternus honor expetitur; ut semper celebretur in omnibus terris. Mæonides celebra-*

5 Al. Edd. *Non me.* Alter Pol. *addiscere.*—12 P. et alii plurimi *resecta seges.*

## NOTÆ

1 *Quid]* Propter quid? Sed illud acrius est.

2 *Inertis]* Ignavi et pigri.

3 *Non sequi]* Objicis mihi me non sequi, &c.

*Patrum]* Majorum; Romanorum scil. quorum maxima fuit prisca virtus bellica.

*Strenua]* Juventutem intelligit; qua virente viri fortiores sunt.

4 *Præmia militiæ]* Adcoque militiam ipsam: nam eo spectat oratio.

*Pulverulenta]* Quia per pulverem et maximum laborem quærentur, quæ in bello præmia dantur.

5 *Verbosas]* In quibus interpretandis, definiendis, et limitandis, multis verbis opus est.

6 *Vocem prostituisse]* Id est, Ad agendas causas operam meam venalem habuisse; vel ad forum et lites animum adjecisse. Sed invidiose et per contemptum loquitur Poëta.

*Prostituisse]* Ad meretrices spectat hoc vocabulum; unde quam ingrata fuerit Poëtæ ars causidicorum propter cavillationes et calumnias, plus satis intelligitur. Ceterum meminisse oportet, quod antea diximus, moris fuisse antiquis oratoribus, ut gratuita opera clientum causas agerent.

*Foro]* *Au Palais;* *A la chicane;* nam propemodum ad dolum et calumniam deflectunt plerique litigatores.

7 *Mortale est]* Responsio est Poë-

Vivet Mæonides, Tenedos dum stabit et Ide :

Dum rapidas Simois in mare volvet aquas.

10

Vivet et Ascræus, dum mustis uva tumebit ;

Dum cadet incurva falce resecta Ceres.

Battiades semper toto cantabitur orbe ;

Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno :

15

Cum Sole et Luna semper Aratus erit.

Dum fallax servus, durus pater, improba lena

Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.

*bitur, quamdiu Tenedos et Ida manebit ; quamdiu Simois propellet aquas admissas in aëor. Celebrabitur etiam Ascræus, quamdiu uva turgebit mustis : quamdiu Ceres sternetur recisa falce recurva. Battiades semper celebrabitur per totum orbem terrarum ; quanquam magnus non est ingenio, magnus est arte. Nullum damnum accedet cothurno Sophocleo. Aratus semper erit cum sole et Luna. Quamdiu servus dolosus, pater severus, scelestus lena, quamdiu scortum illecebrosum*

#### NOTÆ

tæ ad livorem et lividos, seu invidos.

*Mihi*] A me.

9 *Mæonides*] Homerus est; quem Strabo, a Mæonia regione Phrygiæ, ubi Smyrnam patriam habuisse dicit, eo nomine appellatum voluit. Cum vero maxima sit de Homeri patria dubitatio, alii, inter quos Plutarchus, a Mæone Lydorum rege, qui illum filii loco educasse dicitur, sortitum fuisse nomen, scripserunt.

*Tenedos dum stabit*] Id est, Semper. Fuit vero Tenedos insula e regione Trojæ: cujus, itemque Idæ montis, ideo meminit Poëta, quod ab Homero ea loca, et quæ ibi gesta, celebrata fuerunt.

*Ide*] Ide Græca inflexione, seu Ida, mons et sylvæ fuit Trojanorum in Phrygia.

10 *Simois*] Fluvius est Troadis, seu agri Trojani, fama quam natura major.

11 *Ascræus*] Hesiodus est, ab Ascra patria, Bœotici oppido, sic dictus.

*Dum mustis*] Quia de agricultura scripsit.

*Mustis*] Mustum uvæ est liquor,

antequam vinum fiat.

12 *Ceres*] Id est, Segetes; quibus præest, quasque invenit Ceres.

13 *Battiades*] Callimachus est, Batti filius, Poëta Græcus, cujus hymnos nonnullos, eosque pulcherrimos, hodieque habemus.

15 *Nulla Sophocleo*] Id est, Sophoclis fama, quam cothurno, seu Tragædiis, sibi magnam fecit, semper durabit.

*Sophocleo*] Fuit Sophocles Poëta Græcus, Atheniensis, tragædiarum scriptor, qui gravius et grandiori stylo scripsit, quam Euripides.

*Cothurno*] Calceamentum est, quo in Tragædiis utebantur. Ponitur vero cothurnus pro tragico stylo.

16 *Aratus*] Poëta fuit Græcus celebris, Solensis, ex Cilicia; cujus opus, de cælo et stellis, etiam hodie habemus.

17 *Fallax*] Quales in Comædiis plerumque finguntur.

*Improba*] Insatiabilis, impura, avara, perjura, &c. quales sunt lenæ.

18 *Menandros*] Fuit Menander Poëta Græcus: cujus virtutes præci-

Ennius arte carens, animosique Accius oris,  
 Casurum nullo tempore nomen habent. 20  
 Varronem primamque ratem quæ nesciat ætas,  
 Aureaque Æsonio terga petita duci ?  
 Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,  
 Exitio terras cum dabit una dies.  
 Tityrus, et fruges, Æneiaque arma legentur, 25  
 Roma, triumphati dum caput orbis eris.

*durabunt, Menander perstabit. Ennius arte destitutus, Accius oris sublimis, habent famam nunquam interituram. Quodnam sæculum ignorabit Varronem et primam navem, et tellera aurea quasita a duce Æsonio? Carmina elati Lucretii tunc sunt interitura, cum una dies terras in ruinam trahet. Tityrus et segetes et arma Æneia legentur, quamdiu, Roma, eris caput orbis triumphati. Quamdiu*

—18 Vulg. *vivet*; et *Menander pro Menandros*.—24 Scaliger *ima dies*.—25 Al. *et segetes*.—26 *Eris optimus Pal. et unus Mor. vulgo erit*.—28 Al. *Dicentur*

## NOTÆ

puas, seu in fingendis personis artem, quanquam obiter, attingit tamen Ovidius. Quatuor ex Menandro Latinas fecit Comœdias Terentius.

19 *Ennius*] Poëta fuit Latinus antiquissimus, Calabria oriundus; cujus paucula fragmenta supersunt.

*Arte carens*] Virgilium dicunt solitum dicere, se ex Ennii stercore aurum colligere. Monnit Quintilianus Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adorandum.

*Animosi*] Grandi et sublimi stylo qui scripsit.

*Accius*] Hic tragœdias scripsit; durusculusque (quod vitium in temporibus rejicit Quintilianus) Ciceroni, ferreus aliis visus est.

21 *Varronem*] Plures eo nomine fuerant viri doctrina celebres: hoc vero in loco de illo P. Terentio Varro Attacino intelligendum est, qui Argonautica scripsit, quæ tamen ad nostra tempora non pervenerunt.

*Primamque ratem*] Argo navem intelligit; quam primam fabulantur Poëtæ, quod nova et majori forma

constructa fuerit.

22 *Æsonio*] Jasoni, scilicet Æsonis filio.

*Terga*] Vellus aureum intelligit; quod Varroni, itemque aliis, Poëmatis materiam præbuit.

*Duci*] Pro, a duce.

23 *Lucreti*] Excellentis Poëmatis, quo totam Epicuri Philosophiam complexus est, notissimus Poëta Lucretius.

24 *Una dies*] Forte ad illa Lucretii respexit, 'Principio maria, ac terras, cœlumque tuere: Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi, Tres species tam dissimiles, tria talia texta, Una dies dabit exitio.'

25 *Tityrus*] Per Tityrum, Virgilio Eclogas intellige, in quarum prima Tityrus Pastor inducitur.

*Fruges*] Virgilio intelliguntur Georgica; quibus Agriculturam docuit.

*Æneiaque*] Virgilio Æneis.

26 *Roma*] Romam compellat ideo Poëta, quod etiam in Romani nominis gloriam Poëma suum Virgilius scripserit.

Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,  
 Discentur numeri, culte Tibulle, tui.  
 Gallus et Hesperiiis, et Gallus notus Eois,  
 Et sua cum Gallo nota Lycoris erit. 30  
 Ergo, cum silices, cum dens patientis aratri,  
 Depereant ævo, carmina morte carent.  
 Cedant carminibus Reges, Regumque triumphî:  
 Cedat et auriferi ripa beata Tagi.  
 Vilia miretur vulgus: mihi flavus Apollo 35  
 Pocula Castaliæ plena ministret aquæ:

*ignes et sagittæ erunt tela Cupidinis, versus tui addiscentur, polite Tibulle. Gallus, et Lycoris sua cum Gallo, erit clarus ad ortum et occasum. Igitur, cum saxa, cum dens dari aratri deterantur tempore, versus sunt immortales. Reges et Regum triumphî cedant carminibus; cedat etiam dives ripa Tagi auriferi. Vulgus suspiciat contemnenda: aureus Apollo mihi præbeat pocula plena aquæ Castaliæ. Et redimiar capillos*



num.—34 P. et plures al. *ripa benigna*.—36 *Castaliæ aquæ* alter Pol. pro

#### NOTÆ

28 *Numeri*] Versus. Tibullo etiam æternam famam promittit.

29 *Gallus*] Hic Cornelius Gallus Orator eximius et Poëta non mediocris fuit, Augusto familiaris, cuius tamen jussu, cum in proditionis suspicionem venisset, occisus est.

*Hesperiiis*] Occidentalibus.

*Eois*] Orientalibus. Eos enim Græce, Aurora est.

30 *Lycoris*] Fictum est amicæ nomen, quæ Voluminii liberta fuisse dicitur, Cytheris proprio nomine appellata.

31 *Silices*] Qui tamen durissimi sunt lapides.

*Dens aratri*] Vomer: *Le soc de la charrue*.

*Patientis*] Duri; utpote ferrei.

32 *Ævo*] Longo tempore.

33 *Cedant*] Cedant vero, siquidem eorum gloria non nisi per carmina durat.

34 *Beata*] Dives. Carmina divitiis

anteponit.

*Tagi*] Tagus fluvius est Lusitaniæ, quem auriferas arenas volvisse scripserunt Plinius aliique.

35 *Vilia*] Qualia aurum, argentum, si Poëtæ scopum spectes, et sapientes audias.

36 *Miretur*] Amet. Quo sensu partim nihil admirari dixit Horatius rem esse prope unam et solam, 'quæ possit facere et servare beatum.'

*Flavus*] Propter Solis radiorum fulgorem, qui sunt ejus coma aurea.

*Apollo*] Sol est, qui Musis et bonis artibus præesse creditur.

36 *Castaliæ*] Fons fuit Castalius, in montis Parnassi radicibus, Musis et Apollini sacer; cuius aquæ haustus facultatem dari voluerunt Poëtæ.

*Plena*] Ut postea ore pleno, plenoque ex pectore versus fundere possim.



Sustineamque coma metuentem frigora myrtum ;  
 Atque a sollicito multus amante legar.  
 Pascitur in vivis Livor : post fata quiescit,  
 Cum suus ex merito quemque tuctur honos. 40  
 Ergo etiam, cum me supremus adederit ignis,  
 Vivam ; parsque mei multa superstes erit.

*myrto timentis frigora ; et plurimus legar ab amante anxio. Invidia rodit viventes ; desinit post mortem, cum sua laus defendit unumquemque pro merito. Ergo celebrabor etiam, postquam ultimus ignis me consumserit ; et magna pars mei supererit.*

//////////

*Castalia aqua.—38 Vulgo Atque ita sol.—40 Vulgo Tunc suus.—41 Adederit P. vulgo adusserit.—42 Al. mei magna.*

#### NOTE

37 *Sustineam*] Myrto Veneri sacra arbore coroner, ut qui amatoria scripserim.

*Frigora*] Maxime vero huic arbusculæ frigus nocet.

38 *Multus*] Pro, multum. Sic sæpe etiam alii.

39 *Pascitur in vivis*] Hoc in suum solatium dicit ; cui non sit durum quod omnibus evenit pati ; certus gloriam maximam post fata mansuram.

*Post fata*] Postquam impleta omnia, quæ a fato seu Parcis de aliquo fando præstituta sunt. Post mortem,

uno verbo.

41 *Adederit*] *Adusserit*, ut habent alii : Consumserit. Veteris vero non fuit instituti apud Romanos, auctore Plinio, cadavera cremare ; terra enim condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tum demum illud est institutum : a quo imperantibus Antoninis descitum volunt.

42 *Vivam*] Fama, scil. apud varias gentes immortalis.

*Superstes*] Superstes est, qui post mortem stat.

P. OVIDII NASONIS

A M O R U M

LIBER II.

---

---

ELEGIA I.

*Quod pro gigantomachia amores scribere sit coactus.*

Hoc quoque composui, Pelignis natus aquosis,

Ille ego nequitiae Naso Poëta meæ.

Hoc quoque jussit Amor. Procul hinc, procul este, severæ;

Non estis teneris apta theatra modis.

*Ille ego Naso poëta meæ lasciviæ, ortus Pelignis aquaticis, hoc quoque opus perscripsi. Amor hoc quoque imperavit: longe hinc, longe estote, rigidæ: non estis*

3 *Severæ* tres codd. Heins. et Fr. vulgo *severi*.—5 Duo Mor. *facient*.—

NOTÆ

1 *Quoque*] Hac voce utitur, quia superiorem de amoribus librum conscripserat.

*Pelignis*] Populi fuerunt Peligni ad Apenninum in media propemodum Italia, supra Romam; ubi fuit Sulmo Poëtæ patria.

*Aquosis*] Propter aquas ex nivosis montibus vi magna defluentes.

2 *Nequitiae*] Amores intelligit.

3 *Quoque*] Sicut et præcedentem librum; in cujus prima Elegia dixit Poëta, Amorem versibus suis pedem surripuisse.

4 *Teneris*] Mollibus et lascivis.

*Theatra*] Pro spectantibus, lectoribus, vel auditoribus posuit; per Metonym.

*Modis*] Versibus

Me legat in sponsi facie non frigida virgo; 5  
 Et rudis ignoto tactus amore puer:  
 Atque aliquis juvenum, quo nunc ego, saucius arcu,  
 Agnoscat flammæ conscia signa suæ:  
 Miratusque diu, Quo, dicat, ab indice doctus  
 Composuit casus iste Poëta meos? 10  
 Ausus eram (memini) cœlestia dicere bella,  
 Centimanumque Gygen; et satis oris erat:  
 Cum male se Tellus ulta est, ingestaque Olympo  
 Ardua devexum Pelion Ossa tulit.  
 In manibus nimbos, et cum Jove fulmen habenti, 15  
 Quod bene pro cœlo mitteret ille suo,

*spectatrices idoneæ mollibus versibus. Puella non severa coram amatore me legat, et juvenis inexpertus correptus amore incognito. Atque aliquis adolescentum vulneratus sagittis quibus ego nunc, agnoscat notas conscias sui amoris; et diu miratus, Quo, dicat, ab indice iste poëta admonitus perscripsit fortunam meam? Ausus eram, (recorder) cantare bella cœlestia, et Gygen centimanum (et satis erat spiritus), cum Terra se male vindicavit, cum Ossa excelsa imposita Olympo tulit Pelion declive. Amica obturavit januum mihi habenti nimbos in manibus et cum Jove*

6 Mor. unus captus amore: Pal. tectus.—12 Pa. Gyan. Al. Gygam.—13 Libri quatuor Heins. et prima ed. congestaque: Mor. unus injectaque.—15 Unns

## NOTÆ

5 *In facie*] Coram.  
 6 *Puer*] Adolescens, Juvenis. Illa vero voce sæpius, præsertim in Amorbis, uti amant.  
 7 *Saucius*] Amans.  
*Arcu*] Amoris, scil. arcu, aut sagitta, quæ ad amandum impellit.  
 8 *Agnoscat*] Legendo mea carmina recognoscat.  
*Flammæ*] Amoris.  
 10 *Iste*] Ovidius, scil.  
 11 *Ausus*] Dicit Poëta, se Gigantomachiam scribere voluisse, sed ab eo incepto amoribus retractum.  
*Cœlestia*] Quæ adversus Deos Gigantes moliti sunt, gesseruntque.  
 12 *Gygen*] Quidam hunc Gigantem, Apollodorum secuti, Gyan vocant: fuerunt vero Gigantes centimani tres, Cæli et Terræ filii, Briareus nempe, Gyas, et Cæus.

*Oris*] Dicit Poëta, se describendæ Gigantomachix parem fuisse.

13 *Male*] Gigantes vero adversus Deos non male modo et sceleste pugnarunt, sed infeliciter etiam qui victi sunt.

*Tellus*] Dicitur vero Tellus, in suitionem, contra Deos pugnaturum genus Gigantum genuisse.

*Ingæstaque*] Imposita, superjecta, scil. Ossa. Nam feminini est generis hoc in loco mons Ossa; qui alibi est masculini. Dicuntur vero Gigantes, quo tempore bellum cum Diis gesserunt, montes montibus, ut cœlum ascenderent, imposuisse.

*Olympo*] Mons est Olympus inter Thessaliam et Macedoniam altissimus.

14 *Ardua*] Alta et ascensu difficilis.

Clausit amica fores: ego cum Jove fulmen omisi:

Excidit ingenio Jupiter ipse meo.

Jupiter, ignoscas; nil me tua tela juvabant:

Clausa tuo majus janua fulmen erat.

20

Blanditias elegosque leves, mea tela, resumsi;

Mollierunt duras lenia verba fores.

Carmina sanguineæ deducunt cornua Lunæ;

Et revocant niveos Solis euntis equos.

Carmine dissiliunt, abruptis faucibus, angues,

25

Inque suos fontes versa recurrit aqua.

Carminibus cessere fores; insertaque posti,

Quamvis robur erat, carmine victa sera est.

*fulmen quod ille sapienter torqueret pro cælo suo: ego deserui fulmina cum Jove: ipse Jupiter effluxit meo animo. Jupiter, des veniam; tua fulmina nihil mihi proderant. Fores obturatae erant majus fulmen tuo. Me converti ad mitia verba, et tenues elegos, mea arma: blanditiæ flexerunt asperam januam. Carmina subtrahunt cornua Lunæ rubenti; et retroagunt equos candidos Solis currentis. Serpentes rumpuntur carmine, cervicibus elisis, et aqua conversa refluit in suas scaturigines. Janua cessit carminibus: et sera infixæ posti, quanquam robur esset, revulsa est*

//////////

Mor. habenti: Sa. Arund. P. et quinque al. cum pr. edit. *habebam*: ceteri *Jupiter in manibus, et cum J. f. habebam*; vel *In manibusque Jovem, et cum J. f. habebam*.—17 Multi *fulmina misi*.—19 P. Pal. optimus N. Arund. et quinque al. *tua verba*: al. *bella*: D. *facta*.—20 *Erat R. et Med. unus cum Exc. I. et Pol. quod et Heins. placuit*: vulgo *habet*.—22 *Mollierunt P. vulgo Mollierant*. Scr. *mollia verba*: Barb. et V. *dulcia*.—24 Franc. *nitidos*. Duo Heins.

#### NOTÆ

*Deverum*] Inclinatum, pronum; adeoque et altum: quicquid enim descendentibus declive est, ascendentibus est acclive.

*Pelion*] Mons est Thessaliæ.

*Ossa*] Mons est juxta Olympum.

15 *In manibus*] Id est, Cum de iis omnibus scripturus essem, et præ manibus haberem. Sed magnifice locutus est Poëta.

*Nimbus*] Nimbus pluviam repentnam et præcipitem significat; itemque nubem, qua Dii in terras descendere dicebantur.

16 *Cælo*] Quod invadere Gigantes paraverant.

17 *Clausit*] Exclusus ab amica sui.

*Omissi*] Id est, A scribenda Gigantomachia destiti.

18 *Excidit*] Verissime dixit.

27 *Leves*] Quibus non est sublimitas; quibusque adeo non gravia, sed levia et amatoria, describuntur.

*Mea tela*] Per oppositionem ad tela Jovis.

23 *Sanguineæ*] Sanguinei coloris.

*Deducunt*] E cælo ducunt: quod suis carminibus et incantationibus, quæ nunc Poëta confundit, facere Magos Poëtæ fabulati sunt.

*Cornua*] Adeoque Lunam ipsam.

25 *Dissiliunt*] Rumpuntur; ut liquitur Maro.

27 *Fores*] Amicæ, scil. carminibus

Quid mihi profuerit velox cantatus Achilles?

Quid pro me Atrides alter et alter agant? 30

Quique tot errando, quot bello, perdidit annos?

Raptus et Hæmoniis flebilis Hector equis?

At, facie teneræ laudata sæpe puellæ,

Ad vatem, pretium carminis, ipsa venit,

Magna datur merces: heroum clara valete 35

Nomina; non apta est gratia vestra mihi.

Ad mea formosæ vultus adhibete puellæ

Carmina, purpureus quæ mihi dictat Amor.

*carmine. Quid me iuverit rapidus Achilles celebratus? quid uterque Atrides facient pro me? et qui tot consumsit annos erroribus quot bello? et Hector miserabilis raptatus equis Hæmoniis? At sæpe forma mollis puellæ cantata, ipsa accedit ad poetam præmium carminis. Amplum datur præmium. Nomina magnifica heroum, discedite: vester favor mihi non est utilis. Pulchræ puellæ, advertite oculos ad mea carmina, quæ formosus Amor mihi suggerit.*

//////////

*niveos carmina Solis equos.—28 Unus Mor. nota sera est.—29 Unus Med. profueris. Fr. cum al. victor cant.—30 Al. pro me Ajaces: al. Quid mihi que Atrides; Quid vero Atrides; Quidve aromethides, et similia.—33 Facie pro facies rescripsit Heins. Teneræ laudata meliores: vulgo teneræ ut laudata est: N. et Arund. teneræ laudatæ: al. laudataque.—37 Formosæ Sa. vulgo formosos.*

#### NOTÆ

laudatæ.

28 *Robur*] Ex robore, arbore glandifera, durissima.

29 *Velox*] Talis ab Homero inducitur.

30 *Atrides*] Agamemnon et Menelaus, Atrei filii, Poëtis, Homero præsertim, decantatissimi: per quos Poëmata epica intelliguntur, quibus ipsi præbuerunt materiam.

31 *Quique tot*] Ulysses est, quem in Odyssea cecinit Homerus; qui decem annos in bello Trojano, totidem in reditu consumsit.

32 *Raptus*] Raptatum bigis ab Achille circa muros Iliacos Hectorem pueris vix opus est indicare.

*Hæmoniis*] Achillis Hæmonii, seu Thessali.

*Flebilis*] Dignus qui fleatur.

35 *Magna*] Siquidem amica ipsa detur.

*Valete*] Illorum facta nolle se canere innuit.

36 *Non gratia vestra*] Sed amicæ gratia apta est.

38 *Purpureus*] Roseo et pulchro colore.

## ELEGIA II.

*Ad Bagonm, ut custodiam puellæ sibi commissæ laxiorem  
habeat.*

QUEM penes est dominam servandi cura, Bagoë,  
 Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca.  
 Hesterna vidi spatiantem luce puellam,  
 Illa, quæ Danai porticus agmen habet.  
 Protinus, ut placuit, misi, scriptoque rogavi: 5  
 Rescripsit trepida, Non licet, illa manu.  
 Et, cur non liceat, quærenti reddita causa est;  
 Quod nimium dominæ cura molesta tua est.  
 Si sapis, o custos, odium (mihi crede) mereri  
 Desine: quem metuit quisque, perisse cupit. 10  
 Vir quoque non sapiens: quid enim servare laboret,  
 Unde nihil, quamvis non tueare, perit?

*Bagoë, cui demandata est provincia custodiendi dominam, vacuus esto, dum ab-  
solvo tecum pauca, sed idonea. Heri intuitus sum puellam deambulantem illa por-  
ticu, quæ habet turbam Danai. Continuo, ut mihi grata fuit, misi, et literis  
oravi. Illa respondit manu timida: Non conceditur. Et ratio data est petenti  
quamobrem non esset concessum, quod custodia tua est nimium gravis dominæ. Si  
sapis, o custos, crede mihi, omitte mereri odium: unusquisque optat interiisse quem  
timet. Maritus etiam est ineptus: cur enim curet custodire unde nihil deteritur*

5 Al. noctemque rogavi.—8 Heins. vult tuæ es.—10 Quidam perire: at pe-

## NOTÆ

1 *Bagoë*] Spadonibus est quasi commune nomen; quibus antiquitus, ut et hodie apud Turcas, puellarum cura demandabatur.

4 *Illæ*] Porticus, scilicet.

*Quæ Danai*] Apollinis Palatini porticum intelligit, in qua quinquaginta Danaïdum imagines erant: quam cum templo magnificentissimo, itemque bibliotheca Græca et Latina, in

parte Palatinæ domus Augustus excitavit.

*Danai agmen*] De filiabus Danai quinquaginta, quæ maritos suos, una excepta, interfecerunt, antea vidimus.

8 *Tua est*] Clar. Heinsius legit *curæ es*; ne inconiuncte duriterque geminetur hoc disticho *est*. Aliter tamen crediderim.

Sed gerat ille suo morem furiosus amori ;  
 Et castum, multis quod placet, esse putet.  
 Huic furtiva tuo libertas munere detur ; 15  
 Quam dederis illi, reddat ut illa tibi.  
 Consciis esse velis ; domina est obnoxia servo :  
 Consciis esse times ; dissimulare licet.  
 Scripta leget secum ; matrem misisse putato :  
 Venerit ignotus ; postmodo notus eat. 20  
 Ibit ad affectam, quæ non languebit, amicam  
 Visere ; iudiciiis ægra sit illa tuis.  
 Si faciet tarde, ne te mora longa fatiget,  
 Imposita gremio stertere fronte potes.  
 Nec tu, linigeram fieri quid possit ad Isin, 25  
 Quæsieris ; nec tu curva theatra time.

*quanquam non custodias ? Sed ille insanus indulgeat suo amori ; et arbitretur pudicum quod multis arridet. Libertas secretu huic concedatur tuo beneficio ; ut illa retribuat, quam illi tribueris. Velis esse conscius : domina est subdita servo. Metuis esse conscius : licet dissimulare. Si seorsum legat literas ; credito matrem misisse. Si accesserit incognitus ; postmodo cognitus discedat. Accedet ad amicam ægram, quæ ægra non erit, visendi causa ; illa sit ægra tuo iudicio. Si faciet lente ; ne te tædent longi spatii ; tibi licet dormire capite in sinum demisso. Nec tu petiveris quid possit geri ad Isin liniferam ; nec tu metue curva theatra.*

\*\*\*\*\*

risse meliores.—13 Jun. *fumosus* pro *furiosus*.—14 Al. *castam, multis quæ*. Al. *ipse putet*.—16 N. et duo al. *Quod dederis : alii quid*. Franc. *dederas*.—19 *Misise* P. Vulgo *scripsisse*.—20 Al. *notus erit*.—21 Vulgo ut *affectam* : al. ad *affectam*.—22 *Visere* corr. Heins. vulgo *Visat et iudiciis* : P. 2. *Viset et iudiciis* : Sa. et quatuor al. *Visaque iudiciis*.—24 Al. *fronte putcs*.—25 Al. *Niligenam*

#### NOTÆ

11 *Vir*] Maritus ; qui uxorem servandam tibi credidit.

*Quoque*] Ut ita insipientem etiam custodem dicat.

14 *Et castum*] Pudicam non posse esse quæ multis placeat, innuit.

15 *Furtiva*] Quam nesciat maritus.

17 *Obnoxia*] Quæ perpetuo timet, ne crimen prodas.

18 *Times*] Pro, Si times : sed illud melius est.

*Dissimulare*] Simulare te non vidisse ; ne conscius dicaris.

19 *Leget*] Pro, Si legat puella.

20 *Venerit*] Si venerit.

*Notus*] Quilibet amicus ad puellam venisse a te fingatur, quem noscas.

21 *Affectam*] Ægrotam : optime.

22 *Visere*] *Ibit visere*, Græcismus bonis auctoribus familiaris, pro, Ad visendum.

25 *Linigeram*] Quia ejus Sacerdotes lineis vestibus induti ejus sacra celebrabant. Legunt tamen alii *Niligenam*, quod Io, Inachi filia, quæ Isis est, in vaccam a Jove transmutata, apud Nilum in Ægypto pristinam formam receperit : atque hanc lecti-

Conscius assiduos commissi tollet honores :

Quis minor est autem, quam tacuisse, labor ?

Ille placet, versatque domum, neque verbera sentit ;

Ille potens : alii, sordida turba, jacent.

30

Huic, veræ ut lateant causæ, finguntur inanes ;

Atque ambo domini, quod probat una, probant.

Cum bene vir traxit vultum, rugasque coëgit,

Quod voluit fieri blanda puella, facit.

Sed tamen interdum tecum quoque jurgia nectat,

35

Et simulet lacrymas, carnificemque vocet.

*Conscius facinoris capiet perpetuos honores. Quæ autem est levior opera quam siluisse? Ille gratus est, et gubernat domum, neque experitur flagra: ille potens: alii obscæna turba contemnuntur. Ut veræ causæ occultentur, falsæ ab eo conscio simulantur: atque ambo domini approbant quod uni placet. Cum maritus multum contraxit faciem, et coaceravit rugas, mitis puella perficit quod cupivit fieri. Sed tamen moveat quoque nonnunquam rixas tecum; et fingat lacrymas, et increpet*



*fieri: plerique Heins. lanigeram.—27 Edd. prisca assiduus. Mo. et quidam al. tollet amores.—28 Prima ed. cum scriptis quibusdam est unquam: Mor. a manu pr. est homini: Heins. est cauto.—29 Pro versatque Heins. conj. servatque.—30 Ita versum exhibent P. Me. et Arund. alii codd. potens dominæ: cetera turba: quidam Ille placet dominæ, sordida turba, vel cetera turba.—35 P. 2.*

#### NOTÆ

onem non parum juvat, quod a quibusdam Isis, Jovis Ægyptii regis filia, et eadem quæ Ceres dicta est.

*Isin]* Id est, In ejus templo; quod Romæ erat, in campo Martio juxta ovile; in quo multa stupra, adulteria, et lenocinia fiebant.

*26 Nec time]* Sine ut ad theatra veniat domina.

*Curva]* In hemicycli formam structa fuerunt.

*27 Conscius]* Tu, vel quisvis alius conscius.

*Commissi]* Adulterii.

*Tollet]* Auferet, capiet a domina, adeoque et conservis.

*29 Versatque]* Id est, Impune quicquid lubet potest facere. Pari modo dicimus Gallice, *Il peut renverser la maison; mettre tout d'en dessus dessous.*

*Alii]* Servi, scil. contemnuntur.

*31 Cause]* Quamobrem hoc aut illud Domina fecerit, huc aut illuc iverit; ne veras possit maritus suspicari.

*32 Ambo domini]* Puella, scil. et custos commissi conscius.

*Probant]* Approbant, in eo stant: eaque apud maritum utuntur.

*33 Cum bene]* Inde rationem petit ad persuadendum obsequium Bagoos erga dominam, quod postquam maritus puellæ admodum iratus fuerit, ea tamen blanditiis suis eum ad vota sua possit perducere.

*Traxit]* Id est, *Iratus est:* trahitur enim nasus et corrugatur per iram.

*36 Vocet]* Ut inde sibi fidum custodem credat maritus.



Tu contra objiciens, quæ tuto diluat illa,

In verum falso crimine deme fidem.

Sic tibi semper honos, sic curta peculia crescent;

Hæc face, et exiguo tempore liber eris.

40

Aspicis indicibus nexas per colla catenas;

Squalidus orba fide pectora carcer habet.

Quærit aquas in aquis, et poma fugacia captat

Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

Dum nimium servat custos Junonius Io,

45

Ante suos annos occidit; illa Dea est.

*tortorem. Tu contra exprobrans, quæ illa secure dissolvat, tolle fidem in verum, ficto flagitio. Sic tibi semper gloria, sic exigua peculia augebuntur: hæc præstato, et brevi spatio liber eris. Cernis indicibus vincula constricta per colla: carcer sentus coercet pectora fide carentia. Tantalus quærit aquas in aquis, et carpere tentat poma fugientia: lingua loquax hoc illi attulit. Dum custos Junonius nimium irigilat Io, extinctus est ante suos annos; illa est Dea. Ego vidi habentem*

//////////

*jurgia vertat.—37 Objiciens reponit Heins. pro objicies. D. quod tuto.—38 In verum P. vulgo In vero: Sa. Et veri: al. In verum falso: In veri falso, In falso veri: Scr. Et verum in falso: pr. Ed. In ficto veri: Fr. I verum; inde Heins. conj. I veram, vel veris.—39 Curta conj. Heins. quia in Exc. I. (item in Fr.) est orta peculia crescent. opt. P. et 4. al. codd. sic alta peculia crescent: vulgo*

#### NOTE

38 *In verum*] Vult Poëta, ficta crimina dominæ objicere Bagoum, ut cum illa facile diluerit, seseque probam et falso accusatam probaverit, nulla verorum criminum aut accusationum ratio habeatur.

39 *Curta*] Parva.

*Peculia*] Alii pecunia, deinde crescet. Dicitur vero præsertim peculium illud omne quod industria sua, et labore, servus potest lucrificare.

40 *Face*] Pro fac; antique.

*Liber*] Pecunia et favore dominæ libertatem consequeris.

41 *Indicibus*] Falsis, scil. quorumque non comprobatum aut approbatum indicium. At ex Poëtæ scopo non fuit tam accuratum esse.

42 *Squalidus*] Pædore et situ obsitus.

*Orba fide*] Tacite indicat perfidum

fore Bagoum, si dominæ furta proderet.

43 *Quærit*] ‘Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina.’ Horat.

*Poma*] Fingitur quoque Tantalus, supplicii causa, poma apud inferos ad labia usque pendentia habere, quæ esurientis morsus fugiant.

44 *Tantalus*] Fuit ille Jovis filius, ideo ad inferos detrusus, quod Deorum secreta, quæ communis cœnæ usu perceperat, mortalibus prodiderit.

*Hoc*] Quod ita apud inferos plectatur.

45 *Custos*] Argus est, cui servandam Io vaccam ne ad eam Jupiter descenderet, Juno commisit.

46 *Occidit*] A Mercurio, Jovis jussu, interfectus est.

Vidi ego compedibus liventia crura gerentem,  
 Unde vir incestum scire coactus erat.  
 Pœna minor merito: nocuit mala lingua duobus:  
 Vir doluit; famæ damna puella tulit. 50  
 Crede mihi; nulli sunt crimina grata marito;  
 Nec quenquam, quamvis audiat illa, juvant.  
 Seu tepet, indicium securas perdis ad aures;  
 Sive amat, officio fit miser ille tuo.  
 Culpa nec ex facili, quamvis manifesta, probatur; 55  
 Judicis illa sui tuta favore venit.  
 Viderit ipse licet; credet tamen ipse neganti;  
 Damnabitque oculos, et sibi verba dabit.  
 Aspiciat dominæ lacrymas, plorabit et ipse;  
 Et dicit: Pœnas garrulus iste dabit. 60

*crura livida compedibus, a quo maritus coactus erat cognoscere adulterium. Supplicium levius merito: prava lingua obfuit duobus. Maritus cruciatus est; puella passa est famæ dispendia. Crede mihi; adulteria nulli sunt marito accepta: nec cuiquam prosunt, quamvis illa cognoscat. Sive languet, facis indicium ad cures negligentes; sive amat, ille fit miser tua sedulitate. Nec crimen, quanquam apertum, facile arguitur. Illa accedit secura gratia sui judicis. Quamvis ipse viderit, ipse tamen fidem habebit diffidenti, et coarguet oculos, et sibi imponet. Videat lacrymas dominæ; ipse quoque flebit; et dicit: Iste loquax pœnas exsolvet. Quam*

*alta pecuniâ crescit.—40 Al. Hæc facis exiguo.—49 Heins. merita. Jun. mala fama.—53 Al. prodis ad: Exc. I. pergit.—56 Me. favore manet.—57 Vulgo, ille neganti.—59 Aspiciat P. vulgo Aspiciet.—60 Pal. 3. pœnam. Vulg. ille da-*

## NOTÆ

*Illa]* Io, scil. quæ Isis est: cujus fabulam in Metam. videbimus.

47 *Liventia]* Livor dicitur color ille subniger, quo plumbum, itemque contusæ corporis partes conspiciuntur.

48 *Incestum]* Pro quovis adulterio ponit.

*Coactus]* Quasi ipse maritus nescire maluisset.

49 *Pœna]* Qua, scil. mulctatus fuerat iudex ille.

51 *Nulli sunt crimina]* Non tam explicandum istud per id, quod verba primo sonant, quam per scopum: est vero ille dicere, non magis indicium,

quam crimen, quod eo proditur, placere.

53 *Tepet]* Vir, scil. qui frigide, aut omnino non amat uxorem.

*Securas]* Negligentes: vir enim qui uxorem non amat, ejus furta parum curat.

54 *Miser]* Exeruciatur vero, qui uxorem amat, a qua non amatur, sed delunditur.

55 *Ex facili]* Facile.

56 *Judicis]* Mariti, scil. qui uxorem cum amat, sibi ipsi, ne in culpa ea sit, studet imponere.

57 *Ips]* Maritus, scil. iudex.

*Neganti]* Uxori, scil.

Quam dispar certamen inis! tibi verbera victo  
 Adsunt; in gremio iudicis illa sedet.  
 Non scelus aggredimur; non ad miscenda coimus  
 Toxicæ; non stricto fulminat ense manus.  
 Quærimus, ut tuto per te possimus amare: 65  
 Quid precibus nostris mollius esse potest?

*inæqualem pugnam subis! flagra sunt parata tibi superato; illa sedet in sinu iudicis. Non flagitium suscipimus; non convenimus ad paranda venena; manus non coruscat gladio nudato. Petimus, ut secure per te liceat amare. Quid potest esse mitius precibus nostris?*

bit.—61 *Quam* Exc. I. et Pol. cum uno Med. et F. vulgo *Quid*: tres Mss. ed. Gryph. et margo Bersm. Cur. Fr. *verbera iusto*.

## NOTE

- |                                                                   |                                                                                  |
|-------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------|
| 58 <i>Damnabit</i> ] Quasi lusciosi fuerint, quibus non fidendum. | 61 <i>Inis</i> ] Si, scil. cum domina coram marito litem disceptare aggrediaris. |
| <i>Sibi verba dabit</i> ] Seipsum decipiet.                       | 63 <i>Aggredimur</i> ] Ego et domina tua.                                        |
| 59 <i>Aspiciat</i> ] Si aspiciat: sed illud longe melius.         | <i>Coimus</i> ] Concordamus.                                                     |
| 60 <i>Garrulus</i> ] Judex, scil.                                 | 64 <i>Manus</i> ] Nostra, scil.                                                  |

## ELEGIA III.

*Ad Eunuchum servantem dominam.*

HEI mihi, quod dominam, nec vir nec foemina, servas,  
 Mutua nec Veneris gaudia nosse potes!  
 Qui primus pueris genitalia membra recidit,  
 Vulnera, quæ fecit, debuit ipse pati.

*Hei mihi, quod nec vir nec foemina custodis dominam, nec potes cognoscere mutua voluptatem Veneris! Qui primus amputavit partes genitales pueris, ipse de-*

## NOTE

- 1 *Hei mihi*] Hanc superiori elegiam annectendam censebat Scaliger.

- Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses; 5  
 Si tuus in quavis prætepuisset amor.  
 Non tu natus equo, non fortibus utilis armis;  
 Bellica non dextræ convenit hasta tuæ.  
 Ista mares tractent; tu spes depone viriles:  
 Sint tibi cum domina signa ferenda tua. 10  
 Hanc imple meritis; hujus tibi gratia prosit:  
 Si careas illa, quis tuus usus erit?  
 Est etiam facies, sunt apti lusibus anni:  
 Indigna est pigro forma perire situ.  
 Fallere te potuit, quamvis habere molestus: 15  
 Non caret effectu, quod voluere duo.  
 Aptius ut fuerit precibus tentasse, rogamus;  
 Dum bene ponendi munera tempus habes.

*buit ferre plagas quas inflixit. Esses pronus in officium et commodus orantibus, si amor tuus incensus fuisset in aliqua puella. Tu non es aptus equo, non idoneus ad arma virilia; hasta bellica non est accommodata tuæ dextræ. Mares ista moveant; tu omittes spes viriles. Signa sint tibi gerenda cum tua domina. Hanc cumula officiis; hujus favor te juret. Si illo destituaris, quid capies commodi? Adest etiam forma, ætas est idonea jocis. Pulchritudo non meruit interire inertis situ. Potuit te decipere, quamvis existimeris incommodus: quod duo cupiverunt non caret successu. Cum fuerit convenientius te sollicitasse precibus, oramus; dum tibi tempus datur bene collocandi officia.*



2 N. et Exc. D. gaudia ferre: Pal. scire.—5 Meliores in officium. Iidem placidusque rogantibus: duo precantibus.—6 P. 2. Fr. et tres al. parte fuisset amor.—8 D. non dextræ: vulgo nec.—9 Al. tractant. Fr. spem...virilem. Heins. si per codd. liceret, mallet res deponere viriles.—10 Tres Heins. Sint: vulg. sunt.—15 Pal. 2. te poterit.—17 Al. ut fieret. D. et ed. prima tentare.—18 Scr. bene præstandi.

#### NOTÆ

- 6 *Prætepuisset*] Valde tepuisset. Si aliquam puellam amasses.  
 7 *Non tu natus*] Ostendit, nihil nisi dominæ gratiam inire, Bago convenire.  
*Equo*] Ut sis equus.  
 10 *Signa*] Cupidinis vexilla; non Martis.  
 12 *Quis tuus usus*] Quid inde tibi lucri accedet?  
 13 *Est etiam facies*] Ut indignum sit nunc tam sævam puellæ custodiam adhiberi.  
 15 *Molestus*] Id est, qui in servanda domina assiduus esset.  
 16 *Non caret*] Probatio est ejus, quod dixit, 'fallere te potuit.'  
 17 *Ut*] Cum.  
*Tentasse*] Te, scil. Bago; ut amori nostro favere velis.  
 18 *Ponendi munera*] Bene ponere, aut collocare munus seu beneficium, dicitur ille, qui ei benelâcit, a quo gratia referatur.

## ELEGIA IV.

*Quod amet mulieres, cujuscumque formæ sint.*

**N**ON ego mendosos ausim defendere mores ;

Falsaque pro vitiiis arma movère meis.

Confiteor ; si quid prodest delicta fateri :

In mea nunc demens crimina, fassus, eo.

Odi ; nec possum cupiens non esse, quod odi.

5

Heu quam, quæ studeas ponere, ferre grave est !

Nam desunt vires ad me mihi jusque regendum.

Auferor ut rapida concita puppis aqua.

*Ego non ausim excusare pravorum meorum mores ; et concutere injusta arma pro meis vitiiis. Agnosco ; si quid juvat agnoscere peccata : nunc insanus confessus ruo in mea delicta. Odi ; nec volens possum non esse quod odi. Heu quam molestum est bajulare quæ coneris abjicere ! Nam mihi desunt vires et potestas qua mihi impetrem. Abripior tanquam navis impulsus aqua ruente. Non est certa aliqua pulchri-*

//////////

3 Duo libri et ed. prima *sed quid*.—5 Plures scripti *odisse quod odi* : alii *non nosse quod odi*.—6 *Quæ* P. V. unus, et prima ed. *vulgo quod* : Arund.

## NOTÆ

2 *Falsa*] Pro Falso.

*Arma*] Rationes, scilicet male et falso contra verum pugnantibus.

4 *Demens*] Qui mihi ipsi mea confessione noceo : vel simpliciter, et in omnibus demens.

*In crimina eo*] Ea damno ; contra ea facio.

5 *Nec possum cupiens*] Enimvero cupit qui amat, et quo tempore cupit, non potest non cupere : at vero potuit ille, qui cum cupit non potest non cupidum dici, potuit, inquam, cauta, assidua, et gravi spiritus adversus carnem lucta, providere et cavere, ne hoc aut illo tempore, aut omnino ne cuperet.

6 *Grave est*] Immo gravissimum ; et quo magis studeas gravius, nisi ultra tendis, et denique superas. Cui rei remedium est tamen, primum, studere ponere, et laborem velle ferre ; nam cur adversus stimulum calcas : deinde viribus uti, quæ, in viris fortibus, plerumque ferendo oneri pares sunt, sufficiunt certe, cum per gratiam sustentantur. Frustra et in suam perniciem aliud querat, qui fuerit indocilis. Ceterum notandum est, non verum esse quod, suo more nequitiae indulgens, Poëta tacite indicat, amorem vel cupiditatem jugum esse quod ferre necesse sit.

7 *Jusque*] Potestas.

Non est certa meos quæ forma irri-  
 tet amores :  
 Centum sunt causæ, cur ego semper amem. 10  
 Sive aliqua est oculos in se dejecta modestos,  
 Uror ; et insidiæ sunt pudor ille meæ.  
 Sive procax aliqua est ; capior, quia rustica non est :  
 Spemque dat in molli mobilis esse toro.  
 Aspera si visa est, rigidasque imitata Sabinas ; 15  
 Velle, sed ex alto dissimulare, puto.  
 Sive es docta ; places raras dotata per artes :  
 Sive rudis ; placita es simplicitate tua.  
 Est, quæ Callimachi præ nostris rustica dicat  
 Carmina : cui placeo, protinus ipsa placet. 20  
 Est etiam, quæ me vatem, et mea carmina culpet :  
 Culpantis cupiam sustinuisse femur.  
 Molliter incedit, motu capit : altera dura est ;  
 At poterit tacto mollior esse viro.

*tudo quæ instiget meos amores : centum sunt causæ quamobrem ego semper amem. Seu aliqua est demissa oculos verecundos in se, ardeo ; et ille pudor sunt mei laquei. Seu aliqua est proterva ; moveor, quia non est inepta : et spem præbet esse mobilem in molli lecto. Si visa est difficilis, et æmulata severas Sabinas ; arbitrator cupere, sed multum dissimulare. Seu es docta ; arrides ditata per egregias artes : seu inculta ; juras tui simplicitate. Est quæ affirmet carminu Callimachi dura esse præ nostris : illa cui sum gratus continuo est grata. Est etiam quæ me Poëtam improbet, et meos versus : optem fovisse femur improbantis. Ambitiose ambulat, motu pellicit : altera est rudis ; ut poterit esse lenior tacto viro. Hæc quia suaviter can-*

~~~~~  
*Heu quamquam st.—7 Jun. in me.—11 In se Jun. Fr. et Exc. I. vulgo in me.—12 Barb. et Mor. 2. fit pudor.—13 Ed. Gryph. et Bersm. ulla est.—15 Pal. secuta Sabinas.—17 Es docta, places P. Pal. optimus, et quidam al. vulgo est docta, placet.—18 Ita Pal. optimus Barb. et duo alii. Vulgo pl. est simpl. sua : P. places simpl. tua. Arund. N. Barb. Fr. et duodecim al. capior simpl. Franc. volebat, Si qua est docta ; et mox, Si qua est rudis.—22 Ma. 2. Culpantis vel-*

## NOTÆ

8 *Auferor]* Aufertur equidem, qui in profluentem attractus est. At vero cogitanti et præoccupanti, difficile ut sit, tamen adversus tam lenem primo aquæ fluxum niti non est impossibile. Principiis, et longe quidem obsta : tum virtuti idem illud facile videbitur, quod ignaviæ nunquam erit possibile.

9 *Forma]* Pro formosa puella.

12 *Meæ]* Quibus capiar.

13 *Procax]* Ad omnia fere extenditur vox ista, quæ de meretrice improba dici possunt.

15 *Rigidasque]* Severas et castas.

16 *Ex alto]* Ex longioquo, multum et callide. Mycillus exponit, Superbe, et cum fastidio.

23 *Dura]* Quæ non molliter et fractis gradibus, sed rustico more ambulat.

- Hæc quia dulce canit, flectitque facillima vocem,      25  
 Oscula cantanti rapta dedisse velim.  
 Hæc querulas agili percurrit pollice chordas:  
 Tam doctas quis non possit amare manus?  
 Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit,  
 Et tenerum molli torquet ab arte latus:      30  
 Ut taceam de me, qui causa tangor ab omni,  
 Illic Hippolytum pone; Priapus erit.  
 Tu, quia tam longa es, veteres Heroidas æquas;  
 Et potes in toto multa jacere toro.  
 Hæc habilis brevitate sua: corrumpor utraque:      35  
 Conveniunt voto longa brevisque meo.  
 Non est culta; subit quid cultæ accedere possit:  
 Ornata est; dotes exhibet illa suas.  
 Candida me capiet, capiet me flava puella:  
 Est etiam fusco grata colore Venus.      40

*tat, et mollissime moderatur vocem, optem suavia furtiva obtulisse canenti. Hæc perstringit molles nervos pollice habili: quis non possit diligere tam peritas manus? Illa grata est gestu, et movet lacertos in numerum, et flectit molle latus ab arte lasciva: ut de me siteam, qui moreor ab omni causa; illic siste Hippolytum, erit Priapus. Tu, quia tam procera es, par es antiquis heroinis: et amplu potes cubare in toto lecto. Hæc agilis sua brevitate: capior utraque: procera et parva sunt accommodæ desiderio meo. Non est ornata; in mentem venit quid possit addi ornata. Culta est; illa exeret suas dotes. Puella nirea me corrumpet, flava me corrumpet:*

*lem.*—23 P. cum al. *incessit*.—25 Unus Med. *flectique*.—27 Agili Exc. I. ac P. et tres scripti: vulgo *habili*. Unus Pal. *prætendit pollice*: duo scripti et ed. prima *prætentut*: Ma. 2. *deducit*.—29 Al. *brachia movit, vel jactat*.—34 D.

## NOTÆ

25 *Facillima*] Pro *Facillime*; quomodo eleganter loqui amat Horat.

27 *Querulus*] Quibus amores cantantur queruli.

29 *Numerosaque*] Quæ ad numerum moveantur. Gall. *Qui vont en cadence*.

30 *Arte*] Saltatoria, scil.

32 *Illic*] Ubi saltant puellæ.

*Hippolytum*] Fuit Hippolytus Thesei ex Hippolyte Amazonum regina filius; qui cum ob castitatem nover-

cæ dolis perierit, pro quovis homine casto a Poëta positus est.

*Priapus*] Hortorum Deus est impurissimus: pro quovis incontinente.

33 *Tu*] Quamvis alloquitur tanquam præsentem procera statura puellam.

34 *Multa*] Quæ majorem corpore lecti partem occupet. Optime vero ejus generis sermone utimur.

37 *Quid*] Pulchritudinis, scil. si ad eam adjumentum fuerit.

Seu pendent nivea pulli cervice capilli ;

Leda fuit nigra conspicienda coma.

Seu flavent ; placuit croceis Aurora capillis.

Omnibus historiis se meus aptat amor.

Me nova sollicitat, me tangit serior ætas :

45

Hæc melior specie corporis ; illa sapit.

Denique quas tota quisquam probet Urbe puellas,

Noster in has omnes ambitiosus amor.

*Venus est etiam jucunda furro colore. Sive coma nigra fuit collo candido ; Leda fuit spectabilis capillis nigris. Sive flavet ; aurora grata fuit flava coma. Meus amor se accommodat omnibus historiis. Ætas juvenilis me movet, ætus provector me cupit ; hæc jucundior forma corporis ; illa sapit. Denique quascunque puellas quisquam laudet tota urbe, amor noster his omnibus movetur.*

~~~~~

*sola jacere.—40 Etiam fusco unus Mor. et Barb. vulgo etiam in fusco.—41 In uno Ma. nigri pro pulli : in uno Mor. mori, forte pro Mauri.—43 D. Europa capillis.—46 Ita sex Heius, Fr. et alii : P. cum al. illa placet. Al. moribus illa placet.—47 Vulgo probat. Optimus Pal. quas laudet in urbe.*

#### NOTÆ

41 Pulli] Nigri.

46 Hæc] Pro Altera ; refertur enim

42 Leda] Helenæ mater, Tyndari ad remotius.

uxor.

48 Ambitiosus] Cupidus.

45 Senior] Provector.

---

## ELEGIA V.

*Ad amicam corruptam.*

NULLUS amor tanti est ; (abeas, pharetrate Cupido ;)

Ut mihi sint toties maxima vota mori.

*Nullus amor est tanti (discedas, Cupido pharetrate), ut toties exoptem obire.*

#### NOTÆ

1 Tanti est] Vehementer dolet cum amica fuisset, et se dormire simul-  
Poëta, quod, cum in convivio quodam lasset, eam viderit cuidam conviva



Vota mori mea sunt, cum te peccasse recordor.

Hei mihi, perpetuum nata puella malum!

Non mihi deletæ nudant tua facta tabellæ;

5

Non data furtive munera crimen habent.

O utinam arguerem sic, ut non vincere possem!

Me miserum! quare tam bona causa mea est?

Felix, qui quod amat defendere fortiter audet:

Cui sua, Non feci, dicere amica potest.

10

Ferreo est, nimiumque suo favet ille dolori,

Cui petitur victa palma cruenta rea.

Ipsè miser vidi, cum me dormire putares,

Sobrius apposito crimina vestra mero.

*Hei mihi, exopto obire, cum memini te flagitium admisisse, puella, pernicies assidua! Tabellæ interceptæ non mihi aperiant tua peccata: dona exhibita clandestino non arguunt flagitium. O utinam ita accusarem, ut possem non tenere causam! Me infelicem! quamobrem mea causa est tam certa? Beatus, qui audent strenue tueri quod amat; cui amica sua potest dicere: Non feci. Ille durus est, et plus æquo indulget suo dolori, a quo quæritur palma sanguinolenta reu damnata. Egomet infelix flagitia vestra sum intuitus, sobrius vino ulhbito, cum arbitraberis me sopitum esse.*

4 Duo Mor. O mihi.—5 Deletæ optimus Pal. vulgo deceptæ: Sa. decepto: Heins. conj. Non interceptæ, vel non male deletæ.—14 Exc. P. appositu manu.

## NOTE

mutuum amorem, nutu, verbis, et oculis ostendere.

*Abeas*] Amoris detrectat militiam.

*Phaetrate*] Phaetram scil. gerit, qui ignitis suis sagittis totum prope orbem incendit.

3 *Peccasse*] Fidem mihi in amore non servasse. Sermonem a Cupidine ad puellam convertit.

4 *Malum*] Id est, In malum et perniciem meam.

5 *Tabellæ*] Amatoriae literæ.

6 *Munera*] Quæ furtim potissimum si accipit puella, aliud concedere creditur.

*Habent*] Intellige, nec mihi indicant: nam eo spectat oratio.

7 *Arguerem*] In crimine tuo coarguendo iis uterer rationibus et iudiciis, quæ facile posses refellere; ut te in

culpa esse probare non possem.

8 *Tam bona*] Rara admodum querimonia. Sed jocus est, quem nemo non videt.

9 *Quod amat*] Quam puellam amat.

*Defendere*] Illud faciunt, qui ne amicam peccasse cognoscant, sibi student imponere: quod non potest, qui crimen suis oculis vidit.

11 *Ferreo*] Sibi crudelis: ut miserum esse intelligatur.

*Favet*] Indulget.

12 *Cui*] A quo. Ita et locutus est Horat.

*Petitum palma*] Id est, Qui postquam amicæ crimen certo cognovit, petit ut ipsa confiteatur.

*Cruenta*] Doloris et mœstitiæ plena: sed acriter expressit.

14 *Sobrius*] Ut ex ebrietate nullus

|                                                |    |
|------------------------------------------------|----|
| Multa supercilio vidi vibrante loquentes :     | 15 |
| Nutibus in vestris pars bona vocis erat.       |    |
| Non oculi tacuere tui, conscriptaque vino      |    |
| Mensa ; nec in digitis litera nulla fuit :     |    |
| Sermonem agnovi, quod non videatur, agentem ;  |    |
| Verbaque pro certis jussa valere notis.        | 20 |
| Jamque frequens ierat mensa conviva remota :   |    |
| Compositi juvenes unus et alter erant.         |    |
| Improba tum vero jungentes oscula vidi ;       |    |
| Illa mihi lingua nexa fuisse liquet :          |    |
| Qualia nec fratri tulerit germana severo,      | 25 |
| Sed tulerit cupido mollis amica viro :         |    |
| Qualia credibile est, nec Phœbum ferre Dianæ ; |    |
| Sed Venerem Marti sæpe tulisse suo.            |    |

Vos intuitus sum multa dicentes moto supercilio. Pars multa vocis erat in vestris signis. Oculi tui et mensa exarata mero non siluerunt ; nec nullum fuit scriptum in digitis. Intellexi sermonem (quid non intelligatur ab amante?), et voces prædictas venire pro certis literis. Jamque plurimus conviva discesserat mensa seposita: unus et alter adolescentes dormiebant: tum vero vos asperxi necentes suavia proterva; mihi constat illa fuisse implexa lingua: qualia nec soror dederit fratri rigido; sed amica lasciva dederit amanti suo: qualia verisimile est nec Phœbum præbere Dianæ; sed Venerem sæpe dedisse Marti suo. Quid agis, vociferor; quo nunc ex-

—16 Conj. Heins. *pars quota*.—19 Al. per parenthesin *agnovi*, (*quid non videatur amanti?*)—20 *Jussa* uterque V. vulgo *visa*. Ma. *visa fuere*.—21 Al. *conviva relicta*.—22 Jun. *alter et alter*.—23 V. et Scr. *Improba nunc*: vulg. *tunc*. Fr. et unus Mor. *recre jungentes*.—26 Optimus Pal. et N. *cupido suo*.—27 Edd. antiquæ et Gryph. et Bersm. *credendum est*.—29 *Defers* N. et qua-

## NOTÆ

sit excusandi locus.

*Apposito mero*] Id est, in convivio.

15 *Vibrante*] Supercilii certe, et oculorum motu, plurimas animi cogitationes possumus exprimere.

16 *Pars bona*] Id est, pleraque indicabant, quæ voce significare melius potuissetis.

18 *Litera*] Antea diximus, in digitis etiam literas notare solitos amantes, quibus clanculum suis amoribus serviant.

20 *Notis*] Literis.

21 *Ierat*] Abiverat.

22 *Compositi*] Quid hæc vox significet ex superioris libri versu intelligitur, 'Si hene compositus vino somnoque jacebit.'

24 *Illa*] Oscula, scil.

*Lingua*] Quod columbatim, id est, columbarum more, oscula jungere dixit Catullus, labiis junctis, et utrimque vibrante lingua.

27 *Phæbum*] Apollinem, fratrem Dianæ.

28 *Suo*] Ab ipsa Venere amato; ut antea vidimus.

Quid facis, exclamo ; quo nunc mea gaudia defers ?

Injiciam dominas in mea jura manus. 30

Hæc tibi sint mecum, mihi sint communia tecum :

In bona cur quisquam tertius ista venit ?

Hoc ego ; quæque dolor linguæ dictavit : at illi

Conscia purpureus venit in ora pudor :

Quale coloratum Tithoni conjuge cælum 35

Subrubet, aut sponso visa puella novo :

Quale rosæ fulgent inter sua lilia mixtæ ;

Aut ubi cantatis Luna laborat equis :

Aut quod, ne longis flavescere possit ab annis,

Mæonis Assyrium fœmina tinxit ebur. 40

His erat, aut alicui color ille simillimus horum ;

Et nunquam casu pulchrior illa fuit.

*portas meam voluptatem? Immittam munus dominas in mea jura. Hæc tibi sint mecum, mihi sint tecum socia. Quamobrem quisquam tertius accedit in ista nostra bona? Ego hæc, et quæ dolor suasit linguæ; at rubor sanguineus illius vultum consciunt occupavit: quale cælum infectum ab uxore Tithoni subrubet, aut puella spectata a novo sponso: qualiter rosæ confusæ cum suis liliis splendent; aut ubi Luna putitur equis incantatis; aut ebur Assyrium, quod mulier Mæonis infecit, ne luteum colorem possit contrahere longo tempore. Ille color erat his, aut horum alicui proximus: et fortuito illa nunquam fuit formosior. Intuebatur humum; deco-*

tuor al. cum Exc. Scal. vulgo *differ*s.—31 *Sint* Mæ. utroque loco: vulgo *sunt*.—33 Vulg. *Hæc ego*.—34 Quidam scripti *ora rubor*.—37 D. *rosæ splendent*.

## NOTE

30 *Injiciam*] Manus injectio est, quoties nulla judicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus. *Servius*.

*Dominas*] Domini est præcipue in servum manus injectio.

*In mea jura*] Id est, ea quæ mei sunt juris, et sub mea potestate.

31 *Hæc*] Oscula, scil.

33 *Hoc*] Dixi, scil. clamitans.

*Dolor*] Snaviter dixit; faciliusque excusatur quod quis ex dolore coactus loquitur

*Illi*] Amicæ meæ, scil.

35 *Tithoni conjuge*] Aurora.

36 *Puella*] Solent vero puellæ nu-

biles et probæ, viso primum sponso, erubescere.

37 *Quale*] Pro Qualiter.

*Sua*] Quibus decorantur.

38 *Cantatis*] Incautatis. De his vero Poëtarum figmentis jam sæpe vidimus.

39 *Flavescere*] Ebur cum tempore flavescit, præsertim adipe unctum.

40 *Mæonis*] Lydia. Est vero Mæonia, seu Lydia, Asiæ minoris regio notissima.

*Assyrium*] Assyria regio est Asiæ minoris, quæ quia Indiæ, veteribus minus notæ, proxima, sæpius pro ea ponitur. Notum vero ex India, vel

- Spectabat terram; terram spectare decebat :  
 Mœsta erat in vultu; mœsta decenter erat.  
 Sicut erant, (et erant culti,) laniare capillos, 45  
 Et fuit in teneras impetus ire genas.  
 Ut faciem vidi, fortes cecidere lacerti;  
 Defensa est armis nostra puella suis.  
 Qui modo sævus eram, supplex utroque rogavi,  
 Oscula ne nobis deteriora daret. 50  
 Risit, et ex animo dedit optima; qualia possent  
 Excutere irato tela trisulca Jovi.  
 Torqueor infelix, ne tam bona sumserit alter;  
 Et volo non ex hac illa fuisse nota.  
 Hæc quoque, quam docui, multo meliora fuerunt; 55  
 Et quiddam visa est addidicisse novi.  
 Quod nimium placuere, malum est; quod tota labellis  
 Lingua tua nostris, nostra recepta tuis.

*rum erat huiusmodi intucris. Tristis erat facies, condecere tristis erat. Ira suasit scindere comam qualis erat, (et erat comata,) et involare in molles genas. Ut vultum aspexi, valida brachia elunguerunt: nostra puella tecta est suis armis. Qui modo ferox eram, supplex et sponte orari, ne præberet nobis suavia pejora. Risit, et ex animo suavissima obtulit, qualia possent revellere tela trifida Jovi infenso. Crucior miser, ne ulter carpsit tam mollia; et cupio illa non fuisse huius notæ. Hæc quoque fuerunt multo suaviora quam docui, et visa est addidicisse aliquid novi. Ingratum est, quod nimium placuerunt; quod tota tua lingua est admissa nostris labiis, nostra*

Mor. 1. a manu pr. *inter nova*.—41 Ita P. Sa. et al. vulgo *Hic erat aut aliquis*.—42 V. *Et nusquam*.—45 Vulgo *erant comiti*. Quinque Mss. et prima ed. *laniare capillos Mens fuit*.—51 *Optima* P. Arund. et tres al. vulgo *oscula*.—53 Vulgo *senserit alter*.—54 Unus Mor. *Et vellem ex hac non*: Heins. *Deque velim non hac illa fuisse nota*: Francius volebat, probante quoque Burm. Sec.

## NOTÆ

- ex Africa, ubi vivunt elephantis, nobis ebur, eorum dentes, afferri.  
 43 *Spectabat*] Ut mos est eorum qui sunt in scelere deprehensi.  
 46 *Fuit*] Mibi, scil.  
 47 *Fortes*] Mei; qui in amicam impetum facere parabam.  
 48 *Armis*] Pulchritudine, scil.  
 50 *Deteriora*] Illis, scil. quæ alteri dederat.  
 52 *Trisulca*] Trifidum voluerunt Poëtæ Jovis fulmen.  
 53 *Alter*] Rivalis meus.  
 54 *Ex hac nota*] Id est, tam suavia. Nota pro reipsa ponitur.  
 57 *Malum est*] Quia signum est ab alio eam didicisse.

Nec tamen hoc unum doleo : non oscula tantum

Juncta queror ; quamvis hæc quoque juncta queror : 60  
Illa, nisi in lecto, nusquam potuere doceri.

Nescio quis pretium grande magister habet.

est admissa tuis. Nec tamen hoc unum indignor ; non modo conqueror nexa fuisse oscula ; quamvis hæc quoque nexa fuisse conqueror : illa nullibi potuerunt doceri, nisi in toro. Nescio quis præceptor habet ingentem mercedem.

~~~~~

*Eque nota non hac illa fuisse vclim.*—60 *Hæc quoque alter Ma. vulgo hæc ego: unus Ma. nunc quoque.*—61 *Nusquam P. et al. nonnulli: vulgo nunquam.*

---

## ELEGIA VI.

*In mortem Psittaci.*

**P**SITTACUS, Eois imitatrix ales ab Indis,

Occidit: exequias ite frequenter, aves.

Ite, piæ volucres, et plangite pectora pennis ;

Et rigido teneras ungue notate genas.

*Psittacus, avis æmula, missa ab Indis ad ortum sitis, interiit: alites, veritate frequentes ad pompam funeris. Adeste, piæ aves, et percutite pectora pennis; et*

~~~~~

1 *Imitatrix ales P. R. unus Mor. et al. Vulgo ales mihi missus. Al. ales transmissus. F. nuper mihi missus. Jun. ales tibi missus. Ma. 2. missus ab oris.*—  
2 *Vulgo exequias ferte.*—3 *Arund. passis plangite pennis.*—5 *N. Arida pro:*

### NOTE

1 *Psittacus]* *Un perroquet. Eum puellæ dono dederat Poëta.*

*Eois]* Eos Anrora est; unde Eous, a, um, quod est ab Aurora, seu Oriente. *Oriental.*

*Imitatrix]* Nimirum Psittacus aliarum avium, itemque hominum, voces imitatur.

*Delph. et Var. Clas.*

*Ab Indis]* Missus, scil. quod in quibusdam codicibus legitur. Jam vero notiores sunt mercibus suis Indi, quam ut de iis loquamur.

2 *Exequias]* Exequias cohonestate celebrate. Ad funeris pompam adeste. Gall. *Assistez aux funerailles.*

3 *Piæ]* Pictas est in sepeliendis et

*Ovid.*

2 G

Horrida pro mœstis lanietur pluma capillis ; 5  
 Pro longa resonent carmina vestra tuba.  
 Quid scelus Ismarii quereris, Philomela, tyranni ?  
 Expleta est annis ista querela suis.  
 Alitis in raræ miserum devertite funus.  
 Magna, sed antiqui causa doloris Itys. 10  
 Omnes, quæ liquido libratis in aëre cursus ;  
 Tu tamen ante alias, turtur amice, dole.  
 Plena fuit vobis omni concordia vita,  
 Et stetit ad finem longa tenaxque fides.

*molles genas ungue sævo signate. Pluma hispida scindatur loco tristis comæ ; carmina vestra audiantur pro longa tuba. Quid, Philomela, lamentaris flagitium Tyranni Ismarii ? Ista querimonia cumulata est annis suis. Deflectite ad lamentabiles exequias raræ avis. Itys causa est ampla doloris, sed doloris veteris. Omnes, quæ volatis in aëre fluido, tu tamen præ aliis, turtur amice, lamentator. Perfecta vobis fuit unanimitas tota vita, et fides diutina et firma permansit usque ad finem.*

Med. pro multis: Burm. conj. cultis.—6 Unus Med. carmina nostra: Burm. conj. rostra: Franc. guttura vestra.—7 P. Quod scelus: Heins. quo.—9 Al. divertite.—10 Antiqui Sa. vulgo antiqua est.—11 Al. vibratis in. Meliores cursus: vulgo pennas.—12 V. et unus R. a manu sec. turtur amica.—13 Alter P.

## NOTÆ

componendis mortuis.

5 *Horrida*] Præ mœstitia erecta et turbata; non composita.

*Lanietur*] Qui mos fuit in funeribus.

6 *Tuba*] Nimirum ad eam majoris ætatis funera proferebantur, ut minoris ad tibiam.

7 *Scelus*] Stuprum et linguæ abscissionem intelligit, quam a Tereo passa est Philomela: quam fabulam fuse in Metam. videbimus.

*Ismarii*] Threicii; ab Ismaro monte Thraciæ.

*Quereris*] In lusciniam mutata fuit Philomela, quæ flebilibus vocibus sortem suam queri videtur. Vult vero Poëta, ut dolorum suorum oblita Psittaci mortem defleat.

*Philomela*] Pandionis Atheniensium regis fuit filia; cujus videsis historiam in Metam.

*Tyranni*] Tereus est, rex Thraciæ.

8 *Expleta*] Id est, Jam satis superque Terei facinus questa es, et tuo dolori paruisti.

9 *Devertite*] Cl. Heinsius legit *devertere*, quia ad Philomelam sermo est. Dominicus vero ita Philomelam compellasse Poëtam putat, ut ejus sororem Prognen, doloris ejusdem participem, intellexerit.

10 *Antiqui*] Qui adeo minor esse debeat.

*Itys*] Terei et Prognis fuit filius, quem mater, injuriæ, sibi itemque sorori a Tereo oblatæ, ulciscendæ causa interemit, patrique epulandum apposuit.

11 *Omnes*] Alites, scil.

*Libratis cursus*] Volatis.

12 *Amice*] Qui in eadem cavea vel cum Psittaco apud Corinnam vixerit: vel quia, ut Plinius dicit, inter Psittacum et turturem magna est amici-

- Quod fuit Argolico juvenis Phocæus Orestæ : 15  
 Hoc tibi, dum licuit, Psittace, turtur erat.  
 Quid tamen ista fides ? quid rari forma coloris ?  
 Quid vox mutandis ingeniosa sonis ?  
 Quid juvat, ut datus es, nostræ placuisse puellæ ?  
 Infelix avium gloria, nempe jaces. 20  
 Tu poteras virides pennis hebetare smaragdos,  
 Tincta gerens rubro punica rostra croco.  
 Non fuit in terris vocum simulantior ales :  
 Reddebas blæso tam bene verba sono.  
 Raptus es invidia : non tu fera bella movebas : 25  
 Garrulus, et placidæ pacis amator eras.  
 Ecce, coturnices inter sua prælia vivunt ;  
 Forsitan et fiant inde frequenter anus.

*Quod juvenis Phocæus fuit Orestæ Argolico ; hoc tibi erat turtur, Psittace, quamdiu datum est. Quorsum tamen ista fides ? Quorsum species pretiosi coloris ? Quorsum vox solers in fingendis sonis ? Quid prodest, postquam oblatus es, gratum fuisse nostræ puellæ ? Nimirum, miser honos alitum, peristi. Tu, infectum habens rostrum puniceum croco rubro poteras obscurare pennis smaragdos fragiles. Non extitit in orbe avis melius imitans sermonem ; tam apte referebas verba voce balbutiente. Sublatus es livore : tu non ciebas sæva bella : eras loquax, et amator lenis concordiæ. Ecce coturnices vita fruuntur inter sua certamina ; forsitan et*

*omnis vitæ.—14 Fragmentum Pat. et ed. prima firma tenaxque.—16 P. et N. Orestæ : vulg. Oresti.—18 Al. ingeniosa notis.—20 Pal. nempe taces.—21 P. cum multis al. poterat fragiles.—23 Quidam libri vett. simulacior, et simulantior.—24 Pal. 3. blando pro blæso ; et ita conj. Francius.—27 Al. fera prælia : quidam scripti et ed. sua prandia.—28 Fiant P. et unus Mor. vulgo fiunt :*

## NOTÆ

tia. Prior explicatio vera est.

15 *Argolico*] Orestæ, Agamemnonis, Mycenarum, adeoque Argolidis, regis filio : cujus et Pyladis amicitia celeberrima fuit.

*Juvenis Phocæus*] Pylades est, Strophii Phocensis filius, indissolubili cum Oreste amicitia vinculo conjunctus.

17 *Quid tamen*] Profuit, scil.

19 *Ut*] Postquam ; statim atque.

*Nostræ*] Corinnæ, scil.

20 *Nempe*] Istud cum magno dolore proferendum.

*Hebetare*] Id est, eorum viridissimum colorem obscurare, et facere ut

minus viridis appareret.

22 *Punica*] Id est, rubea cum splendore.

*Croco*] *Du saffran.*

23 *Simulantior*] Qui melius voces imitaretur, simularet, et redderet. *Simulacior* ex aliquot manuscriptis restituit cl. Heinsius.

24 *Blæso*] Blæsus dicitur is, qui inter loquendum aut aliquam literam excludit aut male profert. Quomodo itaque bene reddebat voces blæsus Psittacus ? Bene non est articulate, sed eleganter, lepide ; nam et ille Psittacorum conatus, et pronuntiandi

Plenus eras minimo ; nec præ sermonis amore

In multos poteras ora vacare cibos.

30

Nux erat esca tibi, causæque papaverâ somni ;

Pellebatque sitim simplicis humor aquæ.

Vivit edax vultur, ducensque per aëra gyros

Milvus, et pluviae graculus auctor aquæ.

Vivit et armiferae cornix invisâ Minervæ ;

35

Illa quidem sæclis vix moritura novem.

Occidit ille loquax, humanæ vocis imago,

Psittacus, extremo munus ab orbe datum.

*inde sæpe fiant vetula. Satur eras exiguo ; nec ob amorem loquelæ poteris ore vacuus esse ad multam escam. Nux tibi erat cibus, et papavera somnum inducentia ; et humor aquæ communis extinguebat sitim. Vultur helluo longam vitam agit, et milvus orbes describens per aëra, et graculus augur aquæ pluviae. Cornix etiam odiosa Minervæ armiferae longam trahit vitam ; illa quidem vix obitura post novem secula. Ille psittacus garrulus, representatio vocis humanæ, donum missum*



nonnulli fient.—29 Fr. *Parcus eras potu : nec.*—30 *Vacare* P. et Arund. multi *vacare* : unus V. *ore vacare* : al. *poterant ora vacare.*—31 N. *somnis.*—33 *Ducensque* unus V. et F. *vulgo ducitque.*—34 *Vulgo Milvus.* Quidam *garrulus auctor*, vel *augur.*—35 Al. *armigera.*—36 Quidam *moritura decem.*—37 *Ille*

#### NOTÆ

difficultas, aut linguæ hæsitantia, ad venustatem et jucunditatem facit.

25 *Raptus es invidia*] Per invidiam tibi mors accelerata.

27 *Ecce*] Dolet Poëta, quod ferociores aves vivant, placidissimus Psittacus perierit.

*Prælia*] Coturnicum et perdicum inter sese pugnas describit Aristoteles de animalibus IX. 8.

28 *Inde*] Ex coturnicibus : vel ex eo quod pugnaces sunt.

29 *Plenus eras minimo*] Id est, pauca ad alimentum sufficiebant.

30 *Ora*] Græcismus : pro, secundum ora, vel, quoad ora.

31 *Causæ papavera*] Appositio.

*Somni*] *Somnis* claris. Heinsius arripuit ex Neapolitano. Alii habent *somni*. Supervacaneum vero videtur somniferum papaver admo-

nere.

34 *Graculus*] Graculus pluvias apud Avienum prædicit, in prognosticis.

*Auctor*] Clar. Heinsius vellet legere *augur* ; qua voce usus est Horat. Od. III. 17. 'Aquæ nisi fallit augur Annona cornix.'

35 *Invisâ*] Quamobrem ex ipso Poëta, lib. II. Metam. liquet ; ubi Coronidis fabulam narrat, quam in cornicem Minerva, ut a Neptuno vitium effugeret, maximo beneficio mutavit, comitemque fecit ; deinde, ob intempestivum nuntium a se, non sine odio maximo, repulit.

36 *Novem*] Hoc secundum Hesiodum, qui cornici novem nostras ætates, trecentos annos, attribuit, ut refert etiam Plin. lib. VII.

38 *Extremo*] Ab Oriente, scil. Mittuntur enim ex India.



Optima prima fere manibus rapiuntur avaris ;  
 Implentur numeris deteriora suis. 40  
 Tristia Phyllacidæ Thersites funera vidit :  
 Jamque cinis, vivis fratribus, Hector erat.  
 Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ ;  
 Vota procelloso per mare rapta Noto ?  
 Septima lux aderat, non exhibitura sequentem ; 45  
 Et stabat vacua jam tibi Parca colo.  
 Nec tamen ignavo stupuerunt verba palato :  
 Clamavit moriens lingua, Corinna, vale.  
 Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondens,  
 Udaque perpetuo gramine terra, viret. 50

*ab ultimo orbe, interit. Optima fere auferuntur primis manibus rapacibus ; pejora cumulantur suis numeris. Thersites spectavit mæstas exequias Phyllacidæ : et Hector jam erat cinis, fratribus superstibus. Quid memorem pia vota pro te puellæ pavidæ, vota ablata per mare ab Austro procelloso ? Dies septima advennerat, non præbitura sequenti ; et jam Parca tibi aderat inani colo. Nec tamen verba interierunt inerti palato. Lingua moriens clamavit, Corinna, vale. Sylva frondosa fusca ilice sub clivo Elysio, et terra humida perenni gramine virescit. Si*

sex scripti : vulgo illa.—39 P. 2. Pal. et duo alii *Optima quæque*.—44 Pal. *trans mare*.—45 Al. *lux venit*.—46 Fr. *jam tua Parca*.—47 Idem *Mox tamen*.—

## NOTÆ

39 *Manibus*] Mortis manus, si quæ sint, intelligit. Optima quæque prima interire queritur.

40 *Implentur numeris*] Quam diutissime vivunt. De ratione horum numerorum, vide Macrob. ad Somn. Scipion. c. 13. ubi inter alia hæc habentur ; ‘ Constat enim, numerorum certam constitutamque rationem animam sociare corporibus. Hi numeri dum supersunt, corpus animari non desinit. Cum vero deficiunt, mox arcana illa vis solvitur, qua societas illa constabat.’ Impletis igitur numeris corpus fatiscit, anima que seducitur artubus.

41 *Phyllacidæ*] Phylace, Thessaliæ oppido, ubi regnavit, oriundus. Protesilaus est, Iphicli filius, ex Græcis principibus qui ad Trojam iverunt unus, qui Græcorum omnium primus

ab Hectore est interfectus.

*Thersites*] Græcorum fuit omnium facie et lingua homo fœdissimus et ignavissimus: quem Achilles sibi conviciantem pugno interfecit.

42 *Hector*] Fratrum fortissimus, Priami filius.

43 *Timidæ*] Timentis ne morereris.

44 *Rapta Noto*] Irrita : frustra enim fuisse dicuntur, quæ venti rapiunt.

45 *Septima*] Ex quo Psittacus ægrotare cœperat, scil.

*Lux*] Dies.

46 *Parca*] Quæ vitam nere dicitur, adeoque et occidere, vel cum filum abruptitur, vel eum linum deficit. Tres vero sunt Parcæ, de quibus antea.

49 *Elysio*] Animæ Psittaci, quasi hominis, tribuit Elysium, seu campum quo piorum animas recipi crediderunt

Si qua fides dubiis; volucrum locus ille piarum

Dicitur, obscœnæ quo prohibentur aves.

Illic innocui late pascuntur olores;

Et vivax Phœnix, unica semper avis.

Explicat ipsa suas ales Junonia pennas:

55

Oscula dat cupido blanda columba mari.

Psittacus has inter, nemorali sede receptus,

Convertit volucres in sua verba pias.

Ossa tegit tumulus; tumulus pro corpore parvus:

Quo lapis exiguus par sibi carmen habet:

60

Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro.

Ora fuere mihi plus ave docta loqui.

*qua fides incertis; illæ creduntur sedes piarum avium, a quibus infames volucres arcentur. Illic cygni innoxii late pascuntur; et Phœnix longævus, semper avis unica. Ipsa avis Junonia pandit suas pennas: mitis columba præbet suavia avido mari. Inter has psittacus, admissus in habitationem nemorosam, allicit piæ aves ad suos sermones. Sepulcrum occultit ossa; sepulcrum exiguum pro ratione corporis: in quo parvus lapis sibi æquale carmen habet: Credor ex ipso tumulo placuisse dominæ. Ora mihi fuere docta sermones edere plus ave.*

49 *Frondens* Exc. Pol. et unus Med. vulgo *frondet*.—50 Pro *Udaque* unus V. *Vivida*.—53 *Mor. paciuntur*, Heins. putat, pro *spatiantur*.—55 *Multi Explicat atque*: al. *spectat et ipsa*, uti ed. Mycill. et Bersm. Heins. vult *hic pictus*, vel *passas*.—56 *Tres libri dat placido*.—58 *Quidam codd. in pia verba*: vulgo *in sua vota*.—59 *Parvus* P. 2. cum Exc. Voss. vulgo *magnus*: Exc. Pol. *parvo*.—60 *Al. nomen habet*.—61 *Colligor hoc ipso*, Francius.

## NOTÆ

Ethnici. Ante vero locum describit Poëta.

47 *Obscœnæ*] Turpes et rapaces, sicuti vultures, bubones, &c.

54 *Unica*] Hanc fabulam defenderunt nonnulli; alii ad alia transtulerunt; alii plane figmentum esse voluerunt.

55 *Ales Junonia*] Pavo est.

56 *Oscula dat*] Res est notissima.

57 *Sede*] Dicuntur Elysii 'piorum sedes:' et sedere aves, quæ arborum

ramis insistent.

58 *Convertit*] Tenetur enim quisque apud inferos iisdem studiis, quibus in vita delectabatur. Egregium vero figmentum et lepidum, Psittacus apud Elysios humana voce alias aves ad se alliciens. Illic vide, si potes, tumultum, et rem insolitam.

61 *Colligor*] Merito postremum hoc distichon ab aliena manu esse credit cl. Heins.

## ELEGIA VII.

*Amicæ se purgat, quod ancillam non amet.*

**ERGO** ego sufficiam reus in nova crimina semper ?  
 Ut vincam, toties dimicuisse piget.  
 Sive ego marmorei respexi summa theatri ;  
 Eligis e multis, unde dolere velis.  
 Candida seu tacito me vidit fœmina vultu ; 5  
 In vultu tacitas arguis esse notas.  
 Si quam laudavi ; miseros petis ungue capillos :  
 Si culpo ; crimen dissimulare putas.  
 Sive bonus color est, in te quoque frigidus esse ;  
 Seu malus, alterius dicor amore mori. 10  
 Atque ego peccati vellem mihi conscius essem :  
 Æquo animo pœnam, qui meruere, ferunt.

*Ergo ego semper reus par ero novis criminationibus? Quamvis potiar victoria, toties piget decertasse. Sive ego converti vultus ad fastigia theatri marmorei; eligis e multis a qua velis dolere. Seu puella splendida me oculis mutis aspexit; accusas signa muta esse in oculis. Si aliquam probavi; involas unguibus in infelicem comam: si damno; arbitraris me obrelare culpam. Sive color est virus, dicor esse quoque languidus in te; sive est pallidus, dicor interire amore alterius. Atque ego optarem, mihi essem conscius furti: qui digni sunt supplicio, illud tolerant*

1 In multis deest τὸ ego.—2 Piget meliores. Vulgo pudet.—7 Fr. et tres al. Seu quam. P. misero. Pal. sapis ungue; unde Burm conj. rapis.—8 Fr. et Pal. Seu culpo: quidam Si cui do crimen.—10 V. et Pal. 1. amore frui: P. capi.

## NOTÆ

- |                                                                     |                                                                                                   |
|---------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 Ergo] Indignantis est.                                            | nihil nutibus occultis amico significat.                                                          |
| 2 Ut] Quamvis.                                                      |                                                                                                   |
| 3 Summa] E quibus ludos spectabant mulieres.                        | Tacito] Id est, ex cujus vultu nihil cognosci possit. Atque ex eo jocus in versu sequente oritur. |
| 4 Multis] Fœminis, scil.                                            | 6 Notas] Signa amatoria.                                                                          |
| Velis] Ut intelligatur proterve et nulla causa amicam dolere.       | 7 Petis] Ex zelotypia et dolore.                                                                  |
| 5 Candida] Fœminam intelligo, in cujus vultu omnia aperta sunt; quæ | 9 Bonus] Vivus, purpureus, non pallidus, qualis est amantium.                                     |

Nunc temere insimulas: credendoque omnia frustra,  
 Ipsa vetas iram pondus habere tuam.  
 Aspice, ut auritus miserandæ sortis asellus, 15  
 Assiduo domitus verbere lentus eat.  
 Ecce, novum crimen, solers ornare Cypassis  
 Objicitur dominæ contemerasse torum.  
 Di melius, quam me, si sit peccasse libido,  
 Sordida contemptæ sortis amica juvet! 20  
 Quis Veneris famulæ connubia liber inire,  
 Tergaque complecti verbere secta velit?  
 Adde, quod ornandis illa est operata capillis;  
 Et tibi per doctas grata ministra manus.  
 Scilicet ancillam, quæ tam tibi fida, rogarem? 25  
 Quid? nisi ut indicio juncta repulsa foret?  
 Per Venerem juro, puerique volatilis arcus,  
 Me non admissi criminis esse reum.

*patienter. Nunc inconsulto accusas, credendo omnia temere, ipsa prohibes iram tuam esse alicujus momenti. Cerne, ut auritus asinus defendæ conditionis segniter incedat pressus flagro continuo. Ecce, nova accusatio, Cypassis industria comere exprobratur violasse lectum dominæ. Dii melius quam, si sit mihi cupiditas delinquendi, turpis amica vilis conditionis mihi grata sit! Quis liber sustineat admittere conjugia servæ Veneris; et amplecti terga usta flagris? Adjice, quod illa dedit operam fingendæ comæ; et est famula tibi accepta per manus solertes. Videlicet orarem famulam, quæ est tibi tam fidelis? Quamobrem nisi ut repulsa esset addita indicio? Juro per Venerem, et arcus pueri volucris, me non esse reum flagitii patrati.*



—11 Quidam codd. *rellem modo*. Al. *esse*.—13 N. cum Exc. Scal. et P. *temere insultas*.—16 Al. *tardus eat*, vel *erat*.—17 Al. *Ecce tuum solers caput exornare*: duo Heins. *Ecce (novum crimen) solers ancilla*: D. *Ecce tuum crimen solers ornare*.—19 Al. *quam sic mihi sit pecc. dno Ma. quam me sic sit peccare* (Ma. 2. *peccasse*) *voluntas*: unus Mor. *peccasse cupido*: Sa. *peccare voluptas*.—21 Al. *Quis demens famulæ*. Exc. P. *Quis Ven. demens*: Me. *Quis dominæ famulæ*.—23 *Illa est operata* P. N. et unus Pal. *vulgo operosa est illa*: D. *ipsa est operosa*.—24 P. *perdocta est*: Heins. *perdocta manu*. N. et tres al. *apta ministra*.—25 Al. *quæ sit*.—26 Heins. *vult, Quo, nisi ut indicio, &c.*

#### NOTÆ

[*Frigidus*] Non amans.

11 *Atque ego*] Cantissime crimen dissimulat.

15 *Aspice ut auritus*] Nec Domini-  
 cus nec Mycillus Poëtæ sensum asse-  
 cuti esse videntur. Scopus est, ni  
 fallor, ab exemplo probare, amicæ

iram nullius esse ponderis, quod nimis  
 frequenter irascatur; ut nec verberibus  
 assiduis lentus asinus movetur.

17 *Ecce, novum*] Callidissime verum  
 crimen falsis immiscet, ut in turba  
 lateat.

20 *Contemptæ sortis*] Ancilla.

## NOTÆ

- 25 *Scilicet*] Ironia est. Jupiter ipse, ut ille ait, amantum  
 26 *Indicio*] Dicit Poëta, si ancillam ridet perjuriam.  
 rogasset, nihil aliud futurum, quam *Puerique*] Cupido est.  
 ut crimen ad dominam retulisset. 28 *Admissi*] Peccati.  
 27 *Juro*] Egregie vero, siquidem

## ELEGIA VIII.

*Ad Cypassin ancillam Corinnæ.*

PONENDIS in mille modos perfecta capillis,  
 Comere sed solas digna, Cypassi, Deas;  
 Et mihi jucundo non rustica cognita furto,  
 Apta quidem dominæ, sed magis apta mihi;  
 Quis fuit inter nos sociati corporis index? 5  
 Sensit concubitus unde Corinna tuos?  
 Num tamen erubui, num, verbo lapsus in ullo  
 Furtivæ Veneris conscia signa dedi?  
 Quid? quod in ancilla si quis delinquere posset,  
 Illum ego contendi mente carere bona? 10

*Cypassi, peritissima digerere comam in mille modos, sed merita ornare solas Deas; et mihi cognita non absurda grato furto, idonea quidem dominæ, sed magis mihi idonea; quis fuit index corporis juncti inter nos? Unde Corinna olfecit nostros concubitus? Num tamen pudore correptus sum, num titubans in ullo verbo exhibui indicia conscia occultæ Veneris? Quid, quod si quis posset peccare in sinistra, ego affirmavi illum sana mente destitui? Thessalus forma flagravat famule*

1 Al. Comendis: M. et Sa. *Ponendos capillos*. M. mille modis. V. et quidam al. *præfecta capillis*: Sa. et Ma. a gloss. *perdocta capillos*.—3 Sa. *nocturno furto*.—4 Scr. *sed tamen*.—5 Unus Heins. *sociati fæderis*, alter *criminis*.—6 Sc. *Corinna novos*: Mor. *meos*.—7 *Num tamen* a conj. Heins. quia P. *Nunc tamen*: vulgo *Non*. *Num verbo* P. et N. vulgo *nec verbo*: *sex non verbo*. Pal. 3. *numero collapsus in ullo*.—9 *Ancilla* P. et quatuor al. vulgo *ancillam*: duo *ancillas*.—

## NOTÆ

- 7 *Tamen*] Quamvis peccaverimus. 9 *Quid*] Quasi dicat, Annon egre-

Thessalus ancillæ facie Briseidos arsit :

Serva Mycenæo Phœbas amata duci.

Non ego Tantalide major, nec major Achille.

Quod decuit Reges, cur mihi turpe putem.

Ut tamen iratos in te defixit ocellos ;

15

Vidi te totis erubuisse genis.

At quanto, si forte refers, præsentior ipse

Per Veneris feci numina magna fidem !

Tu Dea, tu jubeas animi perjuria puri

Carpathium tepidos per mare ferre Notos.

20

Pro quibus officiis pretium mihi dulce repende,

Concubitus hodie, fusca Cypassi, tuos.

*Briseidos* : Phœbas ancilla dilecta duci Mycenæo. Ego non sum præstantior Tantalide, nec præstantior Achille. Quamobrem mihi indecorum credam, quod decorum fuit Regibus ? Cum tamen injecit oculos infensos in te, vidi te erubuisse totis genis. At, si forte meministi, quanto ipse audacior fidem firmavi per magna numina Veneris ! Tu Dea, tu imperes Austros tepentes perjuria animi sinceri per mare Carpathium discernere. Pro quibus meritis exsolve mihi gratam mercedem hodie, tuos



13 Tres cum Arund. et D. Excerpt. *Non ego Tantalide* : Ma. unus *Nec sum Tantal. P. Nec sum ego Tantal. Vulg. Non sum Tantal. nec forti major Achille* : multi *Non sum ego*. Heins. præfert *Tantalida*.—14 Barb. *vile putem*.—15 Heins. *in me*. Mor. *demisit ocellos* : alius et D. *deflexit*.—16 Al. *Vidit* : al. *Sensit*.—17 Al. *forte refer*, vel *refert*. Douza, *præsentius*, vel *constantius*.—19 *Puri* P. et Arund. vulgo *nostri*.—20 R. et Sa. *rapidos Notos*.—21 Jun. *officium*. Burm. mallet, *Pro quibus, officii pretium mihi dulce, repende Concub.*—23 R.

#### NOTE

gie dissimulavi, qui ad Corinnam dixi, mente carere qui cum ancilla peccaverit.

11 *Thessalus*] Achilles est. Scopus est exemplo factum suum laudare, et ancillæ approbare.

*Briseidos*] Hippodamia est Brisei filia ; de qua antea.

12 *Mycenæo*] Agamemnoni, Mycenis oriundo.

*Phœbas*] Vates. Cassandra est, quam a Phœbo vaticinandi facultatem accepisse supra vidimus : quamque Agamemnon expugnato Ilio amavit.

13 *Tantalide*] Agamemnone, scilicet cui avus fuit Tantalus.

15 *Defixit*] Corinna, scilicet.

17 *Refs*] Id est, Animo recolis ; quomodo alibi locutum Nasonem clar. Heinsius observavit.

18 *Feci fidem*] Confirmavi, et Corinnæ persuasi me non peccasse tecum.

19 *Dca*] Venerem per parentheses hoc disticho compellat.

*Puri*] Egregie vero animus purus est, scilicet, cujus lingua peccavit. Sed quales Dii, tales et illi qui illis serviunt : purus fuerit Naso cum meretrice impurissima.

20 *Carpathium*] Pars est Mediterranei, a Carpatho insula, juxta Creticum. Pro quolibet mari sumitur.

Quid renuis, fingisque novos, ingrata, timores ?

Unum est e dominis emeruisse satis.

Quod si stulta negas, index anteacta fatebor ;

25

Et veniam culpæ proditor ipse meæ.

Quoque loco tecum fuerim, quotiesque, Cypassi,

Narrabo dominæ, quotque quibusque modis.

*concupitus, fusca Cypassi. Quid abnuis, ingrata, et simulas novos metus? Satis est devinxisse unum e dominis. Quod si ineptu recusas, ego index proferam anteacta; et ipse accedam proditor mei criminis. Et referam dominæ, ubi tecum fuerim, Cypassi, et quoties, et quot modis, et quibus.*

~~~~~

et quatuor alii, *Quid refugis.*—24 Ita P. N. et quidam alii: vulgo *Est unum e dom. promeruisse*: Heius. vult *demeruisse*.

#### NOTÆ

21 *Officiis*] Cum tuam causam cum *Emeruisse*] Demeruisse, suum fecisse.

mea apud Corinnam egi.

cisse.

24 *Unum*] Me, scil.

---

## ELEGIA IX.

*Ad Cupidinem.*

**O** NUNQUAM pro me satis indignate Cupido,

**O** in corde meo desidiose puer !

Quid me, qui miles nunquam tua signa reliqui,

Lædis ? et in castris vulneror ipse meis ?

*O Cupido nunquam satis infense in meam utilitatem, o puer iners in meo corde ! quamobrem me vulneras, qui miles nunquam destitui tua signa : et ipse lædor in*

#### NOTÆ

1 *Pro me*] Ex meo usu; pro mea utilitate.

*Indignate*] In puellas irate, quas ego amo; quasque tuis sagittis transfixas voluerim.

2 *Desidiose*] Frustra lærens, cum jam totus sim tuus. Vellet Poëta, ut latius in puellas imperium suum extenderet.

- Cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos? 5  
 Gloria pugnantes vincere major erat.  
 Quid? non Hæmonius, quem cuspidè perculit, heros  
 Confossum medica postmodo juvat ope?  
 Venator sequitur fugientia, capta relinquit:  
 Semper et inventis ulteriora petit. 10  
 Nos tua sentimus, populus tibi deditus, arma:  
 Pigra reluctanti cessat in hoste manus.  
 Quid juvat in nudis hamata retundere tela  
 Ossibus? ossa mihi nuda relinquit amor.  
 Tot sine amore viri, tot sunt sine amore puellæ: 15  
 Hinc tibi cum magna laude triumphus eat.  
 Roma, nisi immensum vires promosset in orbem,  
 Stramineis esset nunc quoque densa casis.  
 Fessus in acceptos miles deducitur agros:  
 Mittitur in saltus carcere liber equus: 20

*meis castris? Quamobrem tua tæda inflammat, arcus tuus fodit amicos? Major erat honor superare præliantes. Quid? annon heros Hæmonius, postmodum juvat auxilio medico transfixum, quem læsit mucrone? Venator persequitur dilabentia, omittit correpta; et semper quærit plura, quam quæ parta sunt. Nos turba tibi addicta experimur tua tela: manus tua iners quiescit in hoste repugnante. Quid prodest obtundere sagittas hamis instructas in spoliatis ossibus? Amor mihi spoliavit ossa. Tot sunt viri sine amore, tot puellæ sine amore: hinc tibi petatur triumphus cum ampla gloria. Nisi Roma protulisset robur in vastum orbem terrarum, esset nunc quoque structa tuguriis. Miles defatigatus immittitur in agros concessos: equus solutus repagulis dimittitur in saltus: et longa navalia tegunt*

4 Al. ipse tuis.—8 Al. Cum petiit, medica: duo codd. Confessum med.—10 Tres libri utiliora petit: Pal. unus uberiora.—11 Exc. I. et tres alii e melior. tibi subditus.—12 Octo codd. ab hoste.—13 Retundere P. R. cum uno V. et Exc. I. vulgo recondere.—17 Al. vires movisset: Mor. misisset.—18 Al. tecta

## NOTÆ

- 6 *Pugnantes*] In primis puellas. a se captivo ad fugientes et reluctantes convertere nititur.  
 7 *Hæmonius*] Thessalus. Achilles 10 *Uteriora*] Plura.  
 est; de quo jam sæpe. 11 *Nos*] Amatores, scil.  
*Quem*] Telephus est, qui ab Achille 12 *Manus*] Tua, scil. o Amor.  
 Peliade hasta vulneratus, ejusdem 13 *Hamata*] Ne infixæ evelli possent; quod crudelissimum fuit.  
 hastæ rubigine, ex oraculi responso, 16 *Hinc*] Ex viris et puellis subactis.  
 sanitati restitutus est. 18 *Nunc quoque*] Qualis olim fuit.  
*Cuspide*] Peliadis hastæ, scil. quam Res nota est: 'Romulcoque recens  
 gestabat Achilles.  
*Heros*] Achilles.  
 9 *Venator*] Alio exemplo Amorem,



ongaque subductam celant navalia pinum :

Tutaque deposito poscitur ense rudis.

Me quoque, qui toties merui sub amore puellæ,

Defunctum placide vivere tempus erat.

Vive, Deus, posito, si quis mihi dicat, amore ;

25

Deprecer : usque adeo dulce puella malum est.

Cum bene pertæsum est, animoque relanguit ardor,

Nescio quo miseræ turbine mentis agor.

*navem retractam : et rudis securâ petitur gladio derelicto. Tempus erat me quoque, qui toties militavi sub amore puellæ, exantlatis laboribus, tranquille ævum agere. Si quis Deus mihi dicat, Vive amore deposito ; recusem : usque adeo puella est malum suave. Cum me multum tædruit, et amor evanuit animo, nescio quo im-*



*casis.*—20-22 Ita Marius et Heins. hos versus collocant. Vulgo transponuntur inverso ordine : 22. 21. 20.—22 Al. *sed posito.*—23 Fr. R. Mor. et Pal. unus *toties morior.*—24 Jun. et V. *Defectum placide.*—27 *Relanguit P.* a manu prima : idem a correct. cum Arund. *resanuit* : vulgo *revanuit* : al. *evanuit.*—

#### NOTÆ

horrebat regia culmo.' Virg.

19 *Fessus*] Jam ab Amore militiæ vacationem et requiem se consequi debere, exemplo aliorum militum, veteranorum, scil. qui emeritis stipendiis honestam ab imperatore missionem consequuntur, probare nititur Poëta.

*Acceptos*] Veteranis militibus agros distribuere solebant Romani imperatores : qua de re etiam pulsus queritur quidam Pastor apud Virgilium in Bucolicis, aliique.

20 *Carcere*] *Carcer*, et nsitativus *carceres* in plurali, dicebatur locus in circo, ubi equi, donec currendi signum datum esset, coercerentur.

21 *Subductam*] Ex mari retractam. *Deducere* contra est, in mare mittere.

*Navalia*] Loca sunt, in quibus naves nauticaque omnia asservantur, itemque fabricantur.

*Pinum*] Pro nave ex pinnâ facta.

22 *Tutaque*] Quia ad certamen et pugnam gladiatoriam cogi non pote-

rant, qui rude donati essent.

*Poscitur*] Tanquam res debita petitur a gladiatore. Harum vero omnium comparisonum unus est scopus, quem ante indicavimus.

*Rudis*] Virga est impolita, qua qui donati essent, gladiatores emeriti censebantur ; nec ad ludum amplius cogi poterant.

23 *Merui*] Militavi. Sic dicimus, Merere sub tali Imperatore, pro, militare.

24 *Defunctum*] Qui omnes hujus militiæ labores exantlavi.

25 *Vive, Deus*] Nunc aperte ostendit Poëta se usque adeo Amori obnoxium esse, ut illum deserere non possit.

26 *Deprecer*] Pro Deprecarer et recusarem. Nolle sine amore vivere.

27 *Pertæsum est*] Amoris, scil.

*Ardor*] Iram exposuit Dominicus : non bene credo : amorem intelligo.

28 *Miseræ*] Quæ iterum Amore corripitur et agitur.

Ut rapit in præceps dominum, spumantia frustra  
 Fræna retentantem, durior oris equus : 30  
 Ut subitus, prope jam prensa tellure, carinam  
 Tangentem portus ventus in alta rapit :  
 Sic me sæpe refert incerta Cupidinis aura,  
 Notaque purpureus tela resumit Amor.  
 Fige, puer ; positis nudus tibi præbeor armis : 35  
 Hic tibi sint vires ; hic tua dextra facit.  
 Huc, tanquam jussæ, veniunt jam sponte sagittæ :  
 Vix illis præ me nota pharetra sua est.  
 Infelix, tota quicumque quiescere nocte  
 Sustinet, et somnos præmia magna vocat. 40  
 Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago ?  
 Longa quiescendi tempora fata dabunt.  
 Me modo decipiant voces fallacis amicæ :  
 Sperando certe gaudia magna feram.

*petu calamitosi animi feror. Quemadmodum equus ore asperior aufert in abrupta dominum sæpe spumantia fræna frustra retrahentem: quemadmodum ventus repentinus aufert in aperta maria navem admotam portui, terra jam pæne tacta ; sic aura inconstans Cupidinis me sæpe reducit ; et formosus Amor recipit arma solita. Transfode, puer, tibi exhibeor nudus armis projectis. In me convertatur robur : in me tua dextra valet. Sagittæ jam huc sponte accedunt, tanquam immissæ essent. Vix pharetra sua est illis cognita, plusquam ego sum. Miser, quicumque potest stertere tota nocte, et somnos dicit magna munera. Inepte, quid est somnus, nisi simulacrum mortis frigidæ ? Mors præbebit longum spatium dormiendi. Dummodo verba mendacis amicæ me fallant ; profecto magna voluptate fruar sperando.*

29 Pal. *pugnantia frustra*: Franc. *stringentia*.—31 Plurimi scripti et edd. *prisæ jam pressa*: D. *compressa*.—32 Mor. 1. *ventus et aura*; 2. *ventus et unda*. Ma. 1. *alta tulit*; 2. *alta trahit*.—34 Francius malebat, *Lapsaque continuus tela resumit Amor*.—36 Al. *huc tua d. valet*.—37 P. *Hic, tanq.*—38 Scr. *post me*. Al. *tua est*. Al. *Vix ullis præ me n. ph. tua est*; vel *sua est*.—41 Duo Heins. *noctis imago*.—43 Franc. *detineant*.—44 Al. *præmia magna*. Fr. Scr. et

## NOTE

30 *Fræna retentantem*] Frænis equum retinere sæpius tentantem.

*Durior*] Ille est qui fræno repugnat.

33 *Refert*] In Amoris pelagus et tempestates denuo fert.

*Incerta*] Amor vero, si quicquam aliud, neque modum, neque consilium, aut statum habet.

34 *Nota*] Solita.

35 *Fige*] Fodi me sagittis tuis, quibus ad amandum impellar.

36 *Hic*] In me, scil.

*Facit*] Valet.

42 *Fata*] Postquam ex eorum præscripto aliquis occidit, nimirum somnus est longissimus.

43 *Voces*] Promittentis, scil. aut

Et modo blanditias dicat ; modo jurgia quærat : 45  
 Sæpe fruar domina ; sæpe repulsus eam.  
 Quod dubius Mars est ; per te, privigne Cupido, est ;  
 Et movet exemplo vitricus arma tuo.  
 Tu levis es, multoque tuis ventosior alis ;  
 Gaudiaque ambigua dasque negasque fide. 50  
 Si tamen exaudis, pulchra cum Matre, rogantem ;  
 Indeserta meo pectore regna tene.  
 Accedant regno, nimium vaga turba, puellæ :  
 Ambobus populis sic venerandus eris.

*Et modo dicat blanditias ; modo rixas moveat. Sæpe potiar domina : sæpe exclusus discedam. Quod Mars est incertus, est per te, Cupido privigne : et vitricus tractat arma exemplo tuo. Tu inconstans es, et multo levior tuisennis : et præbes et recusas voluptatem fide dubia. Si tamen cum formosa matre annuis precanti ; obtine perpetuum imperium in meo corde. Puellæ, turba nimis incerta, adjunguntur tuo imperio. Sic eris reverendus utrique turbæ.*

Mor. gaudia lætus ero.—45 Quærat P. a manu sec. item Mor. et Fr. a manu pr. vulgo nectat.—51 Rogantem P. pro div. lect. vulgo Cupido.—52 Al. regna rege : Ma. alter regna geras : Exc. I. cum 3. al. tela gere.

## NOTÆ

spem facientis.

44 *Certe*] Sunt tamen certe somnia vigilantis spes hujuscemodi.

47 *Dubius*] Incerti sunt ejus exitus.

*Per te*] Quasi jure relationis aut affinitatis levitatem ab Amore privigno Mars vitricus acceperit.

*Privigne*] *Beau-fils*. Martis cum Venere concubitu ipse vitricus, Cupido privignus factus est.

48 *Movet exemplo tuo*] Id est, cum levitate et inconstantia.

51 *Rogantem*] Hanc vocem ex Puteaneo arripuit clar. Heinsius.

52 *Indeserta*] Non deserta. Innegat hoc in loco, ut sæpe alibi.

53 *Vaga*] Quæ huc illuc errans imperium tuum non agnoscit.

54 *Sic*] Si regno tuo puellæ adjunctæ fuerint.

## ELEGIA X.

*Ad Græcinum, quod eodem tempore duas amet.*

**T**u mihi, tu certe, (memini,) Græcine, negabas,  
 Uno posse aliquem tempore amare duas.  
 Per te ego decipior; per te deprensus inermis,  
 Ecce duas uno tempore turpis amo.  
 Utraque formosa est; operosæ cultibus ambæ: 5  
 Artibus, in dubio est, hæc sit, an illa, prior.  
 Pulchrior hac illa est; hæc est quoque pulchrior illa:  
 Et magis hæc nobis, et magis illa placet.  
 Errant, ut ventis discordibus acta faselos,  
 Dividuumque tenent alter et alter amor. 10

*Tu mihi, tu profecto Græcine, (recordor,) inficiabar, quemquam posse amare duas uno tempore. Ego per te fallor: per te nudus correptus; ecce indecore amo duas uno tempore. Utraque est pulchra; utraque ornatibus curiosa: incertum est, hæc an illa præstet artibus. Illa est formosior hac: hæc est quoque formosior illa: et hæc magis, et illa magis nobis arridet. Uterque amor vagantur, ut navicula impulsa ventis contrariis, et me faciunt incertum. Quamobrem auges indesinenter*

4 *Turpis* P. et quinque al. cum prima ed. vulgo *solus*.—5 R. cum Exc. D. et Pol. *operosis*: Scr. *operosæ in cult*.—6 Fr. *Artibus ambiguum est*.—9 Vulg. *Errat ut a ventis*.—10 Ed. prima, et sex scripti *Dimidiumque tenent*. Sa. *unus*

## NOTÆ

1 *Tu, tu*] Emphasim habet, et quæ-  
 rula est hæc repetitio.

*Græcine*] Fuit hic Poëtæ fidissimus  
 ac vetus sodalis, humanioribus literis  
 et militari disciplina egregius, qui  
 etiam ad Consulatus dignitatem eve-  
 ctus est.

3 *Deprensus*] Ab Amore, scil.

*Inermis*] Cum Corinæ amore ir-  
 titus, aliam amare me posse non cre-  
 derem; nec mihi caverem.

5 *Operosæ*] Id est, quæ se cum  
 maxima cura ornarent.

6 *Artibus*] Minervæ operibus.

7 *Hæc est quoque*] Talis Poëtæ di-  
 versis temporibus videtur, vel pro-  
 pter diversas dotes. Sed amatorie istud  
 dictum.

9 *Faselos*] Vel, *Phaselos* Græco  
 more. *Faselus* species est navigii.

10 *Dividuum*] Me, scil.

- Quid geminas, Erycina, meos sine fine dolores ?  
 Nonne erat in curas una puella satis ?  
 Quid folia arboribus, quid pleno sidera cœlo,  
 In freta collectas alta quid addis aquas ?  
 Sed tamen hoc melius, quam si sine amore jacerem : 15  
 Hostibus eveniat vita severa meis.  
 Hostibus eveniat viduo dormire cubili,  
 Et medio laxè ponere membra toro.  
 At mihi sævus amor somnos abrumpat inertes ;  
 Simque mei lecti non ego solus onus. 20  
 Me mea disperdat, nullo prohibente, puella,  
 Si satis una potest ; si minus una, duæ.  
 Sufficiant graciles, sed non sine viribus, artus ;  
 Pondere, non nervis, corpora nostra carent.  
 Et lateri dabit in vires alimenta voluptas : 25  
 Decepta est opera nulla puella mea.  
 Sæpe ego, lascivæ consumpto tempore noctis,  
 Utilis, et forti corpore mane fui.  
 Felix, quem Veneris certamina mutua rumpunt !  
 Di faciant, leti causa sit ista mei ! 30

*meos cruciatus, Erycina? Nonne una puella erat satis in amores? Quamobrem adjicis frondes arboribus, quamobrem admoves stellas cœlo referto; quamobrem immittis aquas coactas in profundum mare? Sed tamen hoc jucundius, quam si sine amore languerem. Vita rigida contingat meis hostibus. Contingat hostibus cubare deserto lecto, et vaste demittere artus medio lecto. At crudelis amor mihi turbet somnos ignavos: et non ego sim solus pondus mei tori. Mea puella me enecat, nullo obstante, una, si satis valet; si non satis una, duæ. Membra tenuia, sed non sine robore sint satis: nostri artus sunt sine onere, sed non sine nervis. Et gaudia ministrabunt pabula lateri in vires. Nulla puella est elusa opera mea. Ego sæpe, spatio noctis voluptariæ absunto, fui etiam mane integer valido corpore. Beatus, quem mutua prælia Veneris enecant! Di faciant, ista sit causa mee mor-*

*et alter.—12 Vulg. Non erat.—16 Fr. eveniant vota severa.—17 Vulgo vacuo cubili.—18 Al. late ponere.—23 Sed non sine N. et unus V. vulgo non sunt sine: P. Sufficiam graciles, non sunt: Francius volebat, Ut mihi sint graciles, non sunt sine vir.—27 Al. consumsi gaudia noctis, vel tempora noctis.—28 Quidam fortis corpore.—29 Rumpunt P. a sec. manu: vulgo perdunt: unus V. produunt.*

## NOTÆ

- 11 *Erycina*] Venus est, ab Eryce qui maxime amet, novis Amoribus monte Siciliæ, ubi religiosissime colabatur. 15 *Hoc*] Duas simul puellas amare, scil.  
 13 *Quid folia*] Plurimis comparationibus ostendit ineptum esse eum, 16 *Severa*] Sine amore jocisque.  
*Delph. et Var. Clas. Ovid. 2 H*

Induat adversis contraria pectora telis

Miles, et æternum sanguine nomen emat.

Quærat avarus opes; et quæ lassarit arando

Æquora, perjuro naufragus ore bibat.

At mihi contingat Veneris languescere motu;

35

Cum moriar, medium solvar et inter opus:

Atque aliquis, nostro lacrymans in funere, dicat,

Conveniens vitæ mors fuit ista suæ.

*tis! Miles muniat pectora opposita telis adversis, et comparet laudem immortalem sanguine. Avarus inhiet divitiis; et naufragus sorbeat ore perjuro maria, quæ fatigaverit sulcando. At mihi eveniat torpescere motu Veneris; et cum obibo, dissolear inter opus medium; atque aliquis lugens in nostris exequiis dicat: Iste interitus fuit dignus sua vita.*

//////////

—33 *Arando* reposuit Heins. e vestigiis P. in quo *arundo*, et *Arund.* qui exhibet *irundo*: vulgo *eundo*.—38 *Suæ* unus Mor. pro div. lect. vulgo *tucæ*. Alter Mor. *voto tuo*.

#### NOTÆ

21 *Disperdat*] Faciat, ut amore prorsus peream.

32 *Nomen*] Honorem, gloriam, famam.

33 *Arando*] Navibus mare secando.

34 *Perjuro*] Avarum et perjurum unum et eundem facit hominem. Vere.

---

## ELEGIA XI.

*Ad amicam navigantem.*

**P**RIMA malas docuit, mirantibus æquoris undis,  
Peliaco pinus vertice cæsa vias;

*Pinus resecta collibus Peliacis prima ostendit pernicioza itinera, undis æquoris*

#### NOTÆ

1 *Prima*] Primam fuisse Argo navem voluerunt fabulæ; quia ea mater, et novo modo.

*Malas*] Humano generi perniciosas.

*Docuit*] Non pinus quidem, nec

Quæ concurrentes inter temeraria cautes  
 Conspiciam fulvo vellere vexit ovem.  
 O utinam, remo ne quis freta longa moveret, 5  
 Argo funestas pressa bibisset aquas!  
 Ecce fugit notumque torum, sociosque Penates;  
 Fallacesque vias ire Corinna parat.  
 Quid tibi (me miserum!) Zephyros Eurosque timebo,  
 Et gelidum Borean, egelidumque Notum? 10  
 Non illic urbes, non tu mirabere sylvas;  
 Una est injusti cœrula forma maris.

*stupentibus; quæ audax inter scopulos concurrentes tulit arietem insignem villis aureis. O utinam, ne quis agitare† vasta maria remo, Argo illisa potasset aquas letales! Ecce Corinna destituit lectum solitum, et Penates conjugales, et cupit currere per vias dolosas. Quorsum, me miserum! tibi metuum Zephyros, et Euros, et frigidum Aquilonem, et Austrum tepidum? Tu non mirabere illic oppida, non nemora. Una est glauca species perfidi maris. Nec altum mare habet exiguus*

1 Al. undas.—5 Sa. longa secaret.—6 D. et prima ed. mersa bibisset.—7 Mor. notamque domum. Al. patriosque Pen.—10 Egelidumque conj. Heins. e P. et Arund. qui habent et gelidumque: vulgo præcipitemque: N. et tres al. non gelidumque: duo prætepidumque.—12 Jun. incerti maris: duo inviti: duo invisi:

## NOTE

navis, sed qui ea vecti.

*Mirantibus]* Mari, quod est animatorum hominum, tribuit.

2 *Peliaco]* Pelion mons est Thesaliæ.

3 *Concurrentes]* Græcum verbum *Symplegades* interpretatur. Sunt autem *Symplegades*, quæ et *Cyanææ* dicuntur, dæe insulæ, sive, potius scopuli in Ponto, contra Thracium Bosphorum: quas fabulati sunt Poëtæ inter se concurrere, quod e latere præcul visentibus coënantium speciem præbeant.

*Temeraria]* Quia per medias ausa transire *Symplegades*.

*Cautes]* *Symplegades*, scil. qua Jasoni iter fuit.

4 *Conspiciam]* Insignem, spectabilem.

*Vellere]* De aureo vellere loquitur, ad quod rapiendum Jason profectus dicitur. Nota fabula.

5 *Remo ne quis]* Id est, Ut nullus pravo ab Argo navi sumto exemplo, iter mari faciendum sciret.

6 *Pressa]* Depressa, in fundum rapta; vel scopulis illisa.

7 *Sociosque]* Maritales: nupta enim Poëtæ amica, ut multis ex locis antea vidimus.

8 *Fullaces]* Per mare facilis error; ubi sunt scopuli, venti, &c.

9 *Quid tibi]* Quasi dicat, Frustra timebo.

*Zephyros]* Ventos ob occasu flantes; qui Latine Favonii dicuntur.

*Eurosque]* Ventos ab ortu flantes.

10 *Borean]* Aquilo est a Septentrione et plaga frigidissima ruens.

*Egelidumque]* Constat Notum sen Austrum a meridionali plaga spirantem tepidum quandoque, saltem non ea esse frigiditate qua Boreas.

12 *Una]* Aqua nempe cernitur, et id tantum.

Nec medius tenues conchas, pictosve lapillos,  
 Pontus habet; bibuli littoris illa mora est.  
 Littora marmoreis pedibus signanda, puellæ. 15  
 Hactenus est tutum; cetera cæca via est.  
 Et vobis alii ventorum prælia narrent;  
 Quas Scylla infestet, quasve Charybdis aquas:  
 Et quibus emineant violenta Ceraunia saxis;  
 Quo lateant Syrtes, quoque Malca sinu. 20  
 Hæc alii referant; at vos, quod quisque loquentur,  
 Credite; credenti nulla procella nocet.  
 Sero respicitur tellus, ubi fune soluto  
 Currit in immensum panda carina salum:  
 Navita sollicitus qua ventos horret iniquos, 25  
 Et prope tam letum, quam prope cernit aquam.

*conchas: illud est retinaculum littoris bibuli. Littora premenda pedibus candidis, o puellæ. Hactenus est securum: omne aliud iter est periculosum. Alii etiam vobis referant certamina ventorum; quæ maria Scylla, quæve Charybdis dicet: et quibus rupibus dura Ceraunia extent: quo sinu Syrtes, quoque Malca recesserint. Hæc narrent alii: at vos credite, quod quisque referent: nullus turbo officit credenti. Terra tarde respicitur, postquam vinculis expeditis navis curca rapitur in vastum æquor: ubi nauta anxius exparet ventos adversos, et tam prope videt mor-*

//////////

Heius, conj. *infidi*.—13 Exc. P. et septem libri *viridesque lap.* Fr. *variosque*. 15 P. *aliquæ signata*: al. *signate*.—17 Heius. *At vobis, vel ut*.—18 Nonnulli *infestat*: al. *infestit*. D. *infestat quasque*.—20 *Quove Malca sinu* R. vulgo *magna minorque sinu*.—21 Vulg. *Hoc alii*. Barb. et unus Mor. *loquentur*: al. *loquetur, et loquatur*.—22 P. *quarenti nulla*.—24 Duo scripti *Tendit in*.—25 *Qua* conj.

#### NOTÆ

*Injusti*] Quod omnes bonos, malos promiscue rapit.

13 *Medius*] In ripa, scil. colliguntur conchæ, et lapilli.

14 *Illæ mora*] Mora in colligendis lapillis: nam pedentim progrediuntur, qui eos quærunt.

15 *Marmoreis*] Candidis.

16 *Hactenus*] Huc usque. Ad littus. *Cæcu*] Adeoque periculosa.

17 *Narrent*] Narrabunt; narrare poterunt.

18 *Scylla*] Scyllam et Charybdin fabulantur Poëtæ monstra esse in freto Siculo posita, quæ transeuntes

naves vorent et absumant. Re autem vera Scyllas axum est, et Charybdis mare vorticosum; ambo navigantibus admodum periculosa.

19 *Violenta*] Propter naufragia.

*Ceraunia*] Ceraunia, quæ et Acroceraunia dicuntur, Epiri montes sunt altissimi; quos 'infames scopulos' (propter naufragia scilicet) vocavit Horat.

20 *Syrtes*] Duo sunt sinus in Africa vadoso ac reciproco mari periculosissimi.

*Malca*] Propertius itemque Virgilius Malcam quoque cum Syrtibus



Quid? si concussas Triton exasperat undas?

Quam tibi nunc toto nullus in ore color!

Tum generosa voces fœcundæ sidera Ledæ;

Et, Felix, dicas, quam sua terra tenet!

30

Tutius est fovisse torum, legisse libellos;

Threiciam digitis increpuisse lyram.

At, si vana ferunt volucres mea dicta procellæ,

Æqua tamen puppi sit Galatea tuæ.

Vestrum crimen erit talis jactura puellæ,

35

Nereidesque Deæ, Nereidumque pater.

*tem, quam prope videt aquam. Quid si Triton concitat undas commotas? Quam nunc nullus tibi color in toto vultu. Tum imploves salutiferas stellas Ledæ fœcundæ: et dicas, Beata, quam sua terra habet! Securius est jacere lecto; legere libellos; pulsare lyram Threiciam digitis. At, si turbines veloces abripiunt mea inania monita, facens tamen sit Galatea tuæ nari. Damnum talis puellæ erit vestrum delictum, Deæ Nereides, et pater Nereidum. Proficiscere memor nostri,*

Heins. e P. Arund. et 3. al. qui habent *quia*: al. *et*, vel *jam*, vel *quoque*: Scr. et Pa. 2. *cum*: Fr. *cum ventis h. iniquis*.—27 Multi *exasperet*, quod et Heins. aliique probent.—28 Al. *Qui tibi*. Al. *sit toto*.—29 Pro *fœcundæ* Franc. *formosæ*.—30 Al. *quem sua*.—31 Fr. et Mor. *libellum*.—33 Alter Pal.

## NOTÆ

conjunxerunt. Est Malea promontorium juxta Laconicum sinum multum periculosum.

22 *Procella*] Vis ventorum est cum pluvia.

25 *Qua*] Parte, scil. In salo nimirum.

26 *Letum*] Navigantes enim, ut ait Juvenalis, sunt digitis a morte remoti quatuor, aut tribus.

27 *Triton*] Neptuni est filius et tubicen.

28 *Nullus*] Propter metum.

29 *Sidera*] Castorem et Pollucem Ledæ filios intelligit, qui nautis favere sunt crediti. Qua de re multa apud Horatium Od. i. 12. et iv. 8. invenies. Ceterum notandum est apud nautas invaluisse fabulam, ut solitarii ignes seu stellæ, navibus insistentes (quas Castoris et Pollucis nomine ad fabulam accommodatione

appellare libuit) graves, gemini salutare essent.

*Ledæ*] De ea, ejusque ovis, ex quibus Castor, Pollux, Helena et Clytæmnestra orti sunt, jam sæpe vidimus.

32 *Threiciam*] Qualis fuit Orphei Thracii.

33 *Si vana*] Si frustra te a navigatione retraho.

34 *Æqua*] Dii te incolumem servent.

*Galatea*] Nympha est maris, Nerei et Doridis filia.

35 *Talis*] Quæ Deorum favorem pulchritudine aliisque dotibus meretur.

36 *Nereidesque*] Nymphæ maris, Nerei filia, numero quinquaginta.

*Pater*] Nereus est, antiquissimus maris Deus, Oceani et Tethyos filius.

Vade memor nostri, vento reditura secundo ;  
 Impleat illa tuos fortior aura sinus.  
 Tum mare in hæc magnus proclinet littora Nereus ;  
 Huc venti spirent ; huc agat æstus aquas. 40  
 Ipsa roges, Zephyri veniant in lintea pleni ;  
 Ipsa tua moveas turgida vela manu.  
 Primus ego aspiciam notam de littore pinum,  
 Et dicam, Nostros advehit illa Deos :  
 Excipiamque humeris, et multa sine ordine carpum 45  
 Oscula : pro reditu victima vota cadet :  
 Inque tori formam molles sternentur arenæ ;  
 Et tumulus mensæ quilibet instar erit.  
 Illic apposito narrabis multa Lyæo,  
 Pæne sit ut mediis obruta navis aquis : 50  
 Dumque ad me properas, nec iniquæ tempora noctis,  
 Nec te præcipites extimuisse Notos.

*reversura vento favente. Ille ventus vehementior inflet tua vela. Tum magnus Nereus incurret mare in hæc littora : huc flent venti, huc æstus impellat aquas. Ipse preceris, Zephyri soli impellant vela : ipsa explices vela tumida tua manu. Ego prior spectabo navem cognitam de littore, et dicam, Illa adducit nostros Deos : et excipian humeris, et confuse sumam multa suavia : hostia promissa pro recursum mactabitur. Et tenues arenæ cumulabuntur in speciem lecti, et quilibet acervus erit instar mensæ. Illic multa referes vino adhibito, quomodo navis sit propemodum mersa aquis : et dum festinas ad me, nec expavisse tempora molestæ noctis, nec*

.....

*aut si.*—38 Heins. suos pro tuos.—39 Scripti multi, et primæ edd. declinet : Fr. propellat : Pal. 3. procurvet : 2. proclamet.—40 Huc venti spirent legit Heins. e D. Exc. in quibus Hinc venti spirent, hinc a. Euris aquas : vulgo Huc v. spectent : Sa. Huc ventus portet : Ed. prima Hanc venti spectent.—41 P. et 4. alii lintea soli.—43 Pinum Exc. Pol. vulgo puppem.—45 Quidam codd. Excipiamque ulnis : quidam ordine sumam : duo jungam.—46 Pal. vict. grata : Scr. nostra : Mor. 3. multa.—48 Sa. Et tumulus : prima ed. et scripti nonnulli Et cumulus. Vulgo Pro mensa tumulus quilibet esse potest : tres Pro mensa cumulus.

#### NOTÆ

- |   |  |
|---|--|
| 37 Vade] Corinnam alloquitur.                   | 42 Moxcas] Redeundi cupiditate,                            |
| 38 Illa] Quæ te revehet, scil.                  | scil.  |
| Fortior] Vehementior ; ut citius revertaris.    | 44 Deos] Felicitatem.                                      |
| 39 Proclinet] Ut ventis et mari secundo utatur. | 46 Veta] Diis promissa.                                    |
| 41 Ipsa] Utpote visendi tui Nasonium cupida.    | Cadet] Mactabitur.   |
|   | 49 Lyæo] Vino : Lyæus namque nunc est ex Bacchi nominibus. |

Omnia pro veris credam, sint ficta licebit :

Cur ego non votis blandiar ipse meis ?

Hæc mihi quamprimum cœlo nitidissimus alto

55

Lucifer admisso tempora portet equo.

*Austros procellosos. Credam omnia pro veris, licebit falsa fuerint. Quamobrem ipse ego non faveam meis votis? Lucifer splendidissimus mihi quam primum afferat equo incitato hæc tempora ex sublimi cælo.*

## NOTÆ

54 *Cur ego*] Quamobrem ego negem mea vota, quæ pro tuo reditu feci, valuisse, eis serviens? interpretantur. Nihil ad rem, sensus est, Cur non mihi ego indulgeam, atque credam pro veris, quæ tu ficta in mei gratiam referes, cum te vera dicere optem? Quamobrem difficilis fuerim in iis credendis, quæ vera esse exopto? Sunt nempe nonnulli adeo stulti homines, ut sibi nulla bona ex

Phantasia, omnia mala depromant. Nihil, nisi quod malum est, credunt. Atque hac nostra explicatione ingenioso Poëtæ favemus, cui forte nimia visa sunt, quæ ex Corinnæ persona sibi plus æquo faventia scripsit.

55 *Nitidissimus*] Candidissimus, felicissimus.

56 *Lucifer*] Veneris est stella, Solis adventum prænuntians.

*Admisso*] Concitato.

---



---

## ELEGIA XII.

*Exultat quod amica potitus sit.*

ITE triumphales circum mea tempora lauri :

Vicimus : in nostro est ecce Corinna sinu.

Quam vir, quam custos, quam janua firma (tot hostes !)

Servabant, ne qua posset ab arte capi.

Hæc est præcipuo victoria digna triumpho ;

5.

In qua, quæcumque est, sanguine præda caret.

*Lauri triumphales, circumdate mea tempora. Victoria potiti sumus : ecce Corinna est in nostro gremio. Quam maritus, quam custos, quam fores validæ, tot hostes custodiebant ; ne posset abripi ulla fraude. Hæc victoria meretur maximum triumphum ; in qua præda, quæcumque est, nullo infecta est cruore. Non parva*

1 P. *laurus*.—2 N. et quatuor al. *Vincimus*.—3 Optimus P. *firma seræque*. Unus Med. *quæ hostes* : N. et Arund. *firmus ut hostis* : duo, *fortis ut hostis* :—

Non humiles muri, non parvis oppida fossis  
 Cincta, sed est ductū capta puella meo.  
 Pergama cum caderent, bello superata bilustri ;  
 Ex tot, in Atrida pars quota laudis erat ? 10  
 At mea seposita est, et ab omni milite dissors  
 Gloria ; nec titulum muneris alter habet.  
 Me duce ad hanc voti finem, me milite veni ;  
 Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.  
 Nec casum fortuna meis immiscuit actis. 15  
 Huc ades, o cura parte Triumphe mea.  
 Nec belli nova causa mei : nisi rapta fuisset  
 Tyndaris, Europæ pax Asiæque foret.  
 Fœmina sylvestres Lapithas ; populumque bimembrem  
 Turpiter apposito vertit in arma mero. 20

*mænia, non urbes circumdata exiguis fossis, sed puella est ablata meo consilio. Cum Troja rueret victa bello decennali ; quota pars gloriæ erat in Atrida, ex tot militibus ? At mea laus est sejuncta, et separata ab omni milite : nec alius habet ludem officii. Attigi hunc voti finem, me duce, me milite : ipse fui eques, ipse pedes, ipse signifer. Nec fortuna addidit casum meis gestis. Huc venito, o triumphe compare me cura. Nec insolita causa mei belli. Nisi Tyndaris fuisset arrepta, pax inter Europam et Asiam perdurasset. Puella fœde misit in arma Lapithus sylces-*

//////////

6 Francius mavult pugna vel palma caret.—10 Atrida N. et F. vulgo Atridis : tres codd. Atride : duo et ed. prima Atridas.—11 Dissors P. vulgo discors.—13 Hanc finem P. et al. vulgo huuc.—15 Me. 1. immiscuit armis.—17 Al. belli est nova cura.—19 Bimembrem Exc. I. et Barb. pro div. lect. vulgo

#### NOTE

8 *Ductu*] Meo consilio, et industria.

9 *Pergama*] Victoriam suam et gloriam majorem contendit, quam quæ ab Agamemnone ex Trojæ excidio reportata est.

*Bilustri*] Decennali : Lustrum enim quinque annorum spatium complectitur.

10 *Tot*] Militibus, scilicet.

*Atrida*] Agamemnone ; Atrei filio, summo duce.

11 *Dissors*] Segregata.

12 *Titulum*] Laudem.

*Muneris*] Officii.

13 *Hanc*] Ut potiretur amica.

15 *Casum*] Negat se fortunæ beneficio voto potitum esse.

17 *Nova*] Id est, Alii ante me pro puellis bella gesserunt.

*Nisi rapta*] Probat ab exemplo Helenæ, puellarum causa mota bella esse.

18 *Tyndaris*] Helena est, Tyndari filia.

19 *Fœmina*] Hippodamia est Pirithoi uxor, de qua antea ; quam illi eripere Centauri conati sunt.

*Sylvestres*] Horridos et montanos.

*Lapithas*] Populi fuerunt Thessa-

Fœmina Trojanos iterum fera bella movere  
 Impulit in regno, juste Latine, tuo.  
 Fœmina Romanis, etiam nunc Urbe recenti,  
 Immisit soceros, armaque sæva dedit.  
 Vidi ego pro nivea pugnantes conjuge tauros : 25  
 Spectatrix animos ipsa juvenca dabat.  
 Me quoque cum multis, sed me sine cæde, Cupido  
 Jussit militiæ signa movere suæ.

*tres, et populum bimembrem, vino almoto. Fœmina coëgit iterum Trojanos sæva bella excitare in tuo regno, juste Latine. Fœmina excivit soceros Romanis, Urbe etiamnum nova; et fera arma tradidit. Ego vidi tauros decertantes pro candida juvenca: ipsa juvenca spectatrix aucebat animos. Cupido mihi quoque imperavit ferre signa militiæ suæ cum multis, sed absque sanguine.*



*biformem.—21 Fera Sa. et duo al. vulgo nova.—23 Al. iterum nunc.—26 Sa. juvenca facit.—27 Alii qui multis.*

## NOTÆ

liæ, montium accolæ.

*Populumque*] Centauri sunt; de quibus antea.

20 *Turpiter*] Quia sponsam Pirithoi ipsi convivæ rapere conati sunt.

21 *Fœmina*] Laviniam intelligit, Latini regis et Amatæ filiam; cujus causa Æneas cum Turno bellum gessit.

*Trojanos*] Æneam, scilicet, et qui eum secuti erant.

*Iterum*] Ante illi apud Trojam pro patria pugnauerant.

22 *Juste*] Illo tamen filiam suam Turno ante desponsaverat, quam in Italiam Æneas veniret; sed Diis fuit

obsequendum.

*Latine*] Hic in Latio regnavit, quo tempore Æneas illuc appulit; eique filiam suam Laviniam matrimonio conjunxit.

23 *Fœmina*] De Sabinis intelligit, quas Romani, simulatis Iudis equestribus, rapuerunt. Notissima est historia.

*Urbe*] Roma, scilicet, gentium regina.

24 *Immisit*] Grave nimirum ex Sabinarum raptu bellum ortum est.

28 *Movere*] Ea vero movet exercitus pugnaturus.

## ELEGIA XIII.

*Ad Isidem, ut parientem Corinnam juvet.*

**D**UM labefactat onus gravidi temeraria ventris,  
 In dubio vitæ lassa Corinna jacet.  
 Illa quidem, clam me tantum molita pericli,  
 Ira digna mea; sed cadit ira metu.  
 Sed tamen aut ex me conceperat; aut ego credo. 5  
 Est mihi pro facto sæpe, quod esse potest.  
 Isi, Parætonium, genialiaque arva Canopi  
 Quæ colis, et Memphin, palmiferamque Pharon,

*Corinna temeraria, dum studet dejicere sarcinam gravidæ uteri, cubat defessa vitæ incerta. Illa quidem, quæ me inscio tantum subivit discriminis, est digna ira mea; sed ira sedatur timore. Sed tamen aut ex me gravida facta fuerat, aut ego arbitror. Sæpe est mihi pro facto, quod potest esse. Isi, quæ habitas Parætonium, et campos voluptarios Canopi, et Memphin et Pharon palmiferam; et qua*

2 R. unus lapsa Corinna.—3 Vulgo mendose quidem clamat. Douza in margine cod. sui, tanto peritura periculo.—5 Heins. Et tamen.—7 Vulgo geni-

## NOTÆ

1 *Labefactat*] Medicaminibus abortum facere studuerat Corinna.

*Onus*] Embryonem.

*Temeraria*] Quæ se cum fœtu in vitæ discrimen adduxerit.

4 *Metu*] Ne moriatur amica.

5 *Sed tamen*] Hoc dicit quasi miretur quod abortum facere studuerit.

7 *Isi*] Isis Io est, uxor Osiridis, apud Ægyptios pro Dea culta, de qua antea. Hic vero ad illam confugit Poëta, quod illam Dianam et Lucinam plerique fuisse scripserint; quæ Lucina seu Luna parturientibus adesse credita est.

*Paratonium*] Urbs est Ægypti maritima, quam alterum ejus cornu, ad

occasum scilicet, facit Florus.

*Genialiaque*] Voluptuosa; Genio enim indulgere est voluptati operam dare: scribitque Strabo l. xvii. Canopi templum fuisse Serapidis, cultu et religione excellens; ad cujus solennia per fossam ex Alexandria ingens turba virorum ac mulierum impudenter cantantium, die et nocte, cum omni dissolutione descendebat.

*Canopi*] Canopus civitas est Ægypti distans ab Alexandria centum et viginti stadiis.

8 *Memphin*] Urbs fuit quondam Ægypti caput, ab Osiride condita; non longe a Babylone.

*Palmiferam*] Palmis arboribus iis-

Quaque celer Nilus, lato dilapsus ab alveo,  
 Per septem portus in maris exit aquas ; 10  
 Per tua sinistra precor, per Anubidis ora verendi ;  
 Sic tua sacra pius semper Osiris amet,  
 Pigraque labatur circa donaria serpens,  
 Et comes in pompam corniger Apis eat :  
 Huc adhibe vultus, et in una parce duobus. 15  
 Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi.

*velox Nilus defluens a vasta fossa devolvitur in maris aquas per septem ostia ; oro per tua sinistra, per vultus venerandi Anubidis ; (sic pius Osiris semper amet tua sacra, et anguis ignava volvatur circa donaria, et Apis corniger comes procedat in pompa ;) huc adverte faciem, et ignosce duobus in una. Nam tu restitues vitæ Do-*

*talique: P. gentiliæque.—9 Alii in alveo.—10 R. et Fr. septem portas.—13 Vulg. circum.—14 Pompam tres scripti: vulgo pompa.—17 Sedit reponit*

## NOTE

que optimis abundantem.

*Pharon]* Pharos insula est Ægypti, e regione Alexandriæ; in qua turrim ingentem; navigantibus lumen in tempestate exhibentem rex Philadelphus exstruxit, quæ inter mundi spectacula recensetur.

*10 Septem portus]* Nili sunt ostia præcipua, per quæ in mare devolvitur; quorum nomina, si tanti est, passim apud Geographos reperias.

*11 Sistra]* Instrumenta erant ærea, argentea, vel aurea tinnula, in tympani formam; quibus in Isidis sacris utebantur Sacerdotes.

*Anubidis]* Fuit Annbis Osiridis filius, si Diodoro fides; quem pluri Mercurium esse volunt. Hunc canino capite, vel quia illud fuit scuti insigne; vel quia cane in Osiridis interfecti corpore investigando usa fuit Isis; hunc, inquam, Poëtarum latratorem, et semi-canem Deum, Ægyptii hand vulgari religione colebant.

*12 Pius]* Mitis et bonus; qui plurima beneficia in homines contulit.

*Osiris]* Hic qui et *Apis* et *Serapis*

dictus est, Jovis filius ex Niobe Phoronei filia creditus est; quem a fratre Typhone occisum, pro Deo coluerunt Ægyptii. Atque hunc plerique Dionysium seu Bacchum fuisse; alii alium voluerunt.

*13 Pigraque]* Aut serpentum exprimit motum tardiozem; aut pigram dixit, quasi quæ diu sibi libatis dapius blandiri voluerit, et per hoc grata fuisse ostendere.

*Donaria]* Dona sunt, quæ Diis offeruntur; vel loca, ubi ea reponuntur.

*Serpens]* Scribit Macrobius lib. 1. Saturnal. simulacro Serapidis, qui idem est et Osiris, signum adjungi tricipitis animantis, quod in medio leonis, dextra parte canis, læva rapacis lupi caput referret; quæ omnia Draco circumvolutus implicabat capite redeunte ad Dei dexteram, qua formidabile monstrum compescebatur. Eo alludere videtur hoc in locus noster Poëta.

*14 Apis]* Hic Osiris est, quem sub forma havis ideo adorabant Ægyptii, quod in eum Osiridis transmigrasse animam crederent; cum illis bos qui-

Sæpe tibi sedit certis operata diebus,

Qua cingit lauros Gallica turba tuas.

Tuque laborantes utero miserata puellas,

Quarum tarda latens corpora tendit onus ;

20

Lenis ades, precibusque meis fave, Ilithya.

Digna est, quam jubeas muneris esse tui.

*minam, illa me restitnet. Sæpe sedit tibi sacra faciens statutis diebus, quibus Gallica turba sumit tuas lauros. Tu quoque, Ilithya, miserescere solita puellarum utero laborantium, quarum occulta sarcina inflat lenta corpora ; mitis venito, et exaudi meas preces. Dignu est, quam velis vivere opera tua. Ipse ego purus im-*

//////////

Heins. quia in P. est *dedit* : alter Me. *dedit incertis* : unus Heins. *cedit festis* : vulgo *meruit* : quidam *servit*.—18 Al. *Queis cingit* : Fr. *Qua tangit* : Sa. *laurum tuam*. Vulgo *Gall. turba*.—21 Ita P. vulgo *precibusque juxe Lucina puellæ*.—

#### NOTÆ

dam, quem sua lingua Apin vocant, præstanti specie, Osiridis cadavere sepulturæ mandato, apparuisset.

15 *Huc*] Ad ægrotantem Corin-  
nam.

*Adhibe vultus*] Dii vero solo aspec-  
tu juvant.

17 *Sedit*] Hic multum variant co-  
dices ; sed veram lectionem multis  
optime asseruit clar. Heinsius ; qui  
idem ostendit moris fuisse in templis  
sedere sacris operatis. Sed sequenti  
versu, pro *Qua* reponendum est *Queis*,  
sicuti in vetustissimis exemplaribus  
legitur.

*Certis*] Statutis : recepta enim et  
Romæ fuerunt Isidis sacra.

*Operata*] Proprie hoc verbo in sa-  
cris utimur, et significat, *Sacris ope-  
rum dare*.

18 *Qua*] Si cl. Heins. lectionem  
retinueris, qui pro *meruit*, reposuit  
*sedit*, omnino *Queis* pro *Qua* re-  
ponendum est ; ut referatur ad *diebus*.

*Lauros*] In victoriae sen lætitiæ  
testimonium propter inventum Osi-  
rin. Solebant enim Sacerdotes Isidi  
sacra celebrantes primo cum fletu  
procedere, deinde lauro coronati

triumphantium more maxima cum  
lætitia redire : scilicet in ejus rei  
memoriam, quod interfectum a fra-  
tre Typhone Isis maritum et fratrem  
Osirin diu quæsivisset, tandemque  
invenisset. Quæ figmenta, atque  
Ethnicorum execrandi Dii, magis  
oblivione sepeliendi, quam nimia cu-  
ra eruendi, nos nimis detinnerunt.

*Gallica*] Galli dicti sunt Isidis sa-  
cerdotes castrati, a Gallo Phrygiæ  
fluvio, cujus aquam potantes eo us-  
que vesaniæ procedebant, ut sibi  
viriles partes præciderent. Proprie  
vero Magnæ Deum matri tribuuntur  
isti Sacerdotes Galli ; sed illam, et  
Terram, et Isidem, plurimis insuper  
aliis appellatam nominibus, variarum  
gentium variis involutam fabulis, unam  
et eandem fuisse volunt.

*Turma*] Rectius in manuscriptis  
codicibus legitur *turba*, inquit Marius  
Niger. Sed clar. Heinsius ex Putea-  
neo, aliisque plurimis, maluit *turma*.

20 *Tarda*] Scilicet tardiores sunt  
gravida mulieres.

*Latens*] Factum scilicet, aut pue-  
rulum.

21 *Lenis*] Propitia : quomodo et



Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris :

Ipse feram ante tuos munera vota pedes.

Adjiciam titulum, Servata Naso Corinna.

25

Tu modo fac titulo muneribusque locum.

Si tamen in tanto fas est monuisse timore ;

Hac tibi sit pugna dimicuisse satis.

*mittam thura altaribus fumosis ; ipse portabo ante tuos pedes dona votiva. Ad dam  
elogium, Naso liberata Corinna. Tu modo da locum elogio et donis. Si tamen  
licet hortari in tanto metu ; sufficiat tibi certasse hoc praelio.*

//////////

22 D. numinis esse.—24 D. munera digna: Pal. alter nota.

#### NOTÆ

Horatius Dianam compellat in carmine sæculari: 'Lenis Ilithya tuere matres.'

*Ilithya*] Latinis Diana est, seu Juno Lucina, Dea parturientibus propitia.

22 *Jubeas muneris*] Id est, Quæ tuo munere vivat; quæ a te vitam muneris loco accipiat.

23 *Candidus*] Purus, castus: vel, in veste candida et pura, ut mos est sacerdotum.

24 *Vota*] Quæ ego vovi.

25 *Titulum*] Indicem, elogium, inscriptionem.

*Servata Naso*] Id est, Naso hæc Dianæ munera, ob servatam Corinnam, obtulit. Quæ vero titulis esse

debeat brevitatis ex hoc loco colligitur.

26 *Fac titulo*] Id est, Corinnam serva.

27 *Si tamen*] Ad Corinnam sermonem convertit.

*Fas est*] Licet. Sed fortius expressit; nam fas refertur ad Deos.

*Timore*] Timebat Corinna, ne moreretur. Atque ideo dixit Naso si fas; quippe qui ipse etiam reformidaret, ne ex admonitione ingravesceret Corinnæ morbus.

28 *Hac pugna*] Id est, hac vice conatam esse factum abigere. Metaphora est a re militari petita.

*Satis*] Adeoque caveas idem iterum tentare,

## ELEGIA XIV.

*In amicam, quod abortivum ipsa fecerit.*

**Q**UID juvat immunes belli cessare puellas,  
 Nec fera peltatas agmina velle sequi;  
 Si sine Marte suis patiuntur vulnera telis,  
 Et cæcas armant in sua fata manus?  
 Quæ prima instituit teneros convellere foetus, 5  
 Militia fuerat digna perire sua.  
 Scilicet, ut careat rugarum crimine venter,  
 Sternatur pugnæ tristis arena tuæ.  
 Si mos antiquis placuisset matribus idem,  
 Gens hominum vitio deperitura fuit: 10

*Cui bono puellas quiescere vacantes a bello, nec peltis armatas velle ingredi sæva agmina; si sine Marte vulnerantur suis armis, et imprudentes armis instruunt manus in suam perniciem? Quæ prima cepit depellere foetus teneros, meruerat obire suo certamine. Videlicet, ut alius sit sine vitio rugarum, luctuosu arena spargetur tuo certamini? Si eadem consuetudo urrisisset veteribus matribus; genus*

5 Al. *avellere*: M. *evellere*: duo *divellere*.—7 *Ut careant rug. crim. ventres*, Scr.—8 *Vulg. sternetur*.—10 Al. *deper. foret*: *Mor. non peritura foret?*—

## NOTÆ

2 *Peltatas*] *Peltis armatus*. Sunt autem *peltæ* scuta brevissima, in modum semiplenæ *Lunæ*; quibus *Amazones* utebantur.

3 *Marte*] *Bello*. *Deus pro re cui præest*, per *Metonym*.

4 *Cæcas*] *Cæcas manus* posuit pro, ipsis puellis cæcis, quæ sibi a semetipsis mortem properari non vident.

*Fata*] *Mortem*.

5 *Instituit*] *Cæpit*, et *docuit*. Refertur ad vocem sequentem *militia*.

7 *Scilicet*] *Ironia est*.

*Crimine*] *Turpitudine*.

8 *Sternatur*] *Id est*, *Opus erit*, ut pugnes, aut foetum occidas. *Metaphora est a gladiatoribus*, quibus in amphitheatro pugnaturis arena sternebatur, ut melius starent; deinde etiam ut ea sanguis occisorum biberetur, ne aut pugnantibus cruore turparentur, aut cruor ipse spectatori- bus horrorem incuteret.

10 *Vitio*] *Culpa et crimine matrum*: quomodo et locutus est *Horatius*.

Quique iterum generis jaceret primordia nostri  
 In vacuo lapides orbe, parandus erat.  
 Quis Priami fregisset opes, si numen aquarum  
 Justa recusasset pondera ferre Thetis ?  
 Ilia si tumido geminos in ventre necasset, 15  
 Casurus dominæ conditor Urbis erat.  
 Si Venus Ænean gravida temerasset in alvo,  
 Cæsaribus tellus orba futura fuit.  
 Tu quoque, cum posses nasci, formosa, perisses,  
 Tentasset, quod tu, si tua mater opus. 20  
 Ipse ego, cum fuerim melius periturus amando,  
 Vidissem nullos, matre necante, dies.  
 Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis,  
 Pomaque crudeli vellis acerba manu ?

*hominum fuit interiturum crinine : et quærendus erat, qui denuo mitteret saxa, iuitia nostri generis, in mundo inani. Quis disjecisset vires Priami, si Thetis, numen aquarum, noluisse justam sarcinam gestare ? Si Ilia interfecisset gemellos in utero turgido, edificator urbis Reginæ erat interiturus. Si Venus violasset Ænean in pleno utero ; terra futura est privata Cæsaribus. Tu quoque, pulchra, interissem, cum posses nasci ; si tua mater conata esset, quod tu conata es. Ipse ego, cum melius fuerim interiturus amando, nullos aspexissem dies, matre interficiente. Quamobrem privas vitem gravem uvis crescentibus ; et decerpis saxa manu poma*

14 Alii *Ista recusassent.*—18 Sa. et quindecim alii cum prim. ed. *futura foret.*—21 Mor. *qui fueram.*—22 Al. *matre negante.*—25 *Fluant P. et unus*

## NOTÆ

11 *Jaceret*] Id est, Alter Deucalion fuisset parandus, qui culpa matrum amissum genus humanum repararet. Quomodo vero Deucalion et Pyrrha ejus uxor genus humanum jactis post terga lapidibus reparaverint, videbimus postea *Metamorph. lib. I.*

*Primordia*] Fabulati sunt Poëtæ ab illis hominibus, qui ex jactis a Deucalione et Pyrrha lapidibus orti sunt, frequentatum fuisse orbem terrarum.

12 *Vacuo*] Hominibus per diluvium perditis, iis destituto.

13 *Quis*] Quasi dicat, *nullus*: nam ab Achille præsertim, Thetidis et

Pelei filio, attritæ fuerunt Trojanæ opes.

*Numen aquarum Thetis*] Appositio : fuit enim ipsa Nerei, marini Dei, ex Doride filia.

14 *Pondera*] Filium Achillem.

15 *Ilia*] Numitoris regis filia, quæ et Rhea Sylvia dicta, Vestalis a Marte compressa, Romulum et Remum, Romæ conditores, uno partu edidit.

16 *Dominæ Urbis*] Romæ, scilicet.

17 *Temerasset*] Temere et improbe abegisset ; violasset.

18 *Cæsaribus*] Ab Iulo Æneæ filio natales repetebat primus Imperatorum Julius Cæsar.

19 *Tu*] Corinnum alloquitur.

Sponte fluent matura sua: sine crescere nata.

25

Est pretium parvæ non leve vita moræ.

Vestra quid effoditis subjectis viscera telis,

Et nondum natis dira venena datis?

Colchida respersam puerorum sanguine culpant,

Aque sua cæsum matre queruntur Ityn.

30

Utraque sæva parens; sed tristibus utraque causis

Jactura socii sanguinis ulta virum.

Dicite, quis Tereus, quis vos irritet Iason

Figere sollicita corpora vestra manu?

*immatura? Matura decidant sponte sua: patere orta augeri. Vita est merces non parva exiguæ moræ. Quamobrem eruitis vestra præcordia telis inmissis; et præbetis sæva toxica nondum natis? Vituperant Colchida maculatam sanguine filiorum, et dolent Ityn interfectum a sua matre. Utraque mater crudelis; sed utraque propter graves causas ulta maritum dispendio communis sanguinis. Dicite, quis Tereus, quis Jason vos cogat fodere corpora vestra manu anxia? Neque tigres*

.....

Mor. vulgo *fluent*.—26 Al. *pretium tardæ*: Ma. uterque *Et pretium est longæ*.—27 Heins. *Vestra quid o foditis*.—29 Quidam codd. *natorum sanguine*. Pal. 3. *sanguine matrem*.—30 *Aque* unus Mor. vulgo *Atque*.—31 Pal. 1. et V. *dira parens*.—32 Franc. *viros*.—33 Franc. *vult irritet*. P. *Iaso*.—34 Fr. *Findere*

#### NOTE

21 *Periturus amando*] Dixit supra, 'Felix quem Veneris certamina mutua perdunt.'

23 *Plenam*] Uvis onustam. Crimen exaggerat.

25 *Fluant*] Cadant.

26 *Vita*] Nimirum vivit fœtus, si in utero tempus suum expleat, nec matris accelerentur dies; si partus matrum tempus expectet.

27 *Effoditis viscera*] Vide, quam bene et nervose expresserit. Viscera vero sua quasi effodiunt prægnantes mulieres, quæ venenis fœtum depellere tentant: atque etiam dicuntur nati 'viscera.'

28 *Et nondum*] Ad novercarum morem alludit, quæ privignos veneno de medio tollere consueverunt.

29 *Colchida*] Accusativus Græcus; Medeaque intelligitur. Nam a Colchis regione Asiæ oriunda fuit; ubi Æetam regem patrem habuit. Pulcher-

rimo vero utitur argumento Poëta ad criminis exaggerationem.

*Respersam*] Medea vero ira pariter et dolore amens, quod Creusam Creontis Corinthiorum regis filiam sibi prætulisset Jason maritus, quos ex ipso natos habebat, obruncavit.

*Culpant*] Omnes, scilicet, qui illud factum noverunt.

30 *Ityn*] Quomodo Progne, in Terei mariti ultionem filium Ityn trucidaverit antea vidimus; et postea adhuc fusus videbimus.

31 *Utraque*] Medea et Progne, scilicet.

*Sed tristibus*] Ut majus sit carum crimen, quæ nulla de causa fœtus suos in utero violant.

32 *Socii*] Sunt nimirum nati ex maris et fœminæ sanguine orti.

33 *Dicite, quis Tereus*] Quasi dicat, In maximo crimine estis, quæ a maritis non lacessitæ, sicuti a Jasone

Hoc neque in Armeniis tigres fecere latebris ; 35  
 Perdere nec foetus ausa læna suos.  
 At teneræ faciunt, sed non impune, puellæ.  
 Sæpe, suos utero quæ necat, ipsa perit.  
 Ipsa perit, ferturque toro resoluta capillos ;  
 Et clamant, Merito, qui modo cumque vident. 40  
 Ista sed æthereas vanescant dicta per auras ;  
 Et sint ominibus pondera nulla meis.  
 Di faciles, peccasse semel concedite tuto :  
 Id satis est : poenam culpa secunda ferat.

*illud præstiterunt in lustris Armeniis ; nec læna aggressa perimere suos catulos. At molles puellæ id agunt, sed non inultæ. Sæpe ipsa, quæ interficit suos in ventre, moritur. Ipsa moritur, et effertur lecto sparsa coma : et exclamant, quicumque saltem aspiciunt, Merito. Sed ista dicta discernantur per ventos æthereos : et nulum sit momentum meis præsagiis. Dii benigni, date semel deliquisse impune : id sufficit : secundum crimen exsolvat pœnas.*

*solic. Unus Mor. viscera vestra.—35 Vulg. Hoc neque.—36 Exc. Pol. Prodere nec. Unus Heius. visa læna.—39 Toro Sa. et unus Heius. vulgo rogo.—40 Ed. Gryph. ann. 1554. Et, meruit, clamant. D. quæ modo.—42 Unus V. Sint et in omin. Fr. Et sint in verbis.—43 Pal. a manu sec. tutæ : duo scripti voto.—44 Id a conj. Heius. vulgo Et satis.*

## NOTE

Medea, a Tereo Progne, in earum rabiem tamen inciditis.

34 *Figere*] Dixit modo ‘Vestra quid effoditis,’ &c.

35 *Armeniis*] Est Armenia Asiæ regio notissima inter Taurum et mare Caspium, tigribus abundans.

*Latebris*] Lustris.

37 *Teneræ*] Quæ adeo feris mitiores esse deberent.

39 *Toro*] Alii *rogo*: sed optime illud alterum ex duobus codicibus observavit cl. Heinsius; nam in toro seu lecto mortui efferebantur: quam et illa altera lectio bona est.

*Resolutæ, capillos*] Pro, solutos habens capillos: Phrasi Græca.

40 *Merito*] Scilicet, ista perit.

*Qui modo cumque*] Quicumque sal-

tem vident.

42 *Et sint omin.*] Id est, Absit, ut ex iis, quæ dixi, quicquam in te mali redundet: antiqui enim in omnibus nimium solliciti erant.

43 *Peccasse*] Quod a Corinna factum.

*Tuto*] Impune.

44 *Id satis est*] Vulg. *Et satis*: clar. Heinsius scripserat, *Id satis*, forte ut Mycilli interpretationi faveret, qui ad præcedentia istud retulit, ut sensus sit, Et satis est semel peccasse. Vulgatam vero lectionem potiorum duco, sicque accipio, Satis est, Dii, si semel Corinnæ, mihi que adeo ignoveritis: nec veniam peto, si deo peccet.

## ELEGIA XV.

*Ad anulum, quem dono amicæ dedit.*

ANNULE, formosæ digitum vincture puellæ,  
 In quo censendum nil, nisi dantis amor;  
 Munus eas gratum : te læta mente receptum  
 Protinus articulis induat illa suis.  
 Tam bene convenias, quam mecum convenit illi ; 5  
 Et digitum justo commodus orbe teras.  
 Felix, a domina tractaberis, annule, nostra :  
 Invideo donis jam miser ipse meis.  
 O utinam fieri subito mea munera possim  
 Artibus Ææis, Carpathiive senis ! 10

*Annule, circumdature digitum pulchræ puellæ, in quo nihil æstimandum, nisi amor donantis, venias donum acceptum : illa statim hilari animo apponat receptum digitis suis. Tam apte cohæreas, quam illa mecum cohæret ; et facilis justo ambitu amplectaris digitum. Beate annule, tangeris a Domina nostra. Infelix ipse jam invideo meis muneribus. O utinam repente mutari possim in mea dona incantamen-*

//////////

1 Jun. et octo al. *digitum juncture.*—5 Multi codd. *convenit illa.*—6 D.

## NOTE

2 *Censendum*] Munus dicit, non ex valore, sed ex dantis amore esse cognoscendum.

4 *Articulis*] Digitis.

5 *Convenias*] Digito Corinnæ, nec laxus, nec arctus ; aptus sis.

*Illi*] Corinnæ, scil.

6 *Justo*] Illud est, quod dixi, nec laxus decedat, nec arctus dolorem inferat.

*Orbe*] Scilicet in orbem et circum diductus est annulus.

8 *Invideo*] Quia ipse potius quam

annulus ad amicam esse malisset.

10 *Ææis*] Alii *Æææ* : id est, Circes, Solis filiæ, maximæ veneficæ, et incantatrici.

*Carpathii*] Carpathus insula est maris Mediterranei versus Ægyptum ; quam quia relicta patria Proteus occupavit, ab ea cognominatus est. Fuit vero Proteus Neptuni et Phœnices filius, vel, ut aliis placet, Oceani et Tethyos ; Dens marinus in omnes sese formas transmutare callidus.

Tunc ego te dominæ cupiam tetigisse papillas,  
 Et lævam tunicis inseruisse manum.  
 Elabar digito, quamvis angustus et hærens,  
 Inque sinum mira laxus ab arte cadam. 15  
 Idem ego, ut arcanas possim signare tabellas,  
 Neve tenax ceram siccave gemma trahat,  
 Humida formosæ tangam prius ora puellæ.  
 Tantum ne signem scripta dolenda mihi.  
 Si dabor, ut condar loculis; exire negabo,  
 Astringens digitos orbe minore tuos. 20  
 Non ego dedecori tibi sim, mea vita, futurus;  
 Quodve tener digitus ferre recuset, onus.  
 Me gere, cum calidis perfunderis imbribus artus:  
 Damnaque sub gemma perfer euntis aquæ.  
 Sed puto te nuda mea membra libidine surgent, 25  
 Et peragam partes annulus ille viri.

*tis Ææis, vel senis Carpathii! tunc ego optem te palpasse mamillas dominæ, et immisisse manum sinistram tunicis. Subtrahar digito, quamvis arctus et connexus; et fluens novo artificio decidam in gremium. Utinam idem ego possim sigillare tabellas secretas; et ne gemma adhærens seu arida revellat ceram, ante tangam uda labia pulchræ puellæ. Tantum ne signum apponam scriptis mihi lugendis. Si tradar, ut servet capsulis; recusabo egredi, coarctans tuos digitos circulo breviori. Ego non sim tibi futurus deonestamento, mea lux; vel pondus, quod mollis digitus nolit gerere. Me feras, cum ablueris membra aqua tepida; et tolera dispendia*

*recto orbe.—10 Al. Æææ.—11 Sa. ego me: R. Tunc per te: duæ edd. priscæ ego ter.—14 Laxus P. vulgo lapsus. Scr. multa laxus ab arte.—15 Sa. Mor. Pal. et D. Inde ego.—16 Bersm. ed. siccaque membra.—18 Mor. D. et duo alii signet.—21 Sim P. vulgo sum.—22 Burm. conj. teres digitus.—23 Perfunderis corr. Heins. vulgo perfundes: P. perfundis.—25 Nuda P. et duo al. cum Exc. I. vulgo visa.—26 Peragam P. Barb. et unus Mor. vulgo*

## NOTÆ

11 *Te*] Annulum alloquitur, in quem seipsum transmutatum vellet.

12 *Lævam*] Qua plerumque annuli gestantur.

13 *Hærens*] Tenaciter digitum pre-mens.

16 *Trahat*] Si calidiori ceræ gemma, annulus, aut signum imprimitur, ni prius paululum humectatum fuerit, adhæret: unde fit ut ad labia

vel ad extremam linguam ea soleamus admovere. Satius est tamen, ut melius signum in cera recipiatur, expectare, donec ea parum refrixerit.

18 *Dolenda*] Amatorias puta ad rivalem literas.

19 *Dabor*] Ancillæ, scil.

*Exire*] Ex digitis, scil.

21 *Non ego*] Istud profecto lepi-

Irrita quid voveo? parvum proficiscere munus:

Illa datam tecum sentiat esse fidem.

*aquæ illabentis sub gemma. \* \* Quid voveo inania? Discedito donum leve. Illa cognoscat fidem esse traditam tecum.*

//////////

*peraget: duo al. perages.—27 Al. quid moneo? quatuor moveo. Me. parcum munus.—28 Al. secum. Ed. Gryph. et Bersm. sentiet: Burm. sec. conj. censeat.*

#### NOTE

dum, quasi jam ipse Poëta annulus 23 Gere] Mos vero est annulum factus sese ad dominam excusaret, digito detrahare, cum lavamus; ne quod exire recusaret. gemmæ fulgorem aqua obscurat.

=====

## ELEGIA XVI.

*Ad amicam, ut ad rura sua veniat.*

PARS me Sulmo tenet Peligni tertia ruris;

Parva, sed irriguis ora salubris aquis.

Sol licet admoto tellurem sidere findat,

Et micet Icarii stella proterva canis;

*Sulmo, pars tertia agri Peligni me habet, exigua quidem regio, sed salubris aquis scaturientibus. Quamvis Sol hiare cogat terram sidere appropinquato, et stella*

//////////

1 Pal. unus tertia juris.—2 Mor. irr. obvia semper aquis.—5 Fr. liquantibus.

#### NOTE

1 *Sulmo*] Patria fuit Poëtæ; a qua Sulmonensis dictus est. Oppidum fuit in Pelignis, distans ab urbe nonaginta millibus passuum.

*Tertia*] A Plinio quoque Peligni in tres populos, Corfinienses, Super-equanos, et Sulmonenses, dividuntur.

2 *Irriguis*] Ad irrigandum aptis.

Alias irriguum est, quod irrigatur.

*Ora*] Regio.

3 *Admoto*] Quod fit æstate, quo tempore non obliqui, sed directi Solis radii majorem terris calorem immittunt.

*Findat*] Nimio æstu solet terra hiare.



Arva pererrantur Peligna liquentibus undis, 5  
 Et viret in tenero fertilis herba solo.  
 Terra ferax Cereris, multoque feracior uvæ ;  
 Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager :  
 Perque resurgentes rivis labentibus herbas  
 Gramineus madidam cespes obumbrat humum. 10  
 At meus ignis abest. Verbo peccavimus uno :  
 Quæ movet ardores, est procul ; ignis adest.  
 Non ego, si medius Polluce et Castore ponar,  
 In cœli sine te parte fuisse velim.

*infesta canis Icarîi splendeat, campi Peligni irrigantur aquis fluentibus ; et gramen ferax virescit in molli humo. Tellus fertilis segetis, et multo fertilior uvæ ; fundus gratus præbet quoque oleas bacciferas : et cespes herbidas, per gramina renascentia rivis fluentibus, tegit solum. At meus amor est procul. Deliquimus una voce. Quæ accendit ignem, abest ; æstus adest. Si ego collocaer medius inter Pollucem et Castorem, recusem fuisse in sede cœlesti sine te. Anxii jaceant, et*

Burm. conj. *liquacibus*.—6 V. 3. *herba toro*.—7 Dno scripti et ed. Gryph. *Cerere*. Heins. *multæque feracior uvæ*.—8 P. *gratus ager*. V. *grajus*. Duo *parvus*. Sc. *nixus*.—9 Pol. *alter rivis currentibus*.—12 *Ignis D. et quatuor al. vulgo*

## NOTÆ

4 *Icarîi*] Istud accepit cognomen Canicula, seu Sirius stella, quia in eam transmutatus dicitur a Baccho Icarî canis, Mera dicta, ut ipse in Arcturum. Quam fabulam videbis, si lubet apud Hyginum : nam ungas hujusmodi sæpius repetere vanum est.

*Proterva*] Maligna, perniciosâ ; quæ calores dicitur intendere.

5 *Pererrantur*] Scilicet ob terræ inæqualitatem cursum suum obliquum habent rivi.

6 *Tenero*] Propter herbas.

7 *Cereris*] Triticî ; cui frugum mater mitissima præesse dicitur Ceres.

8 *Bacciferam*] Ferentem baccas, olivas.

*Pallada*] Oleam ; quam Pallas seu Minerva invenisse dicitur.

*Rarus*] Id est, cujus terra non est spissa.

9 *Resurgentes*] Crescentes, exponunt. Forte putandum est, ibi herbas pedibus proculcatas, ex soli fera-

itate statim resurgere. Intelligas saltem majus quid a Poëta dici quam Crescentes.

10 *Gramineus*] Gramine plenus, seu consitus.

11 *Ignis*] Pro Amore et Amica potest sumi ; adeoque ex amphibologia illa subjungit, ' verbo peccavimus uno ; ' quod ipse postea exponit Poëta, cum dicit, ' Quæ movet ardores, ' &c.

12 *Quæ movet*] Corinna meus ignis est procul.

*Ignis*] Amor, qui ignis est, adest.

13 *Si medius Polluce*] Pro Inter Pollucem et Castorem : qui fratres per vitam in regni administratione maxime concordēs, conversi sunt in Geminos, signum Zodiaci, quod est, inter Taurum et Cancrum, adeo magnum, ut cum alter occidat, jam oriatur alius : unde alternatim vivere dicuntur.

14 *In cœli parte*] In sede cœlesti ;

Solliciti jaceant, terraque premantur iniqua,	15
In longas orbem qui secuere vias.	
Aut juvenum comites jussissent ire puellas,	
Si fuit in longas terra secanda vias.	
Tum mihi, si premerem ventosas horridus Alpes,	
(Dummodo cum domina) molle fuisset iter.	20
Cum domina Libycas ausim perrumpere Syrtes,	
Et dare non æquis vela ferenda Notis.	
Non, quæ virgineo portenta sub inguine lastrant ;	
Nec timeam vestros, curva Malea, sinus :	
Non qua, submersis ratibus saturata, Charybdis	25
Fundit, et effusas ore resorbet aquas.	

*urgeantur terra molesta, qui diviserunt orbem in prolixas vias. Aut imperassent puellas comitari adolescentes, si terra fuit dividenda in prolixas vias. Tum, si frigidus culcarem Alpes ventis perflatus, dummodo cum domina, via mihi fuisset suavis. Ausim perradere Syrtes Libycas cum domina, et tradere vela impellenda Austris adversis. Non expaveam monstra, quæ fremunt sub femore virgineo ; nec vestros recessus, curva Malea : non qua parte Charybdis, expleta navibus absorptis, emit-*

.....

*ardor.*—17 P. et multi al. *At juvenum.*—18 Sa. cum al. *Sic fuit.*—19 Prima ed. *turbidus Alpes* ; alii *ventosi turbine Ponti, vel venti.*—20 Al. *Durum cum domina.*—21 Al. *prærumpere* : Mor. et duo alii *prorumpere.*—25 Pal. *unus superata Char.* alter Me. *furata.*—26 *Resorbet* Exc. D. et unus Med. vulgo *receptat* : Barb. *reportet* : Pal. 1. *reportat* ; unde Heins. conj. *repotat.*—

#### NOTE

in cœlo.

15 *Premantur*] Ex veteri superstitione loquitur, quasi inortuorum ossa sentire quid possent ; aut ex eo aliquid in animas redundare intelligeretur.

16 *In longas*] Ineptum videtur istud.

19 *Horridus*] Frigore deformatus.

*Alpes*] Montes sunt altissimi et notissimi Galliam et Germaniam ab Italia dividentes.

21 *Perrumpere*] Per vim maximam transire. De Syrtibus vero antea vidimus.

22 *Æquis*] Propitiis, faventibus.

23 *Quæ virgineo*] Scyllam describit, Phorcii filiam, in caninos et lupinos rictus Circes veneficiis inferne

mutatam : quæ cum se in Siculum mare præcipitem egisset, ibi scopulum effecit naufragiis infamem ; ubi reciprocante maris æstu et undarum collisione canes et lupi ululare videntur. Quæ omnia ante vidimus, et deinceps recurrent.

*Portenta*] Canes et lupos intelligit ; quos modo indicavimus.

24 *Malca*] Promontorium est Læconicæ, ubi mare periculosissimum : unde Proverbium, ‘ Cum ad Maleam deflexeris, domesticos obliviscere.’

25 *Charybdis*] Fœmina fuisse dicitur voracissima, quæ, quia boves Herculis rapuit, a Jove fulminata, et in mare præcipitata, in Siculo mari, e regione Scyllæ conveniente Metamorphosi voraginem effecit.

Quod si Neptunum ventosa potentia vincit,  
 Et subventuros auferet unda Deos ;  
 Tu nostris niveos humeris impone lacertos :  
 Corpore nos facili dulce feremus onus. 30  
 Sæpe petens Hero juvenis tranaverat uudas :  
 Tunc quoque tranasset ; sed via cæca fuit.  
 At sine te, quamvis operosi vitibus agri  
 Me teneant, quamvis amnibus arva natent,  
 Et vocet in rivos parentem rusticus undam, 35  
 Frigidaque arboreas mulceat aura comas,  
 Non ego Pelignos videor celebrare salubres,  
 Non ego natalem, rura paterna, locum ;

*tit, et retrahit aquas ore emissas. Quod si procllosu vis Neptuni superat, et fluctus abripiunt Deos opem laturos ; tu immitte brachia candida nostris humeris : nos gestabimus corpore expedito suave pondus. Sæpe juvenis invisens Hero trajecerat fretum. Tunc quoque trajecisset ; sed via fuit obscura. At sine te, quamvis campi difficiles vitibus me detineant, quamvis prata irrigentur amnibus, et agricola derivet aquam sequacem, et ventus frigidus stringat frondes arboreus ; ego non videor frequentare Pelignos salubres ; ego non videor frequentare solum natale, agros*

27 Alii Neptuni. Vulg. vincat : alii vincet.—28 N. et Me. prior, auferet illa.—31 P. cum multis aliis Heron.—33 Pal. 2. et ed. prima operosi cultibus.—34 Ed. prima, Gryph. et al. imbribus arva.—35 Parentem undam Exc. P. Scal. et Pol. vulgo currentem rust. uvam : al. currentem amnem, vel undam,

## NOTÆ

27 *Quod si*] Vide, quomodo inaginatione sua auferatur Poëta : perinde loquitur, ac si cum amica naufragium esset passurus.

*Neptunum*] Mare.

*Ventosa*] Scilicet in mari vis ventorum maxima.

*Vincit*] Ita ut navis submergatur.

30 *Facili*] Ad natandum paratissimo, et quasi levissimo.

31 *Hero*] Accusativus est Græcus. Quæ vero fuerit Hero ex Leandri epistola satis superque supra vidi-mus.

*Juvenis*] Leander.

32 *Tunc*] Cum nudis obrutus pe-riit.

*Cæca*] Extincta, scilicet, lucerna, qua in summa turri ab Hero posita,

Leander natatum dirigebat.

33 *At sine te*] Cum supra affirmaverit Poëta, se cum domina vel in asperrimis locis bene victurum ; nunc contra amœnissima sine ea ingratissima dicit.

*Operosi*] Qui me multa opera detinent.

34 *Natent*] Hyperbole est : plus dicit, quam res esse potest.

35 *Vocet*] Educat. Multum vero et istud ad ruris amœnitatem confert.

36 *Comas*] Frondes ; quæ sunt veluti arborum comæ.

37 *Celebrare*] Frequentare. Non mihi in amœnis Pelignis esse videor.

38 *Natalem locum, rura paterna*] Appositio.

Sed Scythiam, Cilicasque feros, viridesque Britannos,

Quæque Prometheo saxa cruore rubent.

40

Ulmus amat vitem, vitis non deserit ulmum :

Separor a domina cur ego sæpe mea ?

At mihi te comitem juraras usque futuram,

Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos.

Verba puellarum, foliis leviora caducis,

45

Irrita, quo visum est, ventus et unda ferunt.

Si qua mei tamen est in te pia cura relictæ ;


Incipe pollicitis addere facta tuis :

Parvaque quamprimum rapientibus esseda mannis,

Ipsa per admissas concute lora jubas.

50

*paternos ; sed Scythiam, et asperos Cilices, et virides Britannos, et rupes, quæ rubent sanguine Prometheo. Ulmus diligit vitem, vitis non destituit ulmum. Quamobrem ego sejungor sæpe a mea domina? At mihi juraveras per me, et per oculos tuos, nostra astra, te semper mihi venturam comitem. Aura et fluctus abripiunt dicta inania puellarum, leviora foliis defluentibus. Si quis tamen est in te pius amor mei destituti ; incipe adjicere facta tuis promissis : et ipsa quam primum, mannis celeriter trahentibus parva esseda, agita habenus per jubas incitatas. At vos, colles*



uti ed. Gryph. ann. 1554.—37 Mor. unus *videar*.—40 Al. *cruore madent* : duo Heins. *sanguine saxa rubent*.—41 Al. *amat vites*. Exc. I. *vitis non desinit*.—43 *Juraras* P. et Exc. Scal. vulgo *jurabas*.—44 Mor. *sidera clara*. Al. *oculos qui rapuere meos, vel tuos*.—46 *Quo* legit Heins. pro *qua*, quod P. exhibet : vulgo *Irritaque ut visum*. D. et ed. Gryph. ann. 1554. *quæ ut visum*. Al. *ventus et aura*.—47 Al. *relicta*.—50 Sa. *admissas vias*.—Barb. *admissus manus* : Scr.

#### NOTE

39 *Scythiam*] Aspera est et inculta Asiæ, itemque Europæ regio, ad Septentrionem spectans.

*Cilicasque*] Fuerunt Cilices, Asiæ minoris populi, Piratica et morum feritate celebres.

*Viridesque*] ‘Omnes,’ inquit Cæsar, Bell. Gall. v. 14. ‘se Britanni vitro, [seu glasto, herba] inficiunt, quod cœruleum efficit colorem ; atque hoc horridiore sunt in pugna aspectu.’

*Britannos*] Anglos hodie appellamus.

40 *Quæque*] Caucasum dicit montem in Asiæ Septentrionali parte editissimum : ubi religatus Prometheus aquilæ corrodendum jecur cum præ-

buerit, illum sanguine infecit.

*Prometheo*] Fuit Prometheus, ex quo adjectivum *Prometheüs*, Japeti filius, qui ob ignem æthereæ domo subductum, ut loquitur Horat. in Caucaso Jovis jussu a Mercurio religatus est ; ubi jecur ejus assidue aquila rostro depasceret.

48 *Incipe pollicitis*] ‘Fac sis nunc promissa appareant,’ ut loquitur Terentius.

49 *Rapientibus*] Celeriter trahentibus.

*Esseda*] Currus sunt Gallorum, quibus molliter vehuntur puellæ.

*Mannis*] Minores sunt equi, admodum agiles.

At vos, qua veniet, tumidi subsidite montes :  
Et faciles curvis vallibus este viæ.

*turgidi, qua vehetur, deprimini; et viæ estote expeditæ in curvis vallibus.*

//////////

*immensas vias.*—51 Al. *cum veniet*. V. *unus subsidite colles*.

NOTÆ

50 <i>Ipsa</i> ] Tu.	ecdochen partis pro toto.
<i>Admissas</i> ] Concitatas.	51 <i>Veniet</i> ] Corinna, scilicet.
<i>Concute</i> ] Ut eo ad celeriore cursum equi incitentur.	<i>Subsidite</i> ] Per planum vero, aut leviter declivem vallem, facilius currus trahitur.
<i>Jubas</i> ] Pro ipsis mannis, per Syn-	

=====

ELEGIA XVII.

*Quod Corinnae soli sit serviturus.*

Si quis erit, qui turpe putet servire puellæ ;  
Illo convincar iudice turpis ego.  
Sim licet infamis ; dum me moderatius urat,  
Quæ Paphon, et fluctu pulsa Cythera tenet.  
Atque utinam dominæ miti quoque præda fuisset ;                   5  
Formosæ quoniam præda futurus eram.

*Si aliquis erit, qui indecorum credat servire puellæ ; ego coarguar infamis illo iudice. Sim licet turpis ; modo quæ colitur Paphi, et Cytheris perculsis undis, minus torqueat. Atque utinam præda etiam fuisset leni dominæ, quandoquidem*

//////////

4 Unus Heins. *cincta Cyth. septem culta*. Quidam *fluctus culta* : V. et prima ed. *e fluctu nata* : Mor. 3. *et fluctus æquore nata*.—5 *Miti unus* Mor. Sa. et

NOTÆ

3 <i>Licet</i> ] Concedentis est.	undique fluctibus pulsantur.
4 <i>Quæ Paphon</i> ] Venus est ; quæ Paphi in Creta insula celebre fanum habuit.	<i>Cythera</i> ] <i>Cythera. orum</i> , nomen est insulæ contra Cretam positæ, ad occasum.
<i>Fluctu</i> ] Undis maris. Insulæ vero	5 <i>Præda fuisset</i> ] Id est, servirem

Dat facies animos : facie violenta Corinna est :  
 (Me miserum ! cur est tam bene nota sibi ?)  
 Scilicet a speculi sumuntur imagine fastus ;  
 Nec nisi compositam se prius illa videt. 10  
 Non tibi si facies nimium dat in omnia regni ;  
 (O facies oculos nata tenere meos !)  
 Collatum idcirco tibi me contemnere debes.  
 Aptari magnis inferiora licet.  
 Creditur et Nymphæ, mortalis amore, Calypso, 15  
 Capta, reluctantem detinuisse virum.  
 Creditur æquoream Phthio Nereida Regi,  
 Egeriam justo concubuisse Numæ ;  
 Volcano Venerem ; quamvis, incude relicta,  
 Turpiter obliquo claudicet ille pede. 20

*venturus eram præda pulchræ. Pulchritudo præbet fastus. Quamobrem (me miserum!) superba forma Corinnæ est sibi tam perspecta? Nempe superbia inducitur ab effigie speculi; nec illa se spectat nisi ante ornatam. Si pulchritudo tibi tribuit nimium imperii in omnia; (o vultus factus ad retinendum meos oculos!) non ideo me tibi comparatum debes aspernari. Licet minora componi magnis. Nympha etiam Calypso, correpta amore mortalis, putatur moras objecisse viro repugnanti. Existimant marinam Nereida latus cum Rege Phthio conseruisse; Egeriam cum justo Numa; Venerem cum Vulcano; quamvis, incude omissa, ille*

tres al. vulgo *mitis*.—7 Optimus Pal. P. et tres al. *facies v. Corinnæ*.—11 *Regni* P. cum uno V. et Barb. vulgo *regnum*.—12 Al. *docta tenere*.—15 P. et duo al. *Traditur et*.—16 Al. *recusantem virum*.—17 *Creditur* P. N. Mor. et Sa. vulgo *Credimus*.—18 Al. *Egeriam nostro*.—19 P. *Volcani Venus est*.—

## NOTÆ

dominæ minus superbæ.

7 *Facies*] Faciei venustas Corin-  
nam superbam facit.

*Violenta*] Superba; quæ etiam mihi  
vim facit.

10 *Nec nisi compositam*] Innuit Po-  
eta, quod puellæ si se incomtas vide-  
rent, minus sibi placerent, et minus  
superbirent.

11 *Dat in*] Id est, facit, ut aliis  
imperites.

13 *Collatum*] Comparatum.

14 *Aptari*] Componi.

15 *Mortalis*] Ulyssis scil. quem ad  
se tempestate delatum Calypso dici-  
tur usque adeo amasse, ut illi immor-

talitatem, si secum diutius manere  
volnisset, pollicita fuerit.

*Calypso*] Hesiodo Oceani et Tethy-  
os, Homero Atlantis fuit filia.

16 *Reluctantem*] Qui Jovis jussu  
discedere coactus est.

17 *Phthio*] Peleo; qui Phthiæ  
regnavit, quod oppidum fuit Thessa-  
liæ.

*Nereida*] Thetis est, Nerei filia pul-  
cherrima, mater Achillis.

18 *Egeriam*] Fuit hæc Aricini ne-  
moris nympa, cum qua Numa Pom-  
pilius, secundus Rex Romanorum,  
sibi nocturnos congressus esse simu-  
lavit.

Carminis hoc ipsum genus impar; sed tamen apte  
Jungitur herous cum breviori modo.

Tu quoque me, mea lux, in quaslibet accipe leges.

Te deceat medio jura dedisse toro.

Non tibi crimen ero, nec quo lætere remoto.

25

Non erit hic nobis inficiandus amor.

Sint tibi pro magno felicia carmina censu:

Et multæ per me nomen habere volunt.

Novi aliquam, quæ se circumferat esse Corinnam.

Ut fiat, quid non illa dedisse velit?

30

*indecore claudicat pede distorto. Hoc ipsum genus carminis est inæquale; sed tamen heroicis concinne connectitur cum breviori versu. Tu quoque, mea vita, me admittite in quascumque conditiones. Te deceat imposuisse leges medio lecto. Non ero tibi dedecus, nec quo rejecto gaudeas. Hic amor non erit nobis abnegandus. Versus elegantes sint tibi pro magno reditu: plurimæ etiam cupiunt famam consequi per me. Quendam scio, quæ juctet se esse Corinnam. Quid illa non cupiat dedis-*

//////////

21 Franc. et tamen.—22 Sa. heroum. P. Jungitur in versus. Scr. breviori pede.—23 Jun. accipe partes.—24 Deceat P. et tres al. vulgo decet in: F. et Fr. decet e. Duo libri signa dedisse: plurimi al. jussa ded.—25 Al. lædere.—26 Al. hic vobis.—27 Sint tibi tres Heins. vulgo Sunt mihi: duo Heins. sunt tibi;

#### NOTÆ

19 *Vulcano*] Fuit ille Veneris maritus, Jovis ex Junone filius, ut plurimis placet; quo ignis intelligitur, aut calor, sine quo nulla fieri potest generatio.

*Incude*] Hanc insernit Poëta, ad indicandam artis vilitatem, quæ etiam amantem contemnendum facit.

*Relicta*] Non enim videtur claudus, dum apud incudem se exercet.

20 *Obliquo*] Distorto.

21 *Hoc ipsum*] De carmine Elegiaco loquitur; quo genere hæc ipsa scripta sunt, quæ nunc excutimus.

*Impar*] Quia Hexametro supponitur brevius Pentametrum.

22 *Herous*] Hexametrum; quo in Heroum describendis factis utuntur.

*Modo*] Carmine.

25 *Non tibi crimen*] Non tibi ignominiam aut dedecus afferam.

26 *Inficiandus*] Inficiari, sive, In-

ficias ire, est negare.

27 *Sint tibi*] Hanc lectionem ex tribus scriptis amplexus est clar. Heinsins: attamen vulgatam *sunt mihi* confirmare videntur quæ sequuntur.

28 *Multæ*] Puellæ, scil.

29 *Circumferat*] Ubique jactet se esse Corinnam; ut quancumque laudem amicæ meæ meis versibus tribui, ipsa sibi arroget.

*Corinnam*] Nempe aliud fuit puellæ nomen quam Poëta amavit; illudque ipsi dederat, vel ipsa sumserat, ut celaretur.

30 *Ut fiat*] Corinna, scil. tantis laudibus a me celebrata. At vero ingeniose admodum rationes confundit Poëta, quamobrem aliqua puella Corinna esse optaverit: fuerit nempe nonnulla quam ipsa Corinna velle esse Corinnam fateretur, siquidem Corinna Imperatoris filia fuerit.

Sed neque diversi ripa labuntur eadem  
 Frigidus Eurotas, populiferque Padus ;  
 Nec nisi tu, nostris cantabitur ulla libellis.  
 Ingenio causas tu dabis una meo.

*se, ut fiat? Sed neque gelidus Eurotas, et populifer Padus dissiti fluunt eadem ripa; nec, nisi tu, ulla celebrabitur nostris libellis. Tu sola præbebis materiam meo ingenio.*

//////////

unus *Sint mihi.*—31 *Franc. labentur.*—32 *Fr. Mor. duo, et octo al. Frig. Eufrates.*

#### NOTÆ

31 *Sed neque*] Quemadmodum, inquit, Eurotas et Padus diversi una et eadem ripa fluere non possunt; sic tu sola, non aliæ, meis carminibus celebraberis.

*Diversi*] Alter enim, Eurotas, scilicet fluvius est Laconiaë, qui urbem Spartam præterfluit: Padus vero, quem Græci Eridanum appellant, in Gallia est Cisalpina.

---

## ELEGIA XVIII.

*Ad Macrum, quod de amoribus scribat.*

**C**ARMEN ad iratum dum tu perducis Achillen,  
 Primaque juratis induis arma viris ;

*Dum tu promotes carmen usque ad Achillem infensum; et admoves prima arma*

#### NOTÆ

1 *Carmen*] Latinis carminibus Homeri Iliadem complecti assumserat Macer.

*Iratum*] Ab Achillis ira carmen suum orsus est Homerus.

*Perducis*] Non tantum Homeri Iliadem in Latinum sermonem vertit Macer; sed argumentum auxit, et plurima ab Homero relicta absolvit: adeoque bene dicit Naso, 'Carmen ad

iratum dum tu perducis Achillem,' id est, ad Homeri Iliados exordium; et omnia evolvis, quæ Achillis iram præcesserant.

2 *Primaque*] Qui juraverunt in Aulide Principes Græci, se non ante reversuros quam Troja capta esset, primi fuerunt qui belli illud genus, quod postea conjuratio dictum est, gesserunt: quanquam adco diversa



Nos, Macer, ignavæ Veneris cessamus in umbra :

Et tener ausuros grandia frangit Amor.

Sæpe meæ, Tandem, dixi, discede, puellæ :

5

In gremio sedit protinus illa meo.

Sæpe, Pudet, dixi : lacrymis vix illa retentis,

Me miseram ! jam te, dixit, amare pudet ?

Implicuitque suos circum mea colla lacertos :

Et, quæ me perdunt, oscula mille dedit.

10

Vincor ; et ingenium sumtis revocatur ab armis :

Resque domi gestas, et mea bella, cano.

Sceptra tamen sumsi : curaque Tragœdia nostra

Crevit ; et huic operi quamlibet aptus eram.

*viris conjuratis ; nos, Macer, quiescimus in umbra inerti Veneris : et mollis Cupido nos mollit aggressuros heroica. Sæpe dixi meæ puellæ, Concede denique : illa statim sedit in meo sinu. Sæpe dixi, Pudore suffundor : illa, vix fletibus repressis, Me miseram ! dixit, jam tibi pudori est amare ? Admovit sua brachia meo collo ; et præbuit mille suavia, quæ me enecant. Frangor ; et animus retrahitur ab armis sumtis : et celeberrima facta domestica, et mea bella. Cepi tamen sceptra ; et Tragœdia aucta est nostra cura ; et quantumvis idoneus eram huic operi. Cupido risit et*



1 Vulg. *Achillem*.—3 Al. *ignava*.—8 Al. *cur te*. In Ser. Jun. et duobus aliis *te jam*.—11 Mor. 1. *Uror, et ; 2. Frangor et. Duo codd. positis revoc.*—12 Fr. *mea facta*.—13 Plures al. *versuque Trag. nostro : N. versuque Trag. pri-*

## NOTE

fuit militia quam Romani conjurationem vocaverunt, ut verius dixerimus hic tantum ad eam esse allusionem.

*Juratis*] Active posita est hoc loco vox ista, ut etiam alibi ; quod notandum.

*Induis*] Hoc ad Macri laudem ; quasi non ipse narrare, aut quod ab Homero scriptum sit repetere, sed rem gerere videatur.

*Viris*] *Induis* prima arma juratis viris ; id est, describis ea quæ gesta sunt, cum primum viri jurati sumserunt arma.

3 *Macer*] Fuit ille Veronensis Poëta non contemnendus, Nasoni amicissimus, cum quo in Asiam et in Siciliam navigavit ; cujus opera interierunt.

*Umbra*] Mire otium piugit.

10 *Perdunt*] Voluptate quasi enecant.

11 *Armis*] Ea omnia intellige, quibus in scribendis carminibus heroicis opus est.

12 *Mea*] Amatoria, scil. quæ certe nonnunquam gravissima sunt, et aliorum causa.

13 *Sceptra*] Quasi ille, dum regum facta in Tragœdia scripsit, Rex ipse fuisset.

*Tragœdia*] Medeam composuit, quæ temporum injuria periit ; de qua sic Quintilianus : ‘ Ovidii Medea mihi videtur ostendere quantum ille vir præstare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere malisset.’

14 *Huic operi*] Tragœdiis scribendis.

*Quamlibet*] Quantumvis.

Risit Amor, pallamque meam, pictosque cothurnos, 15  
 Sceptraque privata tam bene sumta manu.  
 Hinc quoque me dominæ numen deduxit iniquæ :  
 Deque cothurnato vate triumphat amor.  
 Quod licet, aut Artes teneri profitemur Amoris :  
 (Hei mihi ! præceptis urgeor ipse meis :) 20  
 Aut, quod Penelopes verbis reddatur Ulixi,  
 Scribimus : aut lacrymas, Phylli relictæ, tuas :  
 Quod Paris, et Macareus, et quod male gratus Iason,  
 Hippolytique parens, Hippolytusque legant :

*meam pallam, et pictos cothurnos, et sceptræ tam cito manu privata correpta. Numen quoque infensæ Dominæ me inde retraxit; et amor triumphum agit de poëta cothurnato. Vel, quod licet, artes persequimur mollis amoris: (hei mihi! ipse sollicitor meis monitis:) vel componimus, quod tradatur Ulyssi nomine Penelopes; vel lacrymas tuas, Phylli destituta: quod Paris, et Macareus, et quod ingratus Jason, et pater Hippolyti, et Hippolytus legant; et quod flebilis Dido, gladium*

//////////

*mo; unde Burm. conj. privo.—16 Bene Fr. Sa. Scr. et sex al. vulgo cito.—17 Franc. dominæ lumen.—19 Al. et partes teneri. Mor. 1. pro var. lect. en partes: novem ad partes ten. P. 2. ad partes t. proficiscor Am.—20 Al. torqueor ipse: Ed. Mycill. terreor.—21 P. alter et Fr. Penelopæ. Plurimi Penelope verboso reddat; Fr. reddat.—23 P. Iaso.—24 Duo scripti legat.—26 Dicat Jun.*

#### NOTE

15 *Risit*] Qui me ita regio apparatu ornatum vidit. Perinde loquitur ac si revera rex esset, qui eorum quæ sunt describit. Et certe, quantum multum verba a factis distent, et Rex ab eo qui Regia scribit, non tamen ad regnandum ineptus esset, qui, regere quid sit, perspectum habuerit.

*Pallamque*] Palla vestis erat demissa, qua indutæ personæ in fabulis inducebantur.

*Cothurnos*] Calceamentum erat in Tragœdia.

16 *Tam bene*] Utpote qui ex levibus elegis et amatoris nugis, subito ad grandem Tragœdiæ stylum et sublimem materiam transcurrisset. Ingeniosissime vero et lepidissime hæc omnia tractat Poëta.

17 *Hinc*] A sceptris et omni regio cultu; id est a scribendis tragœdiis :

quod amicæ debuerit esse gratissimum.

*Numen*] Amantes vero, ut et alii alia, non sine maximo crimine, puellas suas adorant.

*Iniquæ*] Iratæ; infensæ.

18 *Cothurnato*] Id est, qui Tragœdias scriberet: nam, ut diximus, cothurnis in agenda Tragœdia utebantur.

19 *Quod licet*] Profiteri, scilicet et scribere.

*Profitemur*] Proprie dixit; atque professores dicuntur, qui in artibus sunt eruditi, aut eas publice docent; quemadmodum et Naso amandi artem; quam hinc inchoatam non perfectam, forte non male concludas.

21 *Aut, quod Penelopes*] Hæc omnia ex præcedentibus clara sunt; quædam enim opera sua Poëta memorat, epistolas, scilicet; quarum prima est,

Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem 25  
 Dicat, et Æoliæ Lesbis amica lyræ.  
 Quam celer e toto rediit meus orbe Sabinus,  
 Scriptaque diversis retulit ille locis!  
 Candida Penelope signum cognovit Ulixis:  
 Legit ab Hippolyto scripta noverca suo. 30  
 Jam pius Æneas miseræ rescripsit Elissæ.  
 Quodque legat Phyllis, si modo vivit, habet.

*nudatum tractans, proferat, et Lesbis amica lyræ Æoliæ. Quam velox reversus est meus Sabinus ex omnibus terris, et ille reportavit exarata diversis locis! Pudica Penelope agnovit signum Ulyssis; noverca legit exarata a suo Hippolyto. Jam pius Æneas respondit infelici Elissæ: et Phyllis habet, quod legat, si modo vita*

//////////

Pal. Fr. et septem al. vulgo *dictat*: unus *mittat*. P. Æoliæ: vulgo *Aoniæ*: al. *Aonio Lesbis amata viro*.—27 *Celer e Me. cum al. vulgo cito de*.—28 *Francius volebat, ret. illa*.—31 *Multi Impius Æn. unus Ma. Et pius: Heins. En*

#### NOTÆ

quam Penelopen ad Ulyssem scripsisse finxit.

22 *Lacrymas*] Epistolam Phyllidis, quam vidimus, 'lacrymis plenam.'

*Relicta*] A Demophoonte.

23 *Quod Paris*] Epistola est Ænoes ad Paridem.

*Macareus*] Ad quem Canaces sororis epistolam vidimus.

*Iason*] Duplicem ille accepit, alteram ab Hypsipyle, alteram a Medea: sed ex sequentibus non male concludas de illa priore intellexisse Poëtam, cum forte Medæ nondum scripta esset.

24 *Hippolytique par.*] Theseus est; ad quem scripsit Ariadne.

*Hippolytusque*] Ad quem scripsit Phædra noverca.

25 *Quodque*] Supple, *scribimus*. Didonis ad Ænean epistolam intelligit; in qua sic ipsa Dido, 'Scribimus, et gremio Troicus ensis adest.'

26 *Æoliæ*] Epistolam Sapphus ad Phaonem intelligit Poëta, 'Scripsimus,' inquit, 'quod Lesbis, amica lyræ Æoliæ, dicat; Phaoni scilicet. Æolia vero dicitur Sapphus lyra, quia in

insula Lesbo Sapphus patria Æolica lingua utebantur; fuitque Lesbos Æolicarum urbium Metropolis altera.

*Lesbis*] Sappho est, a patria Lesbo, maris Ægæi insula, sic dicta.

*Amica*] Quia ad lyram accommodatos versus scripsit.

27 *Quam celer*] Hæc interrogatio celeritatis habet admirationem.

*E toto*] Hoc dicit, quia in diversissimas orbis partes, ad remotissimos heroas, puellarum nomine scripserat Ovidius; cujus epistolis respondisse Sabinum ex hoc loco patet.

*Rediit*] Suaviter dicit Sabinum, amicum suum, quia Heroidum epistolis respondentes epistolas scripsit, eas, veluti tabellarium, ex toto orbe retulisse.

*Meus*] Amicus, scil.

*Sabinus*] Fuit is eques Romanus, Poëta celeberrimus, Nasoni amicissimus, qui præter epistolas, quæ hic a Nasone recensentur, quædam alia scripsit, quæ una cum his epistolis temporum injuria perierunt.

29 *Candida*] Innocens et pudica.

*Cognovit*] Perinde est, ac si dice-

Tristis ad Hypsipylen ab Iasone litera venit:

Det votam Phœbo Lesbis amata lyram.

Nec tibi (qua tutum vati, Macer, arma canenti) 35

Aureus in medio Marte tacetur Amor.

Et Paris est illic, et adultera nobile crimen;

Et comes extincto Laodamia viro.

Si bene te novi; non bella libentius istis

Dicis: et a vestris in mea castra redis. 40

*fruitur. Luctuosa epistola pervenit ad Hypsipylen a Iasone. Lesbis dilecta suspendat lyram promissam Phœbo. Nec tibi (quatenus tutum pœtæ arma celebranti, Macer,) prætermittitur pulcher amor in medio bello. Paris etiam est illic, unum cum adultera decantatissimo scelere; et Laodamia comes viro mortuo. Si bene te novi, non cupidius cantas bella quam ista: et a vestris castris reverteris in mea.*



*pius.—32 Jun. aliique modo vivat.—34 Al. Lesbis amica.—40 Al. castra venis.*

#### NOTÆ

ret, Rescripsit Penelope; rescripsit ejus nomine Sabinus.

30 *Noverca*] Phædra est.

31 *Elissa*] Fuit Elissa Didonis nomen proprium. Dido, lingua Phœnicia, cognomen, quod viraginem significat.

32 *Si modo vivit*] Hoc ideo dicit, quod fabulati sint Poëtæ, eam cum frustra diutius Demophoontem suum expectasset, seque ab ipso spretam existimasset, amoris exagitatam furis laqueo vitam finiisse.

33 *Tristis*] Quia ad eam non poterat Jason reverti. Atque hinc vides verum esse quod diximus supra ad vocem *Iason*.

*Litera*] Epistola. Numero vero plurali tantum utimur in soluta oratione, cum ea voce epistolam significare volumus.

34 *Det votam*] Id est, Non redibit Phaon. Quod ut plenius intelligatur, videnda est Sapphus epistola; in qua ipsa dicit, quod se, nisi amicus Phaon redierit, ex Lencade in aquas sit dejectura; et Phœbo, cui eo in loco magnificum erat templum, lyram

suam donatura.

*Amata*] Alii *amica*; Apollinis, scilicet propter Poëticum studium.

35 *Qua tutum*] Quantumlicet, in carmine heroico; cujus materia principalis non sunt Amores.

36 *Aureus*] Pulcher.

*Medio Marte*] Inter res bellicas.

37 *Illic*] In opere tuo heroico. Scilicet Paris, causa belli, in describendo eo locum suum habet.

*Adultera*] Helena; ob cujus raptum flagravat bellum Trojanum.

*Nobile*] Pulchritudine, et quia belli decantatissimi causa fuit.

*Crimen*] Adultera crimen, Appositio. *Crimen* dicitur, quæ criminum causa.

38 *Comes viro*] Laodamia Acasti filia, Protesilai uxor, cum primum eum ex Græcis, bello Trojano, extinctum cognovisset, ejus ut umbram videret optavit; quod cum impetrasset, in ejus amplexibus obiit.

39 *Istis*] Quæ sunt ex Amoris ingenio.

40 *Vestris*] Quæ sunt Martis. Id est, A bellorum descriptione, quæ

## NOTÆ

Marti ascribuntur, libentissime ad Amoris bella memoranda te confers. *Mea*] Quæ sunt Amoris. *Redis*] Alii *venis*. Sed ex lepidissimo Tibulli disticho jam ante Mar-  
 crum amatoria scripsisse patet. Tibulli vero hoc est distichon, 'Castra Macer sequitur: tenero quid fiet Amori? Sit comes, et collo fortiter arma gerat.'

## ELEGIA XIX.

*Ad maritum, cui uxor curæ non erat.*

SI tibi non opus est servata, stulte, puella;  
 At mihi fac serves; quo magis ipse velim.  
 Quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius urit:  
 Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.  
 Speremus pariter, pariter metuamus amantes, 5  
 Et faciat voto rara repulsa locum.  
 Quo mihi fortunam, quæ nunquam fallere curet?  
 Nil ego, quod nullo tempore lædat, amo.

*Si tibi non opus est puella custodita, fatue; at cura ut mihi custodias, ut ipse amplius cupiam. Quod conceditur, injucundum est; quod non conceditur, vehementius sollicitat. Bardus est, si quis amat quod alius non prohibet. Amantes speremus æqualiter, æqualiter timeamus: et jucunda repulsa præbeat locum desiderio. Quorsum mihi fortunam concilium, quæ nunquam curet decipere? Ego nihil di-*

1 Pal. *tértins servata puella*.—4 Me. prior, Pal. tert. et Fr. *amet*. Scr. etiam, *quod sinat*: Pal. tert. *sinet*.—6 Sa. pro var. lect. Barb. et Arund. *grata*

## NOTÆ

1 *Servata*] Diligentius custodita; magis; ipsaque *hærem* Cura vocat: ne alios cognoscat viros. pauci, quod sinit alter, amant.  
*Stulte*] Qui uxorem tuam alienis *Urit*] Angit; sollicitat.  
 amoribus impeditam non servas. 4 *Ferreus*] Durus, et quasi ab humanitate alienus; non satis delicatus.  
 2 *Magis*] Ipsam amare, scil. 6 *Faciat voto*] 'Nitimur in vetitum  
 3 *Ingratum*] Quia assuetis non tan- semper, cupimusque negata.' Quod  
*Delph. et Var. Clas.* Ovid. 2 K

Viderat hoc in me vitium versuta Corinna ;  
 Quaque capi possem, callida norat opem. 10  
 Ah quoties sani capitis mentita dolores,  
 Cunctantem tardo jussit abire pede !  
 Ah quoties finxit culpam, quantumque libebat,  
 Insontis speciem præbuit esse, nocens !  
 Sic ubi vexarat, tepidosque refoverat ignes ; 15  
 Rursus erat votis comis et apta meis.  
 Quas mihi blanditias, quam dulcia verba parabat !  
 Oscula (Di magni) qualia, quotque dabat !  
 Tu quoque, quæ nostros rapuisti nuper ocellos,  
 Sæpe time insidias, sæpe rogata nega ; 20  
 Et sine me, ante tuos projectum in limine postes,  
 Longa pruinosa frigora nocte pati.

*ligo, quod nunquam me maceret. Callida Corinna adverterat hoc crimen in me; et eufra cognoverat modum, quo tangi possem. Ah quoties fingens dolores capitis valentis voluit me morantem pede ignavo discedere! Ah quoties simulavit crimen; et quantum libebat, culpæ conscia se simulavit innoxiam! Postquam sic sollicitaverat, et excitaverat denuo amorem languentem, rursus erat humana et idonea meis desideris. Quas blanditias, quam mollia verba mihi adornabat! (Dii magni) qualia et quot suavia præbebat! Tu etiam, quæ nuper abstulisti nostros oculos, sæpe strue dolos, sæpe orata recusa: et patere me prostratum ante tuos postes in limine per-*

repulsa: Heins. conj. *cara*.—7 Quo mihi fortunam P. et Exc. Scal. vulgo Quid mihi fortuna, vel fortuna est: Ed. Gryph. ann. 1554. Quo fortuna mihi. P. et unus V. *curat*: septem al. *curat*: vulgo *possit*.—9 Mor. 1. *ninium versuta*.—10 D. et unus Mor. *trahi possem*. Mor. tert. Jun. aliique *norat ope*.—11 Vulg. *mentita dolorem*.—13 Unus Mor. *libebat*, quod et Heins. probat: vulg. *licebat*.—14 *Insonti* P. *Esse* P. Pal. optimus, N. Arund. et Exc. Scal. vulgo *ipsa*; quidam *illa*: Heins. conj. *prætulit ore nocens*.—15 Idem, *ubi versaret*. Pro *refoverat*, Pal. et Fr. *resolverat*: Sa. aliique *removerat*: Pol. *revoberat*: Mor. *unus ignoverat*, et emend. *renoverat*.—17 *Quam mihi*, vulgo. Francius volebat *quæ dulcia*.—20 *Time* P. et plures al. ex præstantior. vulgo *face*.—22 Fr.

## NOTÆ

quidem in ipsius naturæ imis radicibus fundamentum habet.

10 *Opem*] Modum, rationem.

11 *Sani*] Cum dolore nullo affecta esset.

12 *Cunctantem*] Abire differentem.

*Tardo*] Non tardo pede abire Nasonem jubebat Corinna, sed ipse tardo pede erat.

13 *Culpam*] Quam meam esse di-

ceret, ut merito videretur irasci.

15 *Refoverat*] Vexando, et negando.

16 *Comis*] Benigna, facilis.

19 *Tu quoque*] Puellam alloquitur, cujus causa hanc scripsit Elegiam.

*Rapuisti*] Ad te amandum nos impulisti.

*Ocellos*] 'Si nescis; oculi sunt in amore duces.' Propertius.

Sic mihi durat amor, longosque adolescit in usus ;  
 Hoc juvat ; hæc animi sunt alimenta mei.  
 Pinguis amor, nimiumque patens, in tædia nobis 25  
 Vertitur ; et stomacho, dulcis ut esca, nocet.  
 Si nunquam Danaën habuisset aënea turris ;  
 Non esset Danaë de Jove facta parens.  
 Dum servat Juno sinuatam cornibus Io ;  
 Facta est, quam fuerat, gratior illa Jovi. 30  
 Quod licet et facile est, quisquis cupit arbore frondes  
 Carpat, et e magno flumine sumat aquam.

*ferre multa frigora nocte pruinoso. Sic mihi amor permanet, et crescit in multa commoda : hoc prodest ; hæc sunt pabula mei amoris. Amor crassus, et nimium apertus, nobis mutatur in fastidia ; et obest, tanquam dulcis cibus ventriculo. Si turris ærea nunquam clausisset Danaën ; Danaë non facta fuisset mater de Jove. Dum Juno custodit Io curvam cornibus, illa magis placuit Jovi, quam ante. Quisquis expetit, quod concessum et primum est, deripiat folia arbore, et hauriat aquam*

//////////

et Mor. 1. tempora nocte.—23 Heins. duret et adolescat : in seq. enim versu pro vulg. sunt N. habet sint. Usus Pal. optimus et duo alii : vulgo annos.—24 Pal. alter animo meo.—25 Patens P. a manu sec. Pal. optimus et quinque alii : vulgo potens : P. a manu pr. latens.—27 Mor. 1. pro div. lect. Dan. clausisset. Pal. ferrea turris.—29 Sinuatam quinque Heinsii : vulgo mutatum : duo Heins. decoratum : unus munitam. Unus Mo. pro div. lect. Dum nimium servat custos Junonius Io.—30 Mycilli et Bersin. Edd. gratior ipsa.—32 Al. e medio. Al. potet

#### NOTE

20 *Insidias*] Ex superioribus intel- liguntur.

22 *Pruinoso*] Pruina, seu conge- lato rore, frigida.

23 *Sic*] Cum difficultatibus Amor est obsitus.

*Adolescit*] Crescit.

25 *Pinguis*] Vide annon ex fertili et viva imaginatione nascantur ejus- modi vocabula. Non ea pinguis et crassus aut stupidus homo statim capiet. De Amore loquitur, in quo nullam patitur amans repulsam.

27 *Si nunquam*] Exemplis, quod proposuit, confirmat Poëta.

*Danaën*] Filia fuit Acrisii Argivo- rum regis, quam ipse munitissima turri inclusam, ne ab eo qui ex ea natus esset, quod minabatur oraculum, interficeretur, magna cura servavit :

quam Jupiter in imbrem aureum ver- sus cum vitiasset, postea Perseum peperit, a quo Acrisius, objecto Gor- gonis capite, in saxum mutatus est.

*Aënea*] Turrim hanc ære et ferro munitam fuisse voluit Poëta.

28 *Non esset*] Quasi Jovem rei dif- ficultate permotum dicat.

*Facta parens*] Adeoque Danaën Ju- piter non amasset : qui scopus est Poëta.

29 *Servat*] Per Argum, quem ei rei admovit, ut alibi videbimus.

30 *Gratior*] Quippe Isis Dea Æ- gyptiorum facta.

31 *Quod licet et facile est, quisquis cupit*] Isthæc cum sequentibus con- juncte sunt legenda et intelligenda.

32 *Carpat*] Licet vero et facile est arboribus folia deripere.

Si qua volet regnare diu, deludat amantem.

Hei mihi, quod monitis torqueor ipse meis !

Cuilibet eveniat, nocet indulgentia nobis :

35

Quod sequitur, fugio ; quod fugit, usque sequor.

At tu, formosæ nimium secure puellæ,

Incipe jam prima claudere nocte domum.

Incipe, quis toties furtim tua limina pulset,

Quærere ; quid latrent nocte silente canes.

40

Quo ferat, aut referat solers ancilla tabellas ;

Cur toties vacuo secubet ipsa toro.

Mordeat ista tuas aliquando cura medullas ;

Daque locum nostris materiamque dolis.

Ille potest vacuo furari littore arenas,

45

Uxorem stulti si quis amare potest.

*ex vasto fluvio. Si qua cupiet diu imperare, fallat amantem. Hei mihi, quod ipse urgeor meis præceptis ! Cuiris contingat licentia, nobis officit. Vito, quod me sequitur : indesinenter persequor, quod dilabitur. At tu, nimium negligens pulchra puellæ, incipe jam prima nocte obdere januam. Incipe exquirere, quis toties clanculum pulset tuum ostium ; quamobrem canes allatrent nocte tacita. Quo callida famula portet, et denuo portet tabellas ; quamobrem ipsa toties seorsum cubet lecto inuni. Ista sollicitudo tandem urat tua præcordia ; et præbe ansam et causam nostris fraudibus. Ille potest surripere arenas deserto littore, si quis potest amare*

~~~~~

*aquam.*—34 *Quod tres Heins.* Vulgo *de*: al. *ne mon. torquear*: tres Heins. et prima ed. *nam torqueor*: Arund. cum al. compluribus *nunc torqueor*.—35 *Cuilibet unus Mor.* vulgo *Quodlibet*: P. et al. multi *Quidlibet*.—36 *Usque duo scripti et prima ed. vulgo ipse.*—38 *Al. nocte forem*: multi *fores*.—40 *Vulg. tua lumina.* Heins. conj. *cui latrent*.—41 *Alii Quas ferat*: nonnulli *Quid*.—42 *Quia vacuo mox, v. 45. sequitur, Francius malebat viduo.* Vulg. *illa toro*.—44 *Meliores daque*: vulg. *detque*.—45 *In quodam Cod. in littore. D. arenas.*

#### NOTÆ

33 *Qua*] Puella, scil.  
*Regnare*] Ad nutum amatorem regere.  
 35 *Cuilibet*] Sensus est omnibus amatoribus nocere indulgentiam.  
 36 *Fugit, usque sequor*] Fit istud ideo, quod majora ea credimus, quæ non usu novimus ; atque difficultate plures spiritus excitantur.  
 37 *Tu*] Stultum illum, uxoris securum, compellat.  
 38 *Claudere*] Ut videndæ uxoris

tuæ major sit difficultas.  
 41 *Quo ferat*] Supple, Incipe quærere.  
 42 *Secubet*] Religionis causa, aut saltem simulatione, seorsum a maritis aliquando cubabant uxores : unde facilius ipsis imponebant.  
*Ipsa*] Uxor tua, scil.  
 43 *Mordeat*] Ea de re sit sollicitus.  
 44 *Daque locum*] Nullis vero dolis opus est, ubi maritus stulte uxoris amores patitur.



- Jamque ego præmoneo ; nisi tu servare puellam  
 Incipis, incipiet desinere esse mea.  
 Multa diuque tuli : speravi sæpe futurum,  
 Cum bene servasses, ut bene verba darem. 50  
 Lentus es, et pateris nulli patienda marito ;  
 At mihi concessi finis amoris erit.  
 Scilicet infelix nunquam prohibebor adire ?  
 Nox mihi sub nullo vindice semper erit ?  
 Nil metuam ? per nulla traham suspiria somnos ? 55  
 Nil facies, cur te jure perisse velim ?  
 Quid mihi cum facili, quid cum lenone marito ?  
 Corrumpis vitio gaudia nostra tuo.  
 Quin alium, quem tanta juvet patientia, quæris ?  
 Me tibi rivalem si juvat esse, veta. 60

*conjugem insulsi. Jamque ego prædico ; nisi tu incipis custodire puellam, incipiet non esse mea. Multa toleravi et diu ; sæpe fore cogitavi, cum bene custodivisses, ut te bene deciperem. Tardus es, et fers nulli viro ferenda. At finis mihi veniet amoris non prohibiti. Nempe misero mihi nunquam denegabitur aditus ? Nox semper mihi erit sub nullo ultore ? Nihil extimescam ? Ducam somnos sine omni suspirio ? Nihil ages, quamobrem merito cupiam te interiisse ? Quid mihi cum indulgenti, quid cum marito lenone ? Perdis nostram voluptatem tua culpa. Quin petis alium, cui tanta indulgentia prosit ? Si tibi prodest me tibi esse rivalem, prohibe.*

\*\*\*\*\*

—46 Pro *stulti* Heins. *incauti*.—47 Pal. primus *Jam te ego* : Ed. pr. et alter P. et duo Mor. *Jam te præmoneo*.—54 Tres libri *nullo judice*.—55 Multi codd. *suspiria noctem, vel noctes*.—58 Mor. alter *gaudiu certa*.—59 P. et D. *quæris* : multi *quæras* : al. *quære* : Exc. Scal. *quæres*.—60 Fr. *esse nega*.

#### NOTÆ

- 49 *Tuli*] Gravissimum vero est neminem habere reluctantem.  
 50 *Verba darem*] Tibi imponerem.  
 52 *Concessi*] A te, qui uxorem non servas.  
 53 *Adire*] Ad puellam uxorem tuam venire.  
 54 *Sub nullo vindice*] Sine ullo injuriæ tibi oblatae ultore.  
 56 *Perisse velim*] Scilicet adulter foribus, non sine malo repulsus, male marito precabitur.  
 57 *Quid mihi*] Contemnentis sunt hæc verba.  
 58 *Vitio*] Indulgentia scil.  
 59 *Quin*] Versu 49. questus est, quod mariti nimiam indulgentiam congeretur perferre.  
 60 *Me tibi*] Si me rivale oblectaris, prohibe me esse rivalem, et uxoris tuæ amatorem : nam aliter rivalis esse non possum, tuque voluptate tua excides.

P. OVIDII NASONIS

A M O R U M

LIBER III.

---

---

ELEGIA I.

*Deliberatio Poëtae, utrum Elegos pergat scribere, an potius  
Tragædias.*

STAT vetus, et multos incædua sylva per annos :

Credibile est illi numen inesse loco.

Fons sacer in medio, speluncaque pumice pendens ;

Et latere ex omni dulce queruntur aves.

Hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris, 5

Quod mea, quærebam, Musa moveret opus :

*Nemus est antiquum, et inviolatum per multos annos. Verisimile est numen  
adesse illi loco. Fons sacer in medio, et antrum imminens pumice ; et aves suavi-  
ter canunt ex omni parte. Dum ego hic ambulo, velatus umbris nemorosis, cogita-*

3 Pal. 1. *pumice splendens* : Mor. 1. a manu pr. *pumice vivo*.—5 Al. *nemor*.

NOTÆ

1 *Stat*] Locum describit Poëta ubi  
Elegos continuare decrevit.

*Incædua*] Inviolata. Sacros lucos  
incidere nefas erat.

2 *Numen*] Denm aliquem.

3 *Pendens*] Imminens.

4 *Dulce*] Suaviter. *Dulce* pro *dul-*  
*citer* ; sicuti et locutus est Horat.

5 *Nemoralibus*] Id est, Quas fron-  
des aut arbores faciebant.

6 *Quærebam*] Mecum agitabam.

Venit odoratos Elegeia nexa capillos ;  
 Et, puto, pes illi longior alter erat :  
 Forma decens ; vestis tenuissima, cultus amantis ;  
 In pedibus vitium causa decoris erat. 10  
 Venit et ingenti violenta Tragœdia passu ;  
 Fronte comæ torva, palla jacebat humi.  
 Læva manus sceptrum late regale tenebat ;  
 Lydius alta pedum vincla cothurnus erat.  
 Et prior, Ecquis erit, dixit, tibi finis amandi ? 15  
 O argumenti lente Poëta tui !

*bam, quodnam opus mea Musa inciperet. Elegeia, vincla comam unctam, accessit ; et credo, pes alter illi erat prolixior. Forma venusta ; amictus subtilissimus, ornatus amantis : vitium in pedibus erat causa venustatis. Accessit etiam ferox Tragœdia vasto gressu. Capilli profluebant sæva fronte, palla terram tangebatur. Manus sinistra superbe tractabat sceptrum regium ; cothurnus Lydius erat sublimia calceamenta pedum. Et prior, Anne aliquis, inquit, erit tibi finis amandi, o lan-*

undis.—7 Al. Venit adornatos. Heins. vult pexa cap.—9 Cultus Mor. vulgo cultus.—10 P. et Barb. Et pedibus.—13 Multi e melioribus cum prima ed. regule movebat.—14 Al. apta pedum...cothurnus habet : ubi Francius mallet erant.—15 Optimus Pal. finis amator : al. Et prior hæc dixit, quis erit tibi : al. Hæc prior, Ecquis erit finis tibi, dixit, amoris ? Mor. Et prior, Ecquis erit, vates, tibi finis amandi ? P. 2. Et prior hæc, vates, quis erit t. f. a. Scr. Et prior heus,

## NOTÆ

7 *Elegeia*] Vide, an non suaviter et eleganti figura humanam figuram Elegeiæ Poëta tribuit.

*Nexa capillos*] Græcismus ; pro, nexos habens capillos. Sic sæpe Horat.

8 *Pes illi*] Habitatione Hexametri istud dicit, qui Pentametro uno pede longior est. Nec Elegos, opus esse arbitror admonere, Hexametris et Pentametris constare.

9 *Tenuissima*] Ad tenuem et humilem Elegorum materiam respicit Poëta.

*Cultus amantis*] Quia eo carminis genere amatoria plerumque describuntur.

10 *Vitium*] Brevitas Pentametri, Hexametro uno pede brevioris.

11 *Ingenti*] Tragœdiæ, scilicet, character est sublimis, ut sublimis

materia.

*Violenta*] Qua Regum et potentiorum acta violenta describuntur.

12 *Fronte comæ torva*] Jacebant supple, aut erant. Hoc dicit propter Tragœdiæ severitatem.

*Palla*] Eo vestimenti genere usque ad terram demisso in agendis Tragœdiis utebantur.

13 *Sceptrum*] Jam dixi, Reges et eorum acta Tragœdiæ materiam suppeditant.

*Late*] Vox ista versui dignitatem affert.

14 *Lydius*] A Lydis mutuatus.

*Alta*] Nimirum usque ad genu prope modum pertingebat istud calceamenti genus.

15 *Prior*] Locuta est, scil. Tragœdia.

*Ecquis erit*] Quando amatoria scri-

- Nequitiam vinosa tuam convivium narrant ;  
 Narrant in multas compita secta vias.  
 Sæpe aliquis digito vatem designat euntem ;  
 Atque ait, Hic, hic est, quem ferus urit Amor. 20  
 Fabula (nec sentis) tota jactaris in Urbe ;  
 Dum tua præterito facta pudore refers.  
 Tempus erat thyrsos pulsum graviore moveri :  
 Cessatum satis est ; incipe majus opus.  
 Materia premis ingenium : cane facta virorum : 25  
 Hæc animo, dices, area digna meo est.  
 Quod teneræ cantent, lusit tua Musa, puellæ ;  
 Primaque per numeros acta juvenia suos.  
 Nunc habeam per te Romana Tragoedia nomen :  
 Implebit leges spiritus iste meas. 30

*guens poeta materiae tuae! Ebriosa convivia prædicant tuam lasciviam. Compita divisa in multas vias prædicant. Sæpe aliquis te digito indicat poetam prætereuntem; et dicit, Hic ille est, quem violentus amor torret. Circumfereris (nec tibi compertum) fabula per totam urbem; dum memoras tua furta pudore omisso. Tempus erat te thyrsos tactum majore agitari. Satis est desitum: molire majus opus. Deprimis ingenium argumento: celebra gesta virorum: hic campus, confiteberis, dignus est meo spiritu. Musa tua scripsit, quod molles puella canant; et prima juvenus transvecta per versus ætati respondentes. Nunc ego Tragoedia Romana famam consequar per te: isti animi sufficient meis legibus. Hactenus; et vincita*

//////////

*inquit, quis: D. Et prior hæc, Quis erit.—20 Al. urget Amor.—22 Nonnulli codd. tua postposito, præterito, neglecto, et similia. Pro facta Heins. furta.—23 Al. dudum graviore.—25 Barb. et Fr. facta priorum: Sc. facta potentum.—26 P. area facta tuo: Jun. area grata.—28 Al. apta juvenia.—29 Al. habeat:*

#### NOTÆ

bere desines?

16 *Argumenti*] *Materiae*, Amoris scilicet, et eorum omnium, quæ ad eum referuntur.

17 *Nequitiam*] Amores et lasciviam.

18 *Compita*] Pro iis qui in quadrivis versantur et otiantur.

19 *Vatem*] Te, scilicet Naso.

21 *Fabula*] Id est, qui fabulis et hominum variis sermonibus materiam præbeas.

22 *Præterito*] Neglecto, postposito.

23 *Thyrso*] Thyrsus gestamen est Bacchi, seu hasta bederis involuta;

quæ hic pro Bacchico et Poëtico furore posita est.

24 *Majus*] Quam sunt, quæ scribis, amatoria.

25 *Materia*] Levi scilicet qua deprimitur ingenium, si Tragoediæ fides.

26 *Area*] Metaphora a gladiatoribus: quasi dicat, Hæc digna sunt, in quibus ingenii mei sublimitatem experiar.

28 *Suos*] Elegos scilicet leviores, et juvenia accommodatiora.

30 *Leges*] Quænam sint ex materia quibus conjiciat, alii dixerunt. Sub-

Hactenus: et movit pietis innixa cothurnis

Densum cæsarie terque quaterque caput.

Altera (si memini) limis subrisit ocellis.

Fallor, an in dextra myrtea virga fuit?

Quid gravibus verbis, animosa Tragœdia, dixit, 35

Me premis? an nunquam non gravis esse potes?

Imparibus tamen es numeris dignata moveri.

In me pugnasti versibus usa meis.

Non ego contulerim sublimia carmina nostris:

Obruit exiguas regia vestra fores. 40

Sum levis; et mecum levis est, mea cura, Cupido:

Non sum materia fortior ipsa mea.

*pictis cothurnis ter quaterque caput agitavit spissum capillis. Altera (si recorder) subrisit obliquis oculis. Decipior, an virga myrtea fuit in dextra manu? Quam-obrem, inquit, vehemens Tragœdia, me urges dictis magnificis? An nunquam non potes esse superba? Attamen non verita es procedere modis inæqualibus. In me invecta es, usa meis carminibus. Ego non comparaverim versus heroicis nostris. Palatia vestra opprimunt parvas domos. Sum levis; et Cupido, mea cura, mecum*

Sc. *Hinc habeam.*—31 Prima ed. cum Sa. et decem al. *picto innexa cothurno.*—33 Edd. vett. Sa. et duo al. *nam memini.* Ed. Bersm. *obrisit.*—35 Fr. *trucibus verbis.*—36 Barb. *Me petis.*—40 Multi ex scriptis *obruet: duo obruat.* Edd. quædam prisæ, item Gryph. et Bersm. et cod. V. cum al. *regia rusta: duo*

#### NOTÆ

limitate vero præsertim ad eas im-  
plendas opus est.

*Iste]* Tuus, scil. o Naso. Non in-  
epte sane sibi adblanditur.

31 *Movit]* Concussit. Quod Tragœ-  
diæ dignitati non incongruum.

33 *Altera]* Elegeia, scil.

*Limis]* Quod est lasciviæ; unde  
pætis oculis Vennis pingitur.

*Subrisit]* Ingeniosissime istud; et  
ex quo Poëtæ phantasiam cognoscere  
possis.

34 *Myrtea]* Scilicet, Veneri sacra  
myrtus.

35 *Gravibus]* Severis; molestis.  
Alludit ad Tragœdiæ dignitatem.

*Animosa]* Elata; vehemens, iracun-  
da.

36 *Gravis]* Molestam sibi fuisse  
Tragœdiam, ad vocis variam signifi-

cationem, et Tragœdiæ naturam, al-  
ludens Elegeia innuit.

37 *Imparibus]* Nimirum Elegis lo-  
quentem Tragœdiam supra induxit  
Poëta.

*Moveri]* Hoc est, dignata est Tra-  
gœdia in loquendo carminibus uti  
Elegiacis.

38 *Meis]* Elegis, scil.

39 *Non ego contulerim]* Hoc dicit,  
quasi in potiori sit conditione, Ele-  
geia, quæ Tragœdiæ versibus uti sibi  
indecorum ducatur; cum Tragœdia  
Elegos se indignos non credat.

40 *Exiguas]* Quales in amatoriiis  
describuntur.

*Regia]* Ad palatia alludit, quæ in  
Tragœdiis conspiciuntur.

41 *Levis]* Ad Amoris levitatem et  
inconstantiam alludit.

Rustica fit sine me lascivi mater Amoris :

Huic ego proveni lena comesque Deæ.

Quam tu non poteris duro reserare cothurno, 45

Hæc est blanditiis janua laxa meis.

Et tamen emerui plus, quam tu, posse, ferendo

Multa, supercilio non patienda tuo.

Per me decepto didicit custode Corinna

Liminis astricti sollicitare fidem; 50

Delabique toro tunica velata recincta;

Atque impercussos nocte movere pedes.

Vel quoties foribus duris incisa pependi,

Non verita a populo prætereunte legi!

Quin ego me memini, dum custos sævus abiret, 55

Ancillæ missam delituisse sinu.

Quid? cum me munus natali mittis? at illa

Rumpit, et apposita barbara mersit aqua?

*est levis: ego non sum major meo argumento. Mater amoris luxuriosi fit agrestis sine me. Ego nata sum conciliatrix et comes huic Deæ. Ostium, quod tu non poteris aperire sævo cothurno, illud est apertum meis illecebris. Et tamen merita sum majorem habere potestatem quam tu, tolerando multa non ferenda tuæ severitati. Corinna didicit per me labefacturæ fidem ostiis obserati, custode eluso; et desilire lecto tecta tunica soluta; et nocte ferre pedes inoffensos. Vel quoties pependi affixa crudeli januæ, non timens legi a populo transeunte! Quin ego recordor, me missam lutitasse in sinu famulæ, donec severus custos discederet. Quid, cum mittis me donum die natali? at illa laceravit, et crudelis obruit aqua admota?*

//////////

codd. pro div. lect. janua vestra.—43 Al. Rustica sit.—45 P. cum al. et edd. quidam poteris.—50 Al. obstricti: ed. Gryph. et Bersm. obstructi. P. Pal. optimus, Fr. et sex al. fidem: vulgo forem.—51 Ma. alter cum al. velata soluta.—52 Heins. Atque impercussos.—53 Vel quoties P. et optimus Pal. vulgo Ah quoties. Sa. et duo al. illisa pependi: nonnulli concisa, illusa, infixæ, concussa.—55 D. Quin etiam mem.—56 Alter Ma. Ancillæ missæ. Quidam Ancillæ miserum, unde Heins. conj. mersam.—57 Mittis P. et chartac. Heins. vulgo misit.

#### NOTÆ

43 Mater] Venus.

44 Proveni] Nata sum.

Lena] Laus vero egregia.

45 Cothurno] Severo carmine.

47 Tamen] Quanquam levis sim.

Ferendo] Istud certe ingeniosissimum et verum.

48 Supercilio] Severitati.

Non patienda] Reges vero in Tragœ-

dia nec reginas deceret, quæ mediocris fortunæ homines faciunt.

51 Delabi] Ex mariti lecto se sensim surripere, ut ad Nasonem commearet.

52 Impercussos] Illæsos: qui in nullum officiculum impingant.

53 Vel] Augendi vim habet hoc loco hæc particula.

Prima tuæ movi felicia semina mentis :

Munus habet, quod te jam petit, ista meum. 60

Desierant; cœpi : Per vos utramque rogamus,

In vacuas aures verba timentis eant.

Altera me sceptro decoras, altoque cothurno :

(Jam nunc contacto magnus in ore sonor.)

Altera das nostro victurum nomen amori : 65

Ergo ades, et longis versibus adde breves.

Exiguum vati concede, Tragœdia, tempus.

Tu labor æternus : quod petit illa, breve est.

*Prima excitavi fecunda semina tui ingenii. Donum est meum, quod ista jam te cupit. Finem fecerant; occæpi: Oranus per vos utramque, voces metuentis descendant in aures benignas. Altera me sceptro cohonestas, et sublimi cothurno: jam nunc celebror magnus in ore afflato. Altera præbes gloriam immortalem nostro amori. Ergo faveas, et adjice versus breves prolixis. Tragœdia, præbe breve spatium poëtæ. Tu es labor immortalis; quod illa petit, exiguum est. Per mota*

~~~~~

—58 *Rumpit* P. et unus Mor. vulgo *Rupit*.—61 Vulg. *desierat*. Alii *utrasque*.—62 *Aures* P. Pal. 3. et prima ed. vulgo *auras*.—64 *Contacto ore* P. et optimus Pal. cum Exc. Scal. item Fr. Mor. et Jun. Alii *contracto orbe, contacto orbe, cantato ore*. Alter Pol. *in toto multus ut orbe*. Apr. *orbe canor: quatuordecim orbe sonus: Scr. tota magnus in urbe sonus: Pal. 3. in ore sinus*.

#### NOTE

*Pependi*] Appositis, scil. ad amicæ fores, ab amatoribus, Elegis.

57 *Mittis*] Nasonem alloquitur, qui Elegos amicæ die natali mittere solitus erat. Muneribus vero natali die amicis gratulari ad nos usque mos manavit.

59 *Movi*] Hoc adeo intelligitur primo in scribendis elegis sese Nasonem exercuisse.

*Semina*] Vim innatam cuique intelligit, quam igniculorum nomine designat Cicero. Semina vero scientiæ et virtutis, non scientiam nec virtutem dedit natura.

60 *Munus habet*] Beneficio meo est: donum est meum. Hoc dicit, quia ab Elegeia cultum Poëtæ ingenium; quod nisi ita fuisset, Tragœdia eum non requisivisset.

*Petit*] Requirit: sibi expetit; ut ejus heroica scribas.

*Ista*] Tragœdia, scil. non sine contentu.

61 *Desierant*] Finem dicendi fecerant, Tragœdia, scil. et Elegeia.

*Cæpi*] Eas alloqui, scil.

62 *Vacuas*] Quas nec ira nec alius affectus præpediverit.

*Timentis*] Quia inter Deas judicandum, et illis obsequendum.

63 *Altera*] Tragœdia, scil.

64 *Contacto*] Id est, afflato. Nam scripserat Poëtæ Medeam Tragœdiam.

*Sonor*] *Dicor*.

65 *Altera*] Elegeia, scil.

*Das*] Quia versibus elegiacis suos amores scripsit.

66 *Longis*] Elegia versibus Hexametris longis et Pentametris uno pede brevioribus constat.

68 *Tu labor æternus*] Honesta oratio. Quandoquidem pauca petit E-

Mota dedit veniam: teneri properentur amores,

Dum vacat: a tergo grandius urget opus.

70

*Tragœdia concessit: molles amores accelerentur, dum datur: opus majus me premit a tergo.*

## NOTE

legeia, postulat ratio ne expectet dum longis et æternis Tragœdiæ satisfactum sit.

69 *Mota*] Rationibus ad votum meum perducta, Tragœdia, scil.

*Dedit veniam*] Non repugnavit quin prius elegias scriberem.

*Properentur*] Celeriter describantur. Se ipsum hortatur Poëta; atque sibi

argumentum præscribit, non sine laude tacita.

*Amores*] Quævis amatoria intellige, quæ porro scribere Poëta instituit.

70 *Grandius*] Certe vero hæc posteriores elegiæ prioribus longiores sunt et pulchriores: quanquam de Metamorphosi hic agi non de Elegiis, quod alii voluerunt, maxime crediderim.

---

## ELEGIA II.

*Ad amicam, cursum equorum spectantem.*

NON ego nobilium sedeo studiosus equorum:

Cui tamen ipsa faves, vincat ut ille precor.

Ut loquerer tecum veni, tecumque sederem;

Ne tibi non notus, quem facis, esset amor.

*Ego non adsum amator equorum nobilium; attamen opto, ut ille superet, cui ipsa studes. Accessi ut tecum fabularer, et tecum sederem; ne amor, quem moves, tibi*

//////////

1 *Sedeo studiosus* uterque P. Barb. et quatuor al. vulgo *sedeo spectator*, vel

## NOTE

1 *Sedeo*] Sedebant vero, qui ludos in Circo spectabant. Interim per *Sedere*, adesse simpliciter intelligendum est.

*Equorum*] Id est, ludorum qui equis, in Circo, celebrabantur.

2 *Faves*] Scilicet in factiones divisi

et coloribus distincti erant decurrentes, certantes, et aurigantes; quibus a diversis diverse favebatur.

3 *Ut loquerer*] Hæc et præcedentibus similia amantibus præcipit Poëta in suis artibus.



Tu cursus spectas, ego te: spectemus uterque 5  
 Quod juvat, atque oculos pascat uterque suos.  
 O, cuicumque faves, felix agitator equorum!  
 Ergo illi curæ contigit esse tuæ;  
 Hoc mihi contingat; sacro de carcere missis  
 Insistam forti mente vehendus equis. 10  
 Et modo lora dabo; modo verberare terga notabo:  
 Nunc stringam metas interiore rota.  
 Si mihi currenti fueris conspecta, morabor;  
 Deque meis manibus lora remissa fluent.

*esset incognitus. Tu spectas certamina, ego te: uterque spectemus quod placet, et uterque pascat oculos suos. O beatus domitor equorum, cuicumque studes! Ergo illi evenit esse curæ tuæ? Hoc mihi eveniat; insidebo obfirmato animo ferendus equis emissis de sacris carceribus. Et modo habenas laxabo; modo signabo terga scutica; nunc radam metas rota interiore. Si fueris visa mihi currenti, consistam;*

*venio spectator.—5 Cursus P. vulgo cursum. P. spectas cum melior. vulgo spectes.—6 Juvat Mor. tertius, Ed. pr. Gryph. et Bersm. vulgo jurat.—8 Jun. Ergo illum. Mor. cum quatuor al. et prima ed. esse meæ.—9 Mor. 2. Si mihi; 3. Hæc si contingant.—14 P. unus et quidam al. remissa cadent.—15 At quam*

## NOTE

6 *Pascat*] Oculos suos pascere dicitur, qui aliquid cum voluptate intuetur.

7 *Felix*] Non tam, felicem illum cui faveat puella, quam ingeniose se ejus favorem dicit optare.

8 *Ergo*] Dolorem habet hæc vocula; ut ipse intelligatur Poëta puellæ curæ esse concupivisse.

*Curæ*] Tertii casus. Est mihi curæ, id est, curo.

9 *Contingat*] Optantis est: quasi dicat, Quanquam non sum agitator, nec equorum domitor, tamen, si tu mihi faveres, omnia possem exequi.

*Sacro*] Soli vero Circus sacer fuit; atque in honorem Cereris ludos editos constat.

*Carcere*] Plurali numero usitatus dicebatur locus, ubi equi coercerentur, donec currendi signum datum esset.

11 *Et modo*] Hæc vero sunt periti agitatoris.

*Lora dabo*] Habenas laxabo, fræna remittam.

12 *Stringam*] Radam; et proxime currendo accedam. In eo vero ars maxima posita erat, ut qui ad curule certamen descenderat, currus sui rotam interiorem currendo circum metas ita inflecteret, ut ne tamen in eas cum maximo periculo impingeret.

*Metas*] Moles erant in acutum desinentes; quas circum currus agitabantur; quibus itemque curriculi spatium definiebatur.

*Interiore*] Metæ propinquior rota; cujus motu brevior circuitus describitur, qui interior dicitur.

14 *Fluent*] Hoc dicit, quasi puellæ pulchritudine stupidus, habenas retinere non possit.

Ah quam pæne Pelops Pisæa concidit hasta, 15  
 Dum spectat vultus, Hippodamia, tuos !  
 Nempe favore suæ vicit tamen ille puellæ :  
 Vincamus dominæ quisque favore suæ.  
 Quid frustra refugis ? cogit nos linea jungi :  
 Hæc in lege loci commoda Circus habet. 20  
 Tu tamen, a dextra quicumque es, parce puellæ :  
 Contactu lateris læditur ista tui.  
 Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura,  
 Si pudor est, rigido nec preme terga genu.

*et habenæ elapsæ ex meīs manibus cadent. Ah quam fere Pelops afflictus est hasta Pisæa, dum spectat tuam faciem, Hippodamia! Nimirum ille tamen victor fuit studio suæ puellæ. Victoria potiamur omnes studio suæ dominæ. Quamobrem incassum recusas? linea cogit nos tangi. Circus habet hanc utilitatem ex lege loci. Tu tamen, quicumque assides a dextra, indulge puellæ. Illa offenditur contactu lateris tui. Tu etiam, qui spectas pone nos, retruhe tuos pedes, si pudor est, nec*

P. Me. et N. *Pisæa hasta* P. Barb. et duo alii : vulgo *Pisæo axe*.—20 Tres scripti et multi edd. *ex lege*.—24 Vulg. *ne preme*. P. et Arund. *terga manu*.

## NOTE

15 *Ah quam*] Vide, quæso, quam amatorie Pelopi affingit quod ipse fecisset; quamque ingeniose ad suum commodum singula venatur.

*Pelops*] De eo Tantali filio, jam sæpe vidimus.

*Pisæa*] (Enomai Pisæi, a Pisa Arcadiæ oppido, juxta Alpheum amnem, ubi regnavit ille, sic dicti. Alii habent *Pisæo axe*: ut per axem, tropice currus (Enomai intelligatur.

*Concidit*] Interfectus fuit. Fabula vero est, (Enomaum, cum eo tempore periturum se oraculo didicisset, quo Hippodamia filia nuberet, ut in perpetua virginitate servaretur, ejus conubium, multis eam petentibus ea lege pollicitum esse, ut secum curule certamen inirent, in quo victos quos ipse assequeretur hasta sua confoderet. Quem (Enomaum Pelops, corrupto auriga Myrtilo, vicit.

16 *Dum spectat*] Quasi omnia illum contemnere et negligere dicat, cui

amore correpto dominam suam spectare contigit.

17 *Nempe*] Ex eorum opinione loquitur Poëta, qui ab Hippodamia conjugium appetente corruptum fuisse Myrtilum aurigam putaverunt.

19 *Refugis*] Fingas licet Poëtam dominæ assidentem, non sine amoris indicio eam pressisse, quæ, ut puellarum mos est, sese ab ipso sejungeret.

*Linea*] Sedilium dispositio in Circo, ubi quidem se tangi inepte quispiam queri videatur.

20 *Lege loci*] Ubi necesse est quam proxime alios aliis assidere.

*Commoda*] Proxime esse.

*Circus*] Spatium erat in oblongum circum, ubi spectaculis ædificatis, populus ludos spectabat. Unus fuit Circus maximus; atque insuper nonnulli alii.

21 *Tu tamen*] Fingitur istud amatorie, quasi puellæ caveat, qui alii in-

- Sed nimium demissa jacent tibi pallia terræ. 25  
 Collige; vel digitis en ego tollo meis.  
 Invida vestis eras, quæ tam bona crura tegebas :  
 Quoque magis spectes, invida vestis eras.  
 Talia Milanion Atalantes crura fugacis  
 Optavit manibus sustinuisse suis. 30  
 Talia succinctæ pinguntur crura Dianæ,  
 Cum sequitur fortes, fortior ipsa, feras.  
 His ego non visis arsi; quid fiet ab istis?  
 In flammam flammæ, in mare fundis aquas.  
 Suspisor ex istis et cetera posse placere, 35  
 Quæ bene sub tenui condita veste latent.  
 Vis tamen interea faciles arcessere ventos,  
 Quos faciat nostra mota tabella manu?  
 An magis hic meus est animi, non aëris, æstus,  
 Captaque fœmineus pectora torret amor? 40  
 Dum loquor, alba nigro sparsa est tibi pulvere vestis.  
 Sordide de niveo corpore pulvis abi.

*urge terga duro genu. Sed tunicæ tibi jacent nimium humi depressæ. Tolle; vel ecce ego colligo meis digitis. Eras amictus lividus, qui velabas tam pulchra crura: et quo magis aspicias, eras amictus lividus. Milanion cupivit tenuisse manibus suis talia crura velocis Atalantæ. Talia pinguntur crura Dianæ expeditæ, cum persequitur feras validas, ipsa validior. Ego flagravi his nondum visis; quid futurum est ab istis visis? Immittis ignes in ignem, aquas in æquor. Conjectio ex istis reliqua posse etiam grata esse, quæ bene latent occultata sub levi amictu. Vis tamen interea accire leves auras, quas flabella agitata manu nostra moveant? An hic meus ardor magis est pectoris, non aëris, et amor puellaris urit cor incensum? Dum verba facio, amictus candidus est tibi conspersus tenui pulvere. Turpis pulvis, dis-*

—25 Alii *dimissa...terra*. Vulgo *tua pallia*.—28 Tres Heins. *magis pecces*.—29 Alii corrupte *Mimalion*, *Melanion*, et *Minalion*. Vulgo etiam legitur *Atalantæ*, vel *Atalantis*.—31 Sa. *pinguntur crura*.—37 Al. *tenues ventos*: Scr. *teneros*. Pal. 1. et al. *accedere ventos*.—38 Al. *faciet*. Al. *faciant nostra m. flabella*. Ed. Bersm. *flagella*.—41 Al. *Dum tamen*. Scr. *ista nigro*: P. cum Exc. Scal.

## NOTE

- videt, quod ipsam tangat: atque istud totum est, ut sibi gratiam conciliet.  
 24 *Terga*] Puellæ, scil.  
 29 *Talia*] Pulcherrima scil. qualia habuisse fingitur Atalanta Arcadica, quam perdit amasse dicitur hic Milanion.  
 30 *Fugacis*] *Cursu velocis*.  
 30 *Sustinuisse*] Obscœna honeste loquitur.  
 31 *Succinctæ*] Ut Deam venatricem decet.  
 34 *In flammam*] Proverbiali forma, se amore furentem, visis dominæ cruribus, dicit accendi.  
 40 *Fœmineus*] A fœmina te, scilicet

Sed jam pompa venit: linguis animisque favete.

Tempus adest plausus: aurea pompa venit.

Prima loco fertur passis Victoria pennis: 45

Huc ades; et meus hic fac, Dea, vincat amor.

Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis:

Nil mihi cum pelago; me mea terra capit.

Plaude tuo, miles, Marti; nos odimus arma:

Pax juvat, et media Pace repertus Amor. 50

Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsit:

Artifices in te verte, Minerva, manus.

Ruricolæ Cereri, teneroque assurgite Baccho:

Pollucem pugiles, Castora placet eques.

*cede a candido corpore. Sed jam pompa accedit: favete linguis et mente. Tempus advenit plausus: pompa magnifica accedit. Victoria prima transvehitur pennis explicitis: huc accede, et perfice, Dea, hic meus amor vincat. Favete Neptuno, qui nimis confiditis mari. Nihil mihi cum æquore; terra mea me tenet. Miles, jave tuo Marti; nos odio habemus arma. Pax prodest, et amor inventus pace media. Phæbus faveat vatibus, Phæbe venatoribus: Minerva, converte in te doctas manus. Agricolæ honorate Cererem, et mollem Bacchum: pugiles sibi concilient*

.....

et Pol. alba levi: multi alba brevi. Pal. alter alba tibi respersa est.—45 Passis P. Sa. Arund. et quinque alii: vulgo sparsis.—46 Alii, ades atque meus.—48 Al. terra tenet.—51 Me. venatibus adsis.—53 Alii Agricolæ Cereri. Pro te

#### NOTE

cet, proveniens.

43 *Pompa*] Pompa in his ludis dicebatur ordo eorum, qui præcedentes Deorum imagines circumferebant, itemque clarorum virorum statuas, quas matronæ carpentis vectæ sequebantur, &c.

*Linguis*] Quod ad verba et omina.

*Animisque*] Quod ad cogitationes refertur.

44 *Plausus*] Qui favoris et lætitiæ signum est.

*Aurea*] Pulchra.

45 *Victoria*] Victoriæ simulacrum.

*Pennis*] Scilicet propter levitatem et inconstantiam alata fingi debuit Victoria.

46 *Huc ades*] Quasi dicat, Mihi amanti faveas.

47 *Neptuno*] Deus est, cui in divi-

sione orbis, maris obtigit imperium: cujus et in Circensibus simulacrum ferebatur.

*Nimium*] Tacite, quod aperte alicubi Horatius, navigandi studium damnat.

49 *Tuo*] Quem sequeris et amas; cujusque simulacrum in pompa vides.

51 *Phæbe*] Luna, quæ et Diana, est Phœbi soror, et venationis Dea.

52 *Artifices*] Plaudant tibi, artium inventori, qui illis sunt dediti.

53 *Cereri*] Quæ frugum Dea fingitur.

*Tenero*] Qui puer obesulus pingitur.

*Assurgite*] Honoris causa.

54 *Pollucem*] Ledæ ex Jove filium, qui pugil fuit insignis, et pugnis gaudens, ut loquitur Horatius.

*Castora*] Pollucis fratrem, Tindaro

- Nos tibi, blanda Venus, puerisque potentibus arcu 55  
 Plaudimus: inceptis annue, Diva, meis.  
 Daque novæ mentem dominæ, patiatur amari.  
 Annuit; et motu signa secunda dedit.  
 Quod Dea promisit, promittas ipsa rogamus.  
 Pace loquar Veneris; tu Dea major eris. 60  
 Per tibi tot juro testes, pompamque Deorum,  
 Te dominam nobis tempus in omne peti.  
 Sed pendent tibi crura; potes, si forte juvabit,  
 Cancellis primos inseruisse pedes.  
 Maxima jam vacuo Prætor spectacula Circo, 65  
 Quadrijuges æquo carcere misit equos.

*Pollucem; eques Castorem. Nos tibi favemus, Venus suavis, et pueris arcu præstantibus: Diva, fave meis ausibus; flecte animum novæ Dominæ, ut se sinat amari. Assentita est; et nutu indicia fecit propitia. Oramus, ipsa pollicearis, quod Dea pollicita est. Cum venia dicam Veneris; tu eris major Dea. Juro tibi per tot arbitros, et pompam Deorum, te dominam nobis expeti in omne ævum. Sed crura tibi pendent; potes, si forte proderit, immisisse extremos pedes clatris. Jam prætor, Circo inani, emisit equos quadrijuges*

*neroq. Francius plenoq.—55 Puerisque pot. arcu P. vulgo puerique pot. armis.—56 In quibusdam pandimus.—57 Alii novam mentem. Quidam dominæ, ut.—60 Al. loquor. Fr. tu mihi major.—61 Al. Per superos juro.—62 Al. in omne fore.—64 P. Mor. et tredecim al. imposuisse pedes.—65 Al. vacuo præco.—*

## NOTÆ

satum, equis gaudentem, ut ait idem Horatius.

55 *Puerisque*] Amoribus, scil. Veneris comitibus.

57 *Novæ*] Multi habent *novam*: quod maxime placet. Neque vero opus fuit Poëtæ sese levem apud amicum profiteri, qui in dies novis amoribus uretur.

*Mentem*] Animum, voluntatem.

58 *Annuit*] Quod signum est favoris et benevolentiae.

*Motu*] Capitis nutu.

60 *Pace loquar*] Ejusmodi utimur parenthesi, cum aliquem oratio nostra videtur lædere.

64 *Cancellis*] Cancelli seu clatri dicuntur ligna aut ferramenta in modum retis, aut aliter etiam, compacta, qui  
*Delph. et Var. Clas.*

bus scenæ, tribunalia, &c. clauduntur.

*Primos*] Primas partes.

*Inseruisse*] Imposuisse: sed magis proprie dixit.

65 *Maxima*] Præcipua: quorum gratia alia erant.

*Vacuo*] Antequam vero e carceribus equi emitterentur, omnes opus fuit e Circo decederent, ne currentibus impedimento essent.

*Prætor*] Cujus officium erat ludis etiam præesse. Intelligendum est Prætoris jussu tuba currenti signum datum fuisse.

66 *Quadrijuges*] Quadrigis vero etiam in his ludis Circensibus utebantur.

*Æquo carcere*] Pro Æqualibus carceribus.  
*Ovid.* 2 L

Cui studeas, video ; vincet, cuicumque favebis.

Quid cupias, ipsi scire videntur equi.

Me miserum ! metam spatioso circuit orbe.

Quid facis ? admoto proximus axe subit. 70

Quid facis, infelix ? perdis bona vota puellæ.

Tende precor valida lora sinistra manu.

Favimus ignavo : sed enim revocate, Quirites ;

Et date jactatis undique signa togis.

En revocant : at, ne turbet toga mota capillos, 75

In nostros abdas te licet usque sinus.

Jamque patent iterum reserato carcere postes :

Evolat admissis discolor agmen equis.

*præcipua spectacula æqualibus carceribus. Video, cui faveas : superabit, cuicumque studebis. Ipsi equi videntur nosse quid optes. Me infelicem ! circuit metam vasto ambitu. Quid agis ? proximus accede rota admota. Quid agis, miser ? corrumpis bona vota puellæ. Attrahe, queso, strenua manu habenas sinistras. Studuimus inertis ; sed enim, Quirites, repetite ; et indicia facite undique togis agitatis. Ecce repetunt : at ne toga agitata confundat crines, licet te abscondas penitus in nostrum gremium. Jamque iterum aperti sunt postes carceribus resolutis. Dis-*

\*\*\*\*\*

66 *Quadrijugos* P. duo Mor. alique multi.—67 Al. *Cui faveas*.—68 Vulg. *Quod cupias* : D. *Quæ cup*.—70 *Subit* meliores : al. *subi*.—71 Heins. *prodis bona v*.—72 Unus Me. *flecte precor*.—73 Vulgo *sed eum*.—78 Al. *Et volat adm*.

#### NOTÆ

eribus.

69 *Me miserum*] Dolet Poëta, quod ille, cui favere puella videbatur, non bene curreret.

*Spatioso*] Id vero in hoc genere certaminis industriæ et laboris fuit, ut proxime metam agitator currum inflecteret, ut ne tamen in eam impingeret.

70 *Quid facis*] Verba sunt Poëtæ ad agitatore[m] illum, cui favere puellam cognoverat, quasi voce sua illum adjuvare posset. Quæ omnia ideo a Poëtâ finguntur, ut erga amicam studium et amorem suum declaret.

*Admoto*] Nimum intellige ; quo rota frangatur.

72 *Sinistra*] Ut equi, qui nimum in dextram partem et metam inclinant, ad sinistram reducantur.

73 *Favimus*] Non sine adulatione, obiter, ut puellæ benevolentiam sibi conciliet, se ei favisse testatur cui favere ipsam animadverterat.

*Sed enim*] Corrigit, quod victum confessus erat eum cui favisse puellam cognoverat : quasi in ejus gratiam cursum aut certamen iterare oportuerit : quæ omnia ad puellæ gratiam promerendam comparata sunt.

74 *Jactatis*] Togarum enim jactatio signum erat revocationis.

*Signa*] Revocationis, scil.

75 *Togu*] Romanorum, scil. qui togæ jactatione revocationis signum dabant.

77 *Iterum*] In puellæ gratiam revocatos fuisse aurigantes et certantes Poëta fingit.

*Reserato*] Apertis, ut emittantur

Nunc saltem supera, spatioque insurge patenti :

Sint mea, sint dominæ fac rata vota meæ.

80

Sunt dominæ rata vota meæ ; mea vota supersunt.

Ille tenet palmam ; palma petenda mihi est.

Risit, et argutis quiddam promisit ocellis.

Hoc satis hic : alio cetera redde loco.

*color agmen prorumpit equis incitatis. Nunc saltem vince, et incumbe campo aperto. Fac vota mea et Dominæ meæ sint firma. Sunt firma vota dominæ meæ : mea vota restant. Ille habet palmam : palma mihi quærenda est. Risit et pollicita est quiddam oculis disertis. Hoc satis hic : da reliqua alio loco.*

Jnn. et tres al. *Et volat emissis*: Pal. *Advolat amissis*.—79 Pal. *unus saltem propera*.—80 In quibusdam legitur *Sint mea, fac dominæ sint rata vota meæ*.—82 *Vulgo mea est*.—84 Al. *Hoc satis est* : duo Heins. *Hæc satis hic*.

## NOTE

equi, carceribus.

78 *Evolat*] Id est, Tam velociter currit, ut volare videatur.

*Discolor*] In factiones quatuor divisi erant aurigantes, coloribus variis, Veneto seu cœruleo, Prasino seu viridi, Albo, et Roseo, per respectum ad anni tempestates, Elementa, aut etiam Deos, pro varia superstitione distincti: quibus factionibus duas aurati purpureique panni Domitianus addidit.

79 *Supera*] Reliquos vince. Agitatorum cui favebat puella perinde compellat Poëta, ac si ille audiret, aut verba sua aliquid ad victoriam conferrent: idque totum in puellæ gratiam.

*Insurge*] Profecto mire expressit:

ut Poëtæ contentionem, et equorum currentium conatum cernere videamur. Ceterum notandum est, populum Romanum, immo et Imperatores ipsos, eoque pro ea factione tuenda, cui addicti fuissent, insanivisse, ut inde cædes multæ ortæ fuerint.

81 *Sunt dominæ*] Victorem videbat eum agitatorum, cui favebat puella.

*Mea*] Quæ sunt, ut mihi in amore meo faveat puella.

82 *Palmam*] Quæ victoriæ signum.

83 *Risit*] Puella, scilicet, ut Poëtæ votis annuere intelligatur.

*Argutis*] Quasi acute animi affectum declarantibus.

84 *Hoc satis*] De puellæ nutu loquitur.

*Hic*] In Circo.

## ELEGIA III.

*De amica, quæ pejeraverat.*

ESSE Deos, i, crede: fidem jurata fefellit;  
 Et facies illi, quæ fuit ante, manet.  
 Quam longos habuit nondum jurata capillos,  
 Tam longos, postquam numina lusit, habet.  
 Candida candorem roseo suffusa rubore 5  
 Ante stetit; niveo lucet in ore rubor.  
 Pes erat exiguus; pedis est aptissima forma.  
 Longa decensque fuit; longa decensque manet.  
 Argutos habuit, radiant ut sidus, ocellos;  
 Per quos mentita est perfida sæpe mihi. 10

*Abi, crede Deos esse: jurata pejeravit; et vultus, quæ fuit prius, illi permanet. Perjura gerit tam prolixam comam, postquam fefellit Deos, quam habuit prolixam nondum perjura. Ante fuit nivea suffusum habens nitorem rubore roseo; rubor nitet in ore candido. Pes erat parvus; pedis figura est brevissima. Procera fuit, et decora; procera et decora permanet. Habuit oculos coruscantes, per quos perfida sæpe mihi est mentita; quasi Sol essent, micant. Nimirum Dii quoque permit-*

//////////

1 *I, crede* scribit Heins. quia in P. et optimo Pal. est hic *crede*: vulgo *credamne*. Al. *perjura fefellit*.—3 Al. *nondum perjura*.—4 *Lusit* quinque Heins. cum Exc. I. vulgo *læsit*.—6 *Stetit* Pol. vulgo *fuit*.—7 Al. *arctissima forma*.—

## NOTE

1 *I, crede*] Similis est argumenti Ode apud Horatium lib. II. Carminum.

*Fidem fefellit*] Pejeravit.

2 *Facies*] Non deformata est, nec ullo modo ob perjurium punita.

3 *Longos*] Nempe etiam ad pulchritudinem faciunt prolixæ capilli.

4 *Lusit*] Alii *læsit*. Luduntur vero et læduntur Dii, quorum numen pejerando contemnitur.

5 *Suffusa*] Id est, Suffusum habens candorem. Græcismus.

6 *Niveo*] Non minus rubor in ore candido post perjurium enitescit.

8 *Longa decensque*] Longa cum decore: quod rarum.

9 *Argutos*] Micantes; radiantes.

10 *Per quos*] Per oculos suos jurabant etiam puellæ: quod ex Tibullo liquet.



Scilicet æterno falsum jurare puellis

Di quoque concedunt; formaque numen habet.

Perque suos illam nuper jurasse recordor,

Perque meos oculos; et doluere mei.

Dicite, Di; si vos impune fefellerit illa,

15

Alterius meritis cur ego damna tuli?

At non invidiæ vobis Cepheia virgo est,

Pro male formosa jussa parente mori.

Non satis est, quod vos habui sine pondere testes,

Et mecum lusus ridet inulta Deos;

20

Ut sua per nostram redimat perjuriam pœnam,

Victima deceptus decipientis ero?

Aut sine re nomen Deus est, frustra que timetur,

Et stulta populos credulitate movet;

*tunt puellis semper pejerare; et pulchritudo habet numen. Et memini illam nuper jurasse per suos et meos oculos; et mei doluerunt. Loquimini, Dii; si vos illa inulta deceperit, quamobrem ego dispendia passus sum admissis alterius? At virgo Cepheia, coacta obire pro male pulchra matre, non est vobis invidia. Non sufficit, quod vos habui arbitros nullius momenti, et impune irridet Deos mecum deceptos; ut exsolvat perjuriam per nostrum supplicium, ego delusus ero victima deludentis? Aut Deus est nomen sine re, et incassum reformidatur; et percellit populos inepta*

11 *Æterno* prima ed. cum P. Pal. optimo, et sex al. vulgo *æterni*: duo *æternum*.—13 Pal. et sex al. *jurare recordor*.—14 Pal. alter cum decem al. et prima ed. *en doluere*.—15 Meliores codd. *fefellerat*.—16 Optimus Pal. et unus Mor. *meriti*.—19 Al. *habuit*.—20 Tres scripti et edd. *prisæ læsos Deos*:

## NOTE

12 *Numen habet*] Habet jus et potestatem; quasi in Diis esset, et Dea, cui Dii ipsi obsequantur.

14 *Doluere mei*] Quasi ex puellæ perjurio hic dolor provenerit.

16 *Damnu*] Oculorum dolorem, scil.

17 *At non*] Ironia est; quasi jam satis magnam dicat in Deos flagrare invidiam ob Andromedem injuste punitam; ut nihil necesse sit insuper ipsum ob puellæ male facta torquere.

*Cepheia*] Andromeda est Cephei Æthiopum regis et Cassiopes filia, ob matris superbiam, quæ se Nereides forma superare gloriabatur, monstro

marino, Jovis Ammonis oraculo ad placandas Nereides, exposita. Quam tamen liberavit, et uxorem duxit, Persens Danaës et Jovis filius.

18 *Male*] Quia cum superbia, in maximum filiæ periculum.

19 *Sine pondere*] Quos amicæ impune perjurio violare liquit.

20 *Mecum ridet*] Ambiguitas est ex scopo intelligenda. Non se Deos, sed Amicam se una et Deos dicit irridere.

22 *Victima*] Id est, Insons ego et deceptus, cur in decipientis et soutis gratiam pœnas feram?

23 *Aul*] Vides, Lector, quam in-

Aut, si quis Deus est, teneras amat ille puellas, 25  
 Et nimium solas omnia posse jubet.  
 Nobis fatifero Mavors accingitur ense;  
 Nos petit invicta Palladis hasta manu:  
 Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus;  
 In nos alta Jovis dextera fulmen habet. 30  
 Formosas Superi metuunt offendere læsi;  
 Atque ultro, quæ se non timuere, timent.  
 Et quisquam pia thura focis imponere curet?  
 Certe plus animi debet inesse viris.  
 Jupiter igne suo lucos jaculatur et arces, 35  
 Missaque perjuras tela ferire vetat.  
 Tot meruere peti. Semele miserabilis arsit:  
 Officio est illi pœna reperta suo.

*credulitate: aut si quis est Deus, ille diligit molles puellas; et imperat solas nimis posse omnia. Mars armatur gladio letifero contra nos: hasta Palladis nos appetit manu insuperabili. In nos tenduntur arcus lenti Apollinis: manus excelsa Jovis habet fulmen in nos. Dii offensi verentur lædere pulchras: et sponte metuunt, quæ se non metuerunt. Et quisquam sit sollicitus immittere aris pia thura? Profecto plus debet esse stomachi viris. Jupiter ferit suo fulmine lucos et arces: et prohibet tela immissa tangere perjuras. Tot dignæ sunt tangi. Semele flebilis flagravit:*



unus Pal. magnos. Pol. risit.—24 Mor. alter *Et vana*.—25 Prima et al. quædam edd. vett. *si qui*.—27 Mor. 3. *Nobis pestifero*.—30 Burm. *vult fulmen agit*.—33 *Curet optimus Pal. vulgo curat*.—37 Al. *meruere pati*.—40 P. Barb. et

## NOTE

ique aliis nimium licere queratur, qui sibi omnia etiam in Deos licere putat. Sed, de more fit: queruntur potissimum de aliorum injuria, qui sunt maxime injurii. Queri vero potuerit Naso de Deorum colluvie revera stultorum terreculamento: sed de vero, solo immortalis Deo quid sentire, et quomodo de eo loqui debeamus, Christus Deus et Spiritus docuerunt.

27 *Nobis*] In nos viros: ut puellis et Mars et omnes Dii parcant.

*Fatifero*] Letifero, mortifero.

34 *Plus animi*] Quam ut pusillanimitas et injustis ejusmodi Diis, nequidem hominibus, sacra faciant, supple.

35 *Jaculatur*] Cum lucis et sacris arcibus parcere deberet. Jovem accusat.

37 *Tot*] Puellæ, scil.

*Peti*] Jovis fulmine, scil.

*Semele*] Cadmi Thebarum regis fuit filia; ex qua Jupiter Bacchum suscepit. Quam fabulam postea in Metamorphosi videbimus.

*Arsit*] Quippe quæ Jovem in amplexus suos, quomodo cum Junone legitima uxore solitus erat, illius dolorem tolerantem tolerare non potuit.

38 *Officio*] Quæ Jovi obscuta est, et ejus passa est concubitus.

*Pœna*] Quia arsit. Jovem Deosque

At si venturo se subduxisset amanti,  
 Non pater in Baccho matris haberet onus. 40  
 Quid queror, et toti facio convicia cœlo?  
 Di quoque habent oculos; Di quoque pectus habent.  
 Si Deus ipse forem; numen sine fraude liceret  
 Fœmina mendaci falleret ore meum.  
 Ipse ego jurarem verum jurare puellas; 45  
 Et non de tetricis dicerer esse Deus.  
 Tu tamen illorum moderatius utere dono:  
 Aut oculis certe parce, puella, meis.

*illi supplicium inventum est suo merito. At si se surripuisset amanti accessuro, pater non haberet in Baccho ferendo matris onus. Quamobrem queror, et probra objicio omnibus Diis? Dii quoque habent oculos; Dii quoque cor habent. Si ipse essem Deus; concessum esset, puella deluderet impune falso ore meum numen. Ipse ego jurarem puellas verum jurare; et non dicerer esse Deus de truculentis. Tu tamen puella parcus utere beneficio illorum: aut certe ignosce meis oculis.*

//////////

Exc. Scal. *haberet opus.*—41 *Toti* duo Heins. vulgo *toto*.—45 *Jurare* P. Arund. et duo alii: vulgo *jurasse*.—46 P. alter, Fr. et quinque al. *de duris*. Alii *esse Deis*.

#### NOTÆ

injustitiæ arguit.

40 *Non haberet*] Id est, Extincta non esset Semele, si Jovi repugnasset. Deos pergit injustitiæ accusare.

*Pater*] Jupiter, scil. qui Bacchum, ex utero matris adhuc immaturum, femori suo insuit: unde bimater et Dithyrambus, quod per duas portas transierit, dictus est.

*Baccho*] Ferendo, scil.

*Cælo*] Pro Diis qui cælum incolunt.

42 *Oculos*] Quibus ad amandum pelliciantur.

43 *Sine fraude*] Impune.

45 *Ipse ego*] Se etiam dicit, si Deus esset, puellarum perjurium perjurio excusaturum.

47 *Dono*] Quo impune pejerare potes, scilicet.

## ELEGIA IV.

*Ad virum servantem conjugem.*

**D**URE vir, imposito teneræ custode puellæ,  
 Nil agis: ingenio quæque tuenda suo.  
 Si qua metu demto casta est, ea denique casta est:  
 Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.  
 Ut jam servaris bene corpus, adultera mens est; 5  
 Nec custodiri, ni velit, illa potest.  
 Nec mentem servare potes, licet omnia claudas;  
 Omnibus oclusis intus adulter erit.  
 Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas 10  
 Semina nequitiae languidiora facit.  
 Desine (crede mihi) vitia irritare vetando;  
 Obsequio vincas aptius illa tuo.  
 Vidi ego nuper equum, contra sua vincla tenacem,  
 Ore reluctanti fulminis ire modo.

*Vir sæve, perdis operam custode addito molli puellæ. Unaquæque custodienda est sua indole. Si aliqua pudica est remoto timore, ea tandem est pudica. Quæ non facit, quia non datur, illa facit. Tametsi bene corpus custodiveris, animus est impurus: nec ille potest servari, nisi assentiatur. Nec potes custodire animum, quamvis omnia obseres. Omnibus obseratis adulter erit intus. Cui concessum est delinquere, minus delinquit: ipsa licentia remissiora reddit semina lasciviæ. Omitte, crede mihi, instigare pravitatem prohibendo: aptius illam excindas obsequio tuo. Ego nuper vidi equum firimum adversus suas habenas, ore renitente, currere more fulminis. Cursum in-*

1 Francius *apposito teneræ*.—7 In quinque codd. *licet omnia serves*.—8 *Oclusis* duo scripti, et prima ed. vulgo *exclusis*.—12 *Vincas* unus Mor. vulgo

## NOTÆ

- |  |  |
|--|--|
| 2 <i>Nil agis</i> ] Frustra laboras; qui | siderat.                               |
| animum servare non possis.               | 10 <i>Semina</i> ] Optime vim insitam  |
| 3 <i>Metu demto</i> ] Cum sine mali metu | seminis nomine expressit.              |
| peccare possit.                          | <i>Nequitiae</i> ] Lasciviæ.           |
| 5 <i>Adultera</i> ] Nihil mirum igitur,  | 14 <i>Fulminis modo</i> ] Velocissime. |
| Christus, si a suis puram mentem de-     |  |

- Constitit, ut primum concessas sensit habenas, 15  
 Frænaque in effusa laxa jacere juba.  
 Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata :  
 Sic interdictis imminet æger aquis.  
 Centum fronte oculos, centum cervice gerebat  
 Argus : et hos unus sæpe fefellit Amor. 20  
 In thalamum Danaë saxo ferroque perennem  
 Quæ fuerat virgo tradita, mater erat.  
 Penelope mansit, quamvis custode carebat,  
 Inter tot juvenes intemerata procos.  
 Quicquid servatur, cupimus magis ; ipsaque furem 25  
 Cura vocat : pauci, quod sinit alter, amant.  
 Nec facie placet illa sua, sed amore mariti :  
 Nescio quid, quod te ceperit, esse putant.  
 Non proba sit, quam vir servat, sed adultera : cara est :  
 Ipse timor pretium corpore majus habet. 30

*hibuit, cum primum sensit lora admissa, et habenas fluentes sedere in sparsa juba. Tendimus semper in ea, quæ prohibita sunt, et expetimus quæ non sunt concessa. Sic ægrotus inhiat aquis prohibitis. Argus habebat centum oculos in fronte, centum in cervice ; et sæpe unus amor hos decepit. Danaë, quæ fuerat virgo immissa in cubiculum invictum saxo et ferro, erat mater. Penelopè, quamvis incustodita, perstitit incorrupta inter tot juvenes procos. Quicquid custoditur, magis desideramus : et ipsa custodia accersit furem : pauci amant, quod alter concedit. Neque illa arridet sua pulchritudine, sed amore mariti. Nescio quid esse arbitrantur, quod te delinierit. Non sit pudica, quam vir custodit, sed adultera ; grata est. Ipse metus habet lau-*

*vines. Alii ipse tuo.—13 Al. sua fræna.—16 Al. effusas jubas : quidam scripti effusas comas : quatuor effusa coma : alii effusis jubis. Quatuor lapsa jacere.—20 Pol. 2. et Pal. 1. hos omnes.—21 Vulgo thalamo, et perenni.—22 Al. virgo credita.—23 Al. careret : Scr. vacaret.—24 Tot juvenes P. Arund. et Exc. Scal. vulgo tam multos.—25 Unus Mor. ipsa latronem.—26 Multi edd. et scripti Præda vocat : al. Cura facit. Pal. ament.—27 Fr. amore magistris.—29 Ed.*

## NOTE

18 *Æger*] Hydropicus : qui semper aquam morbi causam appetit.

19 *Centum*] Plurimos. Nam alibi Poëta centum tantum circum caput tribuit.

20 *Argus*] Cui Ius pellicis in vaccam mutatæ Juno curam commiserat. De quo antea.

*Fefellit*] Quasi cum Io Jovem dicat concubuisse, postquam Argo custo-

dienda tradita est.

21 *Saxo*] Scribit Pausanias in Corinthiacis, subterraneum fuisse conditorium, ibique thalamum ex ære.

*Perennem*] Invictum, et perpetuo cinctum.

23 *Penelope*] Tutius esse puellam incustoditam relinquere, pergit exemplo comprobare.

29 *Non proba sit*] Id est, Pone

Indignere licet; juvat inconcessa voluptas:

Sola placet, Timeo, dicere si qua potest.

Nec tamen ingenuam jus est servare puellam:

Hic metus externæ corpora gentis agat.

Scilicet ut possit custos, Ego, dicere, feci,

35

In laudem servi casta sit illa tui.

Rusticus est nimium, quem lædit adultera conjux;

Et notos mores non satis Urbis habet:

In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati

Romulus Iliades, Iliadesque Remus.

40

Quo tibi formosam, si non nisi casta placebat?

Non possunt ullis ista coire modis.

*dem majorem corpore. Licet succenseas; gaudia denegata grata sunt. Si aliqua potest dicere, Metuo, sola grata est. Nec tamen licet custodire puellam liberam. Hic timor sollicitet corpora nationis peregrinæ. Nempe ut custos possit dicere, Ego feci, illa sit pudica in gloriam tui servi. Nimium difficilis est, quem uxor adultera offendit; et non satis habet perspectos mores Urbis; in qua Romulus Iliades, et Remus Iliades, Martigenæ, non sunt nati sine flagitio. Quorsum tibi pulchram cupivisti, si non nisi pudica arridebat? Ista nullo modo possunt co-*



prima, Pal. 1. et septem al. *proba sit*; Bersm. sic.—31 Al. *Indulgere licet*. Al. *juvet*: multi edd. et scripti *placet*.—33 Vulg. *Non tamen*. Scr. *fas est*. Mor. *ingenuas...puellas*.—34 Alter Mor. *gentis habet*.—35 Duo Heins. *tibi dicere*.—36 Jun. *Per laudem*: Sa. et alter P. *In laudes*.—37 Alter Med. *Rusticus es*.—38 Idem *habes*.—40 P. *Remos*.—41 Vulg. *Quid tibi formosa*: ed. pr. et duo

#### NOTÆ

probam non esse.

*Cara est*] Quia servatur, scilicet.

30 *Timor*] Id est, Mariti timore magis quam corporis pulchritudine censetur et puella cara est.

32 *Timeo*] Mariti, scil. aut alicujus minas, &c.

34 *Agat*] Vexet.

35 *Scilicet*] Irrisio est maritorum, qui ut uxores custodiant, servis eas obtrudunt.

*Feci*] Domini uxorem vitiavi.

36 *Laudem*] Qui stulto marito impo-  
nerit.

*Casta sit*] Quantum ad mariti curas attinet, scilicet.

38 *Mores*] Egregios vero mores! Atqui non alii magis animi et cor-

poris interitum possunt accelerare: neque adeo aliud credo peccatum nos magis a Deo separare, quam libidinem. Pestis ea est periculosissima: quamque sine maxima cura, et peculiari Dei dono, vix ac ne vix quidem quisquam effugiat.

39 *Martigenæ*] Marte geniti. Hoc dicit per respectum ad Remum et Romulum Marte et Ilia Numitoris filia ortos.

*Crimine*] Maximo quidem; cum Vestalis fuerit Ilia, cui viram attingere nefas.

40 *Iliades*] Ilia genitus.

42 *Ista*] Forma et Castitas.

*Coire*] Simul esse.

Si sapis, indulge dominæ; vultusque severos

Exue; nec rigidi jura tuere viri.

Et cole, quos dederit (multos dabit) uxor amicos. 45

Gratia sic minimo magna labore venit.

Sic poteris juvenum convivia semper inire;

Et, quæ non dederis, multa videre domi.

*hære. Si sapis, da veniam Dominæ; et frontem sævam depone; nec utere potestate viri asperi. Et observa amicos, quos uxor præbuerit (multos præbebit). Sic magna gratia conciliatur minima opera. Sic poteris semper adesse epulis juvenum; et aspicere domi multa, quæ non præbueris.*

scripti Quid tibi formosam. Al. corrupte, si non tibi casta placebit.—46 Quinque ex melioribus multa labore: Mor. 3. *parta labore.*—47 Pol. et Mor. *semper adire.*—48 Al. *non tuleris.* Barb. cum al. *videre dari.*

#### NOTE

44 *Nec jura tuere*] Ne sis severus.

46 *Minimo magna*] Lepidissima antithesis.

## ELEGIA V.

*Somnium. Elegia quæ ex Mss. huc revocata est.*

Nox erat; et somnus lassos submitit ocellos.

Terruerunt animum talia visa meum.

Colle sub aprico celeberrimus ilice lucus

Stabat; et in ramis multa latebat avis.

*Nox erat, et somnus clausit defessos oculos. Talia somnia perculerunt mentem meam. Lucus densissimus ilice erat sub aprico colle; et plurima avis sedebat in*

1 Sa. pro div. lect. *lapsos submitit.*—2 *Terrucrunt* P. Vulgo *Terruerant.*—3 P.

#### NOTE

1 *Submitit*] *Clausit.*

3 *Aprico*] *Soli exposito: adeoque*

Area gramineo suberat viridissima prato, 5  
 Uvida de guttis lene sonantis aquæ.  
 Ipse sub arboreis vitabam frondibus æstum ;  
 Fronde sub arborea sed tamen æstus erat.  
 Ecce, petens variis immixtas floribus herbas,  
 Constitit ante oculos candida vacca meos. 10  
 Candidior nivibus, tunc cum cecidere recentes ;  
 In liquidas nondum quâs mora vertit aquas.  
 Candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet,  
 Et modo siccata, lacte, relinquit ovem.  
 Taurus erat comes huic, feliciter ille maritus ; 15  
 Cumque sua teneram conjuge pressit humum.  
 Dum jacet, et lente revocatas ruminat herbas,  
 Atque iterum pasto pascitur ante cibo ;  
 Visus erat, somno vires adimente, ferenti  
 Cornigerum terræ deposuisse caput. 20  
 Huc levibus cornix pennis delapsa per auras  
 Venit ; et in viridi garrula sedit humo :  
 Terque bovis niveæ petulanti pectora rostro  
 Fodit ; et albentes abstulit ore jubas.

*frondibus. Campus suberat viridissimus prato herboso, humidus ex guttis aquæ leniter strepentis. Ipse fugiebam calorem sub frondibus arboreis: sed tamen ardor erat sub foliis arboreis. Ecce, vacca alba, quærens gramina implicita diversis floribus, substitit ante oculos meos. Splendidior erat nivibus, tunc cum novæ sparse sunt; quas tempus nondum mutavit in aquas fluidas. Splendidior lacte, quod adhuc albet spumis crepitantibus; et modo deseruit ovem multam. Taurus erat huic comes, ille feliciter maritus; et in terram se demisit cum sua molli compare. Dum recubat, et ruminat herbas paulatim retractas, atque iterum pascitur esca ante depusta; visus erat, somno vires subtrahente, demisisse caput cornigerum in terra feraci. Huc accessit cornix, devecta per aërem pennis levibus; et loquax quievit in terra virente. Et ter impetiit pectus vaccæ candidæ ore pervicaci; et abripuit*

*creberrimus ilice.—5 Al. nitidissima prato.—6 Uvida P. vulgo Humida. Pal. 2. lene fluentis.—9 Unus Mor. innexas floribus.—13 Unus M. candentibus albet: Pal. stridentibus ardet.—14 In quibusdam reliquit ovem.—18 P. facto pascitur. Unus Pal. ruminat escas.—19 Ferenti P. Arund. et unus Mor. virenti Me. vulgo ferendi.—20 P. et Arund. terra.—23 P. Atque bovis.—24 Fragm. Pat. Cædit;*

## NOTÆ

floribus, aliisque rebus amœnissimo.  
 Celeberrimus] Frequentia celebra-  
 tus.  
 5 Area] Campus; planities.  
 8 Æstus] Ex ferventibus cogita-

tionibus, et phantasiæ illusionibus.  
 15 Feliciter] Qui candidissimam  
 conjugem habet.  
 16 Teneram] Propter herbas.  
 23 Niveæ] Per istum colorem ami-



<b>Illa locum taurumque diu cunctata relinquit :</b>	<b>25</b>
Sed niger in vaccæ pectore livor erat.	
<b>Utque procul vidit carpentes pabula tauros ;</b>	
(Carpebant tauri pabula læta procul)	
<b>Illuc se rapuit, gregibusque immiscuit illis ;</b>	
Et petiit herbæ fertilioris humum.	<b>30</b>
<b>Dic, age, nocturnæ, quicumque es, imaginis augur,</b>	
(Si quid habent veri) visa quid ista ferant.	
<b>Sic ego : nocturnæ sic dixit imaginis augur,</b>	
Expendens animo singula visa suo :	
<b>Quem tu mobilibus foliis vitare volebas,</b>	<b>35</b>
Sed male vitabas, æstus amoris erat.	
<b>Vacca puella tua est : aptus color ille puellæ.</b>	
Tu vir, et in vacca compare taurus eras.	
<b>Pectora quod rostro cornix fodiebat acuto ;</b>	
Ingenium dominæ lena movebit anus.	<b>40</b>

*rostru pilos albos. Illa diu commorata locum et taurum destituit. Sed ater livor erat in pectore juvencæ. Et ut procul aspexit tauros pascentes ; (tauri procul pascebant pabula luxuriantia ;) illuc accurrit, et se immisit illis armentis ; et petiit terram graminis sæcundioris. Dic, age, quisquis es, interpret nocturni simulacri, (si quid habent veri) quid ista somnia portendant. Sic ego : sic locutus est interpret somnii nocturni, singula quæque ostenta mente sua revolvens : Ardor, quem tu quærebas effugere frondibus flexilibus, sed male effugiebas, erat ardor amoris. Vacca puella tua est : ille color idoneus puellæ. Tu vir eras, et taurus in vacca conjuge. Quod cornix percallebat pectus ore udunco ; anus lena sollicitabit animum*

*et alb. Scr. Rodit. Vulgo ore notas ; quod præfert Burm. Fr. inde notas : al. ore comas.—25 Vulg. relinquit : Me. habet reliquit, probante Heinsio.—28 Al. pabula læta : Li. lecta.—29 Vulgo Illic.—30 Humum P. Sa. Exc. I. et quatuor al. item prima ed. vulgo open.—32 Al. ista valent : Jun. velint.—33 Jun. Sic mihi nocturnæ respondit im.—34 Expendens alter M. al. Excudens : quidam Exponens, vel Expediens : unus Attendens : unus A. Excutiens : duo Extendens : unus Excedens. Al. singula dicta.—35 Al. vitare solebas.—40 Vulgo læva movebat :*

## NOTE

cæ simplicitas et candor intelligitur.

*Petulant]* Hinc lenæ procacitatem maximam cognoscas.

*24 Abstulit]* Adeoque et probitatem, quanquam non sine labore.

*Jubas]* Proprie longiores pili dicuntur jubæ, qui quorundam animalium, equorum puta, colla vestiunt.

*25 Diu cunctata]* Quo diu reluctatam fuisse puellam intelligitur.

*26 Livor]* Proprie macula est subnigra ex percussione facta. Sed etiam pro invidia sumitur : ut ex vetulæ, quam per cornicem cognoscas, pernicioso suasu, Poëtæ gaudia invidisse puellam intelligatur.

*30 Fertilioris]* Largioribus, quam a se darentur, muncribus corruptam puellam demonstrat.

*33 Sic ego]* Locutus sum, supple ;

Quod cunctata diu taurum sua vacca reliquit;  
 Frigidus in viduo destituere toro.  
 Livor, et adverso maculæ sub pectore nigræ,  
 Pectus adulterii labe carere negant.  
 Dixerat interpres : gelido mihi sanguis ab ore  
 Fugit ; et ante oculos nox stetit alta meos.

45

*dominæ. Quod sua vacca diu morata destituit taurum ; relinqueris solus in lecto derelicto. Livor, et labe atra sub pectore opposito, negat pectus carere turpitudine adulterii. Absolverat Augur : sanguis mihi recessit a facie frigida ; et caligo oborta est meis oculis.*

V. *prona movebat* : Ma, *perfida movit* : quatuor Heins. *movebit*, pro *movebat*.—  
 45 Unus Ma. *gelidus*.—46 Unus Ma. *atra meos*.

## NOTE

verbaque feci ad Augurem.

35 *Volebas*] Poëtam compellat Augur.

39 *Quod rostro*] Quasi dicat, Quod ad somnii tui partem illam, qua vidisti, &c.

40 *Movebit*] Pervertet ; a te alienabit.

41 *Sua*] Tauri nempe.

42 *Destituere*] Relinqueris.

45 *Sanguis*] Nimmis timoris et doloris indicium.

---

## ELEGIA VI.

*Ad amnem, dum iter faceret ad amicam.*

AMNIS, arundinibus limosas obsite ripas,  
 Ad dominam propero ; siste parumper aquas.

*Annis, circumsitatis habens ripas lutulentas cannis, festino ad dominam ; retine*

## NOTE

1 *Annis*] Torrens potius erat : sed honesto nomine utitur.

*Obsite ripas*] Obsitatis habens ripas Græcismus.

2 *Ad dominam*] Ne prima fronte arrogans videatur causam petitioni præponit.

Nec tibi sunt pontes, nec quæ sine remigis ictu  
 Concava trajecto cymba rudente vehat.  
 Parvus eras, memini; nec te transire refugi; 5  
 Summaque vix talos contigit unda meos.  
 Nunc ruis opposito nivibus de monte solutis,  
 Et turpi crassas gurgite volvis aquas.  
 Quid properasse juvat? quid parca dedisse quieti  
 Tempora? quid nocti conseruisse diem? 10  
 Si tamen hic standum; si non datur artibus ullis  
 Ulterior nostro ripa premenda pedi.  
 Nunc ego, quas habuit pennas Danaëius heros,  
 Terribili densum cum tulit angue caput;  
 Nunc opto currum, de quo Cerealia primum 15  
 Semina venerunt in rude missa solum.

*parumper aquas. Nec tibi sunt pontes, nec navicula concava, quæ transvehit absque percussu remigis, fune transacto. Parvus eras, recorder; nec metui te transgredi; et vix suprema aqua tinxit meos talos. Nunc cum impetu curris nivibus liquefactis de monte vicino, et devolvit obscuro alveo aquas turbidas. Quid prodest festinasse? Quid præbuisse exigua spatia somno? Quid conjunxisse diem nocti; si tamen hic subsistendum; si nullo artificio ripa ulterior conceditur calcanda nostro pedi? Nunc ego expeto alas, quas heros Danaëius habuit, cum abstulit caput spissum serpente formidabili; nunc expeto currum, de quo semina Cerealia primum in incul-*

3 Unus V. sunt lintres. septem Heins. remigis usu: duo Mor. rem. arte.—7 Al. oppositis: P. et al. complures apposito. Mor. 3. sub monte.—8 Mor. turpi emissas: Heins. conj. spissas.—9 Parce P. et Fr. cum Exc. I. et Scal. alii parva vel pauca.—12 Vulg. premenda pced.—15 Heins. mallet Nunc optem.

## NOTÆ

4 *Trajecto*] Trans flumen jacto. Quem fune trajiciendi morem multis in locis hodieque conspicimus.

5 *Refugi*] Recusavi.

8 *Crassas*] Propter admixtum limum.

*Gurgite*] Profundo alveo.

9 *Quid properasse*] Quasi dicat, Nihil mihi prodest ante lucem surrexisse.

10 *Nocti conseruisse*] Junxisse. Ille vero nocti diem connectere videtur, qui ex nocte diem facit, aut nocte, quod die fieri solet, exequitur.

12 *Pedi*] Pendet sensus ex interrogatione præcedenti.

13 *Danaëius*] Perseus Jovis et Danaëis filius qui Andromeden liberavit: de quo antea.

14 *Angue*] Pro anguibus; qui ex Medusæ crinibus, Palladis ira, facti sunt.

*Caput*] Medusæ caput intelligit; ad cujus visum omnes in lapides vertebantur; quod, Mercurii talaribus, ense falcato, itemque Minervæ crystallino scuto instructus Persens, abscidit.

15 *Currum*] Quo, ab alatis draconibus per aëra tracto, Triptolemus, qui primus in Græcia frumenti usum

Prodigiosa loquor veterum mendacia vatam ;

Nec tulit hæc, nec fert, nec feret ulla dies.

Tu potius, ripis effuse capacibus amnis,

(Sic æternus eas) labere fine tuo.

20

Non eris invidiæ, torrens, (mihi crede) ferendæ,

Si dicar per te forte retentus amans.

Flumina deberent juvenes in amore juvare ;

Flumina senserunt ipsa, quid esset amor.

Inachus in Melie Bithynide pallidus isse

25

Dicitur, et gelidis incaluisse vadis.

Nondum Troja fuit lustris obsessa duobus,

Cum rapuit vultus, Xanthe, Neæra tuos.

*tam terram sparsa provenerunt. Portentosa refero figmenta antiquorum Poëtarum. Nec ulla ætas hæc vidit, nec videt, nec videbit. Tu potius, amnis evagate vastas ripas, (sic perennis fluus) stue inter tuos terminos. Non eris par invidiæ exhaustiendæ (mihi crede) torrens, si forte amator perhibear per te repressus. Flumina deberent opem ferre adolescentibus in amore : ipsi fluvii sunt experti, quid esset amor. Inachus perhibetur fluxisse pallidus in Melie Bithynide, et arsisse in vadis frigidis. Nondum Troja fuit oppugnata decem annis, cum Neæra detinuit tuos*

//////////

—16 N. et quatuor al. *Semina creverunt.*—18 *Nec fert duo Mor. N. Me. et unus Pal. vulgo unquam.*—19 Fr. *effuse rapacibus* : Burm. vult *rivis effuse rapacibus.*—22 Al. *retentus amor.*—25 Vulgo *mendose in media* : quidam in *Nym-*

#### NOTE

et agriculturam docuit, olim, ut fabulæ tradunt, vectus est.

*Cerealia*] Id est, fruges ; quarum Ceres Dea dicitur.

16 *Rude*] Incultum, quod aratrum ante non lenierat.

19 *Effuse*] Qui ripas tuas transgressus es.

20 *Sic æternus eas*] Siccantur ut plurimum æstate ejusmodi rivuli : adeoque huic perennes aquas exoptat Poëta, si jam sibi viam faciat.

*Labere fine tuo*] Ne exundes, aut aquas extra alveum solitum effundas.

21 *Non eris*] Non par eris ferendæ invidiæ.

*Torrens*] Flumen est ex aquis pluvialibus et nivalibus.

25 *Inachus*] Fluvius Achaïæ, qui tractum secat Argolicum.

*Melie*] Nympha fuit, ex qua Amycum Bebryciæ, seu Bithyniæ, in Asia regem Neptunus suscepit.

*Pallidus*] Quo colore indicatur Amor.

26 *Incaluisse*] Amore, scil.

27 *Nondum*] Id est, Deleta non erat Troja.

*Lustris*] Latinis lustrum spatium est quinque annorum : idem quod Græcis Olympias.

28 *Xanthe*] Rivulus fuit in agro Trojano.

*Neæra*] Nomen est nymphæ, quam amavit Xanthus.

Quid? non Alpheon diversis currere terris  
 Virginis Arcadiæ certus adegit amor? 30  
 Te quoque promissam Xanthe, Penece, Creusam  
 Phthiotum terris occuluisse ferunt.  
 Quid referam Asopon, quem cepit Martia Thebe,  
 Natarum Thebe quinque futura parens?  
 Cornua si tua nunc ubi sint, Acheloë, requiram; 35  
 Herculis irata fracta querere manu.  
 Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti;  
 Una tamen tanti Deianira fuit.  
 Ille fluens dives septena per ostia Nilus,  
 Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ, 40

*oculos, o Xanthe. Quid? vehemens amor puellæ Arcadiæ non subegit Alpheon fluere terris dissitis? Aiunt etiam te, Penece, abdidisse terris Phthiotum Creusam desponsatam Xanthe. Quid referam Asopon, quem Thebe Martia, Thebe futura mater quinque filiarum, ad amandum pellexit? Si petam, Acheloë, ubi nunc sint tua cornua; queris elisa fuisse manu irata Herculis. Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia fuit tanti; una tamen Deianira fuit tanti. Ille opulentus Nilus decurrens per septem alveos, qui tam bene occultat patriam tantæ aquæ, dicitur non*

//////////

*pha.—27 Mor. Scr. Pal. et quatuor al. oppressa duobus.—31 Quidam Penece, Neæram.—32 Phthiotum reposuit Heins. ex P. in quo Phiotum: vulgo Phthiadam, Phitiadam et Phiciadam.—35 Vulg. si tua sunt ubi nunc.—40 Al. non*

#### NOTE

29 *Alpheon*] Fuit Alpheus, Elidis, in Peloponneso fluvius: quem per subterraneos meatus Arethusam in Siciliam persecutum fabulati sunt Poëtæ. Qua de re postea in *Metam.*

30 *Arcadiæ*] Quæ in Arcadia vixit, Peloponnesi parte. Fuit vero ea Arethusa, Dianæ comes; quam, cum Alpheus persequeretur, in ejus nominis fontem Diana transmutoavit.

31 *Penece*] Fluvius est Thessaliæ inter montes Ossa et Olympum.

*Creusam*] Ex qua Naide et Peneo Hypseum Lapitharum regem ortum scribit Pindarus.

32 *Phthiotum*] Populi fuerunt Thessaliæ, ad Penei amnis dextrum latus, Phthiotiæ regionis incolæ.

33 *Asopon*] Fluvius est, juxta Thebas Bœotias.

*Martia*] Ex qua Evadne Mars suscepit: nisi forte bellicosam fuisse credas.

*Thebe*] Metopen vocavit Pindarus: sed alios secutus est auctores Poëta noster.

35 *Acheloë*] Fluvius est, e Pindo fluens, Acarnaniam ab Ætolia dirimens.

36 *Fracta*] Cum ille pariter cum Hercule Deianiram sibi uxorem peteret, ut antea vidimus, variasque formas indueret; tandem taurus factus alterum sibi ab Hercule sensit cornu ademptum: qua re cedere coactus est. Quam fabulam postea in *Metam.* fusius prosequemur.

37 *Calydon*] Ætoliæ juxta Corinthiacum sinum civitas, ubi Ceneus regnavit, Deianiræ pater.

Fertur in Evadne collectam Asopide flamma

Vincere gurgitibus non potuisse suis.

Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus,

Cedere jussit aquam ; jussa recessit aqua.

Nec te prætereo, qui, per cava saxa volutans,

45

Tiburis Argei spumifer arva rigas :

Illa cui placuit, quamvis erat horrida cultu,

Ungue notata comas, ungue notata genas.

Illa, gemeus patruique nefas, delictaque Martis,

Errabat nudo per loca sola pede.

50

*potuisse superare suis aquis ardorem coactum in Evadne Asopide. Aridus Enipeus, ut posset complecti Salmonida, imperavit aquam recedere ; aqua coacta recessit. Nec te omitto, qui pomifer fluens per excavatas rupes irrigus agros Tiburis Argei ; cui Illa placuit, quamvis erat deformis ornata, signata capillos ungue, signata genas ungue. Illa lugens et scelus patrum, et fugitium Martis, vagabatur per loca deserta*

//////////

*bene, N. et Pal. 1. tanta aqua. Pal. 3. fractæ aquæ. Mor. Qui fontem tantæ. Unus Heins. Qui patriæ tantas t. b. c. aquas.—43 Pro Siccus Heins. conj. Fictus.—45 Sa. et Me. præteream. Alii volutas: Ed. Gryph. ann. 1554. volutus.—46 Al. pomifer arva.—47 Mor. unus horrida cultus: alii horr. cultu.—49 Heins.*

#### NOTE

*Tanti]* Ut pro ea Hercules et Achilles pugnarent.

*39 Dices]* Quia Ægyptum suis exundationibus, terram quasi stercoreans, ditat.

*Septena]* Totidem vero præcipua quibus mare subit numerantur: quantum plura sunt.

*40 Patriam]* Hoc dicit, quia nesciverunt veteres fontes Nili, quos hodie tamen ex quibusdam lacubus, aut ex Lunæ montibus in Africa, repetunt Geographi.

*41 Asopide]* Patronymicum est a matris marito Asopo, de quo supra.

*43 Salmonida]* Tyro est Salmonei filia, qui in Pisana regione regnasse dicitur. Hanc Neptunus etiam in Enipei formam versus compressisse dicitur: unde Pelias et Neleus nati sunt.

*Enipeus]* Duo sunt fluvii ejus nominis, alter in Elide, alter in Thessalia.

*46 Tiburis]* Est Tibur oppidum in conspectu Romæ, ad Septemtrionem: quod præterfluit fluvius Anio, de quo hic agitur.

*Argei]* Quod oppidum tres fratres Tiburtus, Catillus, et Coras, Argivi condiderunt.

*Spumifer]* Quidam *pomifer*; quæ est et Anienis et Tiburis laus frequens apud Poëtas.

*47 Illa]* De hac Numitoris filia fabulæ plurimæ; dicuntque alii Tiberi eam nupsisse. In eum vero amnem Amulii patrum jussu præcipitata fuit. Quamquam scribit Acron illam mortuam ad Anienis fluvii ripam sepultam fuisse; abundanteque aquis alveo, cuius ejus in Tiberim deductos; unde locus datus fabulæ.

*Horrida]* Quæ faciem etiam præ nimio dolore sibi dilaceraverat.

*48 Notata comas]* Pro Notatas habens comas. Græcismus.

*49 Patrum]* Amulii, scilicet qui pulso

Hanc annis rapidis animosus vidit ab undis ;  
 Raucaque de mediis sustulit ora vadis :  
 Atque ita, Quid nostras, inquit, teris anxia ripas,  
 Ilia, ab Idæo Laomedonte genus ?  
 Quo cultus abiere tui ? quid sola vagaris ? 55  
 Vitta nec evinctas impedit alba comas ?  
 Quid fles, et madidos lacrymis corrumpis ocellos ?  
 Pectoraque insana plangis aperta manu ?  
 Ille habet et silices, et vivum in pectore ferrum,  
 Qui tenero lacrymas lentus in ore videt. 60  
 Ilia, pone metus ; tibi regia nostra patebit :  
 Teque colent amnes : Ilia, pone metus.  
 Tu centum, aut plures, inter dominabere Nymphas ;  
 Nam centum, aut plures flumina nostra tenent.  
 Ne me sperne, precor, tantum, Trojana propago : 65  
 Munera promissis uberiora feres.

*pede nudo. Vehemens fluvius hanc aspexit ab undis præcipitibus ; et erexit ora rauca de mediis gurgitibus : atque ita, Quamobrem, inquit, sollicita premis nostras ripas, Ilia progenies ab Idæo Laomedonte ? Quonum defluerunt tui ornatus ? Quamobrem sola erras ? Nec vitta alba implicat capillos astrictos ? Cur luges, et perdis oculos humidos lacrymis ? Et percusis pectora nudu manu insana ? Ille habet et saxa, et ferrum rigidum in pectore, qui segnis cernit lacrymas in molli ore. Ilia, mitte timores ; nostrum palatium tibi apertum erit : et fluvii te suspicient : Ilia, mitte timores. Tu imperium tenebis inter centum, aut plures Nymphas : nam flumina nostra habent centum, aut plures. Tantum ne me contemne, oro, Trojana*

//////////

*patrumque nefas.*—50 Pol. unus loca sicca.—51 Al. in undis.—56 Fr. N. Mor. duo et V. unus nec incultas : alter Pol. impexas. Multi impedit ullu.—57 Olim editi et unus Mor. a manu sec. teneros ocellos.—58 Al. insana tundis. Al. acerba manu : Med. 1. tundis inepta manu.—59 Vivum P. et Exc. Scal. vulgo durum.—60 Lentus P. et Exc. Scal. vulgo lætus.—63 Pol. celebrabere Nymph.—

#### NOTE

Numitore fratre, ejusque omni mascula prole deleta, Iliam neptim, ut nullum pariendi locum relinqueret, Vestalem virginem fecit.

*Delicta Martis*] Qui Vestalem stupro maculavit : ex quo nati Remus Romulusque.

51 *Animosus*] Præceps vero Anio ex montibus aquas suas volvit.

52 *Rauca*] Ob fluminis per saxa rurentis strepitum.

*Sustulit ora*] Caput undis extulit.

53 *Ita*] Locutus est, scilicet.

54 *Idæo*] Trojano : ab Ida Phrygiæ monte.

*Laomedonte*] Fuit Laomedon Priami Trojanorum regis pater : unde natales suos Rhea seu Ilia repetebat.

56 *Vitta*] Qua capillos cingere solebant Vestales.

*Alba*] Candoris, pudicitiae, et innocentiae indicium.

Dixerat: illa, oculos in humum dejecta modestos,

Spargebat tepidos flebilis imbre sinus.

Ter molita fugam, ter ad altas restitit undas,

Currendi vires eripiente metu.

70

Sera tamen scindens inimico pollice crinem,

Edidit indignos ore tremente sonos:

O utinam mea lecta forent, patrioque sepulcro

Condita, dum poterant virginis ossa legi!

Cur modo Vestalis tædas invitor ad ulla

75

Turpis, et Iliacis inficianda focus?

*progenies: consequeris dona majora promissis. Finierat: illa miserabilis defixos habens modestos oculos in terram, implebat sinus tepidos lacrymis. Ter tentavit fugam, ter constitit ad excelsas undas, timore subtrahente facultatem fugiendi. Tarda tamen lamians comam infenso pollice, emisit voces luctuosas ore trepido: O utinam ossa mea essent collecta, et imposita patrio sepulcro, dum poterant ossa condi virginis! Quamobrem nunc Vestalis infamis, et arcenda ab aris Iliacis, allucior*

//////////

65 Ed. pr. Bersm. et alia; Be. et sex codd. *Nec me. Trojana* Exc. P. et Scal. cum quatuor Heinsii: vulgo *Romana*.—66 Fr. *ulteriora feres*.—67 Alter Me. *defixa modestos*. Be. *dejecta parumper*.—68 Al. *tepido*: P. Pal. optimus, unus Ma. et Sa. pro div. lect. *teneros*.—70 Plurimi scripti et prima ed. *impediente metu*.—71 Al. *Sera tamen*: nonnulli *Sero*.—73-74 *Lecta* pro vulg. *lecta* rescribit Heinsius, quia P. versu seq. habet *ossa legi*. Vulgo *ossa tegi*. N. parvoque

#### NOTÆ

60 *Lentus*] Id est, sine misericordiae acuto sensu.

65 *Trojana*] Alii *Romana*; ut ex ea Romanos propagatos intelligas.

67 *Dixerat*] Anio, scilicet.

*Oculos dejecta*] Dejectos habens. Græcismus. Terram modeste intuens.

68 *Flebilis*] *Flens*, ut exponit Dominicus: quanquam et sensu usitato vox illa possit accipi; ut intelligatur Iliæ digna quæ deflcretur.

69 *Molita*] Conata est in flumen sese injicere.

*Restitit*] Puellari metu sese repressit.

71 *Sera*] Ad loquendum tarda.

73 *Lecta*] Cadaverum vero combustorum ossa cineresque colligere, et in urnas reponere solitos veteres,

notum est.

75 *Modo Vestalis*] Id est, Quæ Sacerdotii mei triginta annos non implevi. Per decem vero annos sacra discere, per totidem facere, et alios decem ceteras docere cogebantur virginis Vestales: quibus expletis, Sacerdotio solutæ nubere poterant.

*Tædas*] Nuptias; ad quarum solemnem cæremoniam faces adhibebantur.

*Invitor*] Dixerat Anio, 'Tibi regia nostra patebit.'

76 *Iliacis*] Qui Ilio, seu Troja, ab Æneæ advectæ Vestæ sacri sunt.

*Inficianda*] Neganda. Omnino siquidem Auieni nubere; jam ante vitata; cum virginis esse deberent Vestales.

*Focus*] Aris.



Quid moror? en digitis designor adultera vulgi:

Desit famosis, qui notet ora, pudor.

Hactenus; et vestem tumidis præ tendit ocellis;

Atque ita se in rapidas perdita misit aquas. 80

Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis

Dicitur; et socii jura dedisse tori.

Te quoque credibile est aliqua caluisse puella:

Sed nemora et sylvæ crimina vestra tegunt.

Dum loquor, increvit latis spatiosius undis, 85

Nec capit admissas alveus altus aquas.

Quid mecum, furiose, tibi? quid mutua differs

Gaudia? quid cœptum, rustice, rumpis iter?

Quid? si legitimum flueres, si nobile flumen?

Si tibi per terras maxima fama foret? 90

*ad ullas faces? Quid expecto? ecce ostendor impudica digitis vulgi. Absit turpis pudor, qui infamet vultum. Hactenus; et obrebat turgidos oculos amictu; utque ita desperata se præcipitem dedit in profluentem. Fluvius labilis creditur submississe manus pectori; et præbuisse jura lecti jugalis. Verisimile est etiam te arsisse aliqua puella: sed nemora et sylvæ velant vestra furta. Dum loquor, amplius auctus est vastis fluctibus, nec profundus alveus continet aquas ruentes. Quid tibi mecum, rabide? Quamobrem remoraris reciprocam voluptatem? Quamobrem, inurbaue, frangis iter institutum? Quid si jugiter curreres, si flumen esses insigne? Si nomen illustre tibi esset per orbem? Famam habes nullam, coacte*

*septimero.—77 Pro Quid moror Heins. conj. Quin morere. Al. et digitis.—78 Famosis Pal. vulgo famosus.—79 Al. timidis ocellis.—83 Pal. tenera caluisse: P. 2. et Exc. Voss. aliqua in caluisse: Fr. tepuisse.—84 Fr. Sed nemus.—85 Al. spatiosus in undis: vulgo vastis spatiosus in und.—87 P. 2. et Exc. Voss. mutua*

## NOTÆ

77 *Designor*] Jam satis patet, Lector, fabulam ipsum Nasonem, pro suo jure, contexere; et ingeniose ex Iliæ in Tiberim præcipitatae obitu effingere.

*Adultera*] Sacrilega; quæ cum Marte (quisquis ille fuerit), non sine voti violatione, rem habuerit.

78 *Desit*] Moriar, ne pudicitia amissæ pudore et dolore tabescam.

79 *Hactenus*] Huc usque locuta est Iliæ.

*Tumidis*] Fletu, scil.

80 *Perdita*] Infelix quæ se perdet.

81 *Amnis*] Anio, scil.

82 *Socii jura dedisse*] In conjugem accepisse.

83 *Te*] Torrentem alloquitur Poëta, quem *Vellam* dici scripsit Ciofanus.

*Caluisse*] Amasse.

85 *Increvit*] Torrens scil. de quo Poëta queritur.

86 *Admissas*] Incitatas; cum impetu ruentes.

87 *Furiose*] In torrentem invehitur Naso.

88 *Gaudia*] Quibus cum amica jam, nisi obstitisses, fruerer.

Nomen habes nullum, rivis collecte caducis ;

Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.

Fontis habes instar pluviamque nivesque solutas ;

Quas tibi divitias pigra ministrat hyems.

Aut lutulentus agis brumali tempore cursus ;

95

Aut premis arentem pulverulentus humum.

Quis te tum potuit sitiens haurire viator ?

Quis grata dixit voce, Perennis eas ?

Damnosus pecori curris, damnosior agris.

Forsitan hæc alios ; me mea damna movent.

100

Huic ego væ demens narrabam fluminum amores ?

Jactasse indigno nomina tanta pudet.

*rivulis deficientibus ; nec tibi sunt scaturigines, nec tibi ulla domus. Habes scaturiginis loco, et pluviam, et nives liquefactas ; quas opes hyems ignava tibi præbet. Aut limosus fluis tempore hyberno ; aut pulverulentus urges terram aridam. Quis viator siti pressus potuit te bibere ? Quis dixit voce memori, Jugiter fluas. Volveris perniciosus pecori, perniciosior agris. Forsitan hæc alios ; dispendia mea me tangunt. Væ ego insanus huic referebam amores fluminum ? Pudet inaniter*

//////////

*perdis.—91 Al. nivibus coll.—93 Vulg. pluviasque. Heinsius corr. pluviam.—97 Tum P. vulgo unquam. Mor. 3. haurire natator.—99 Quidam codd. pecori, cultis.—101 Al. næ demens, vel nunc demens : unus Med. ah demens : Scr. vakh dem. Jun. cur demens. Unus Pal. flumis : duo codd. flumen : unus flumini.—*

#### NOTÆ

89 *Quid*] Quantum auderes.

91 *Rivis*] Alii *nivibus* : non ita bene, quia mox de iis loquetur.

*Caducis*] Non jugiter fluentibus, sed ex derivata pluvia factis.

92 *Domus*] Ad fluminum, immo et fontium scaturigines numen aliquod habitare fabulata est antiquitas.

*Solutas*] Liquefactas.

94 *Divitias*] Nives, pluviam, scil. Irrisio est.

*Pigra*] Quia eo tempore quasi mortua est natura.

97 *Tum*] Æstivo tempore, nimium. Quæ lectio clar. Heins. ex Puteano codice placuit. Alii tamen habent *unquam*, quod non minus arri-det : nam neque nives liquefactas et luto permixtas bibere gratum ad-

modum fuerit : eritque majus in torrentem opprobrium quod neque æstate neque hyeme potum præbere possit.

98 *Grata*] Qua beneficium acceptum indicaretur. Gratus est, qui beneficii accepti memor, meritam gratiam studet persolvere.

100 *Mea*] Quod per te ad amicam ire prohibeor.

101 *Fluminum*] Mendum latere suspicatus est clar. Heinsius, quia, præter Poëtæ morem, durior est hujus versus finis.

102 *Jactasse indigno*] Magnifice frustra tamen tam indigni, pluvialis, et lutulenti rivuli aures tantis nominibus pavisse.

Nescio quid spectans, Acheloon et Inachon amnes,  
 Et potui nomen, Nile, referre tuum.  
 At tibi pro meritis opto, non candide torrens, 105  
 Sint rapidi soles, siccaque semper hyems.

*celebrasse nomina tanta immerito. Nescio quid cogitans, potui memorare Acheloon, et Inachon fluvios, et nomen tuum, Nile. At tibi pro officiis precor, ingrata torrens, sint soles ardentissimi, et hyems semper arida.*

103 Al. *Nescio quem*; F. et Barb. *quam*. P. et Exc. I. *Nescio quem huc spectus*: N. et duo al. *hunc spectans*.—106 N. *rabidi soles*.

## NOTÆ

103 *Nescio quid*] Latere mendum non sine injuria pronuntiare. arbitratus est clar. Heinsius. Sensus 106 *Rapidi*] Maxime ardentis. Per vero optimus videtur; ut intelligatur Poëta per Apostrophen ad eos, quos compellat fluvios, id ipsum mirari, quod lutum verius quam amnem compellans, eorum nomina ausus sit, soles vero, æstates intellige, Solis calore aridissimas.

*Siccaque*] Ut neque hyeme neque æstate illi torrenti liceat esse.

## ELEGIA VII.

*Quod ab amica receptus, cum ea coire non potuerit, conqueritur.*

AT non formosa est, at non bene culta puella;  
 At, puto, non votis sæpe petita meis!  
 Hanc tamen in nullos tenui male languidus usus,  
 Sed jacui pigro crimen onusque toro.  
 Nec potui cupiens, pariter cupiente puella, 5  
 Inguinis effœti parte juvante frui.  
 Illa quidem nostro subjecit eburnea collo  
 Brachia, Sithonia candidiora nive:

1-2 *At* pro vulg. *Aut* ter geminant P. Sa. et tres al. cum Naugerianis.—  
 4 Al. *Sic jacui*: optimus P. *Se jac.* Heins. vult *Et jac.*—8 Pal. *Sidonia*.—

- Osculaque inseruit cupidæ luctantia linguæ :  
 Lascivum femori suppositaque femur. 10
- Et mihi blanditias dixit, Dominumque vocavit ;  
 Et quæ præterea publica verba juvant.  
 Tacta tamen veluti gelida mea membra cicuta,  
 Segnia propositum destituere suum.
- Truncus iners jacui, species, et inutile pondus : 15  
 Nec satis exactum est, corpus an umbra forem.  
 Quæ mihi ventura est (siquidem ventura) senectus,  
 Cum desit numeris ipsa juvena suis ?  
 Ah pudet amorum ! quo me juvenemque virumque,  
 Nec juvenem, nec me sensit amica virum. 20
- Sic flammam aditura piæ æterna sacerdos  
 Surgit, et a caro fratre verenda soror.  
 At nuper bis flava Chlide, ter candida Pitho,  
 Ter Libas officio continuata meo.
- Exigere a nobis angusta nocte Corintham, 25  
 Me meministi numeros sustinuisse novem.  
 Num mea Thessalico languent devota veneno  
 Corpora ? num misero carmen et herba nocent ?  
 Sagave pœnicea defixit nomina cera,  
 Et medium tenues in jecur egit acus ? 30
- Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam :  
 Deficiunt læsi carmine fontis aquæ ;  
 Illicibus glandes, cantataque vitibus uva  
 Decidit ; et nullo poma movente fluunt.
- Quid vetat et nervos magicas torpere per artes ? 35  
 Forsitan impatiens sit latus inde meum.



9 *Cupidæ linguæ* prima ed. et tres scripti : vulgo *cupide luct. lingua* : quidam *cupida lingua* : duo *cupidis linguis* : P. et tres al. *cupide linguis*.—14 Scr. et duo al. *propos. deservere*. Exc. Pol. et Barb. *suum* : vulgo *pro novem*.—15 *Pondus* P. Fr. et al. nonnulli : alii *lignum*, vel *signum*. Arund. *pondusque et inutile lignum*.—17 Complures codd. *si qua est ventura*.—18 Be. *ista juvena*.—19 Quo P. pro *quod*.—23 *Chlide* scribit Heins. e P. in quo *Clide* : vulgo *Chie*. Barb. *Clyte* : alii aliter.—26 Al. *Et meministi*. Mor. *decem pro nocem*.—27 Multi scripti *Nunc mea*, vel *Non mea*.—28 Exc. P. et duo Mor. *virus et herba*.—29 Quidam *pœnicea*.—30 Al. *urget acus* : Douza malebat *ursit*.—31 Scr. et Fr. *tenuem coarcescit*. Jm. *in auram*.—32 *Læsi* P. et Pal. optimus, item edd. Ald. Gryph. et al. vulgo *læsa*.—34 Plurimi codd. *movente cadunt*.—37 Ita distinguunt Mor.

- Huc pudor accessit ; facti pudor ipse nocebat ;  
 Ille fuit vitii causa secunda mei.
- At qualem vidi tantum tetigique puellam,  
 Sic etiam tunica tangitur ipsa sua. 40
- Illius ad tactum Pylus juvenescere possit,  
 Tithonosque annis fortior esse suis.
- Hæc mihi contigerat ; sed vir non contigit illi.  
 Quas nunc concipiam per nova vota preces ?
- Credo etiam magnos, quo sum tam turpiter usus, 45  
 Muneris oblati pœnituisse Deos.
- Optabam certe recipi ; sum nempe receptus :  
 Oscula ferre ; tuli : proximus esse ; fui.
- Quo mihi fortunæ tantum ? quo regna sine usu ?  
 Quid, nisi possedi dives avarus, opes ? 50
- Sic aret mediis taciti vulgator in undis ;  
 Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.
- A tenera quisquam sic surgit mane puella,  
 Protinus ut sanctos possit adire Deos.
- Sed non blanda, puto, non optima perdidit in me 55  
 Oscula ; non omni sollicitavit ope.
- Illa graves potuit quercus, adamantaque durum,  
 Surdaque blanditiis saxa movere suis.
- Digna movere fuit certe vivosque virosque ;  
 Sed neque tum vixi, nec vir, ut ante, fui. 60
- Quid juvet, ad surdas si cantet Phœmius aures ?  
 Quid miserum Thamyran picta tabella juvet ?
- At quæ non tacita formavi gaudia mente !  
 Quos ego non finxi disposuique modos !



1. et edd. Gryph. Mycill. et al. vulgo interpungitur post *facti*. Mor. unus *Huic p. acc. facto* : N. *accessit, facto*.—39 *Tantum* P. A. Mor. tres et duo al. vulgo *qualem*.—41 *Ad tactum* P. vulgo *a tactu* : Barb. *ad tactus* : al. *attactu*, Pal. *Pelius* : Fr. *Peleus* : sed Burm. vult *Pelias*.—43 Pal. duo *Hoc mihi*.—45 Heins. *quo sim*. Quatuor libri *quia sum*.—49 *Quo mihi et quo regna*, P. et optimus Pal. vulgo *Quid mihi et quid regna*. Jun. et quatuor al. *quid dona sine usu*. Mor. 3. *quo dona*.—50 P. 2. *Quid mihi*.—54 Pal. 2. *ut magnos*.—55 Vulg. *Sed puto non blanda*.—59 *Virosque* P. et Exc. I. vulgo *Divosque*.—61 *Juuet scribit* Heins. quia in P. est *juvet* : vulgo *jurat*. Barb. *si clamet*. Alii *Phineus aures* : Fr. et quatuor al. *Thracius*.—62 Al. *Thamyris*. Exc. P. *cæcum Tham*. duo al.

Nostra tamen jacuere, velut præmortua, membra	65
Turpiter, hesterna languidiora rosa.	
Quæ nunc ecce rigent intempestiva, valentque ;	
Nunc opus exposcunt militiamque suam.	
Quin istic pudibunda jaces, pars pessima nostri ?	
Sic sum pollicitis captus et ante tuis.	70
Tu dominam fallis ; per te deprensus inermis	
Tristia cum magno damna pudore tuli.	
Hanc etiam non est mea dedignata puella	
Molliter admota sollicitare manu.	
Sed postquam, nullas consurgere posse per artes,	75
Immemoremque sui procubuisse videt ;	
Quid me ludis, ait ? quis te, male sane, jubebat	
Invitum nostro ponere membra toro ?	
Aut te trajectis Ææa venefica lanis	
Devovet ; aut alio lassus amore venis.	80
Nec mora ; desiluit tunica velata recincta ;	
Et decuit nudos proripuisse pedes.	
Neve suæ possent intactam scire ministræ ;	
Dedecus hoc sumta dissimulavit aqua.	



*lippum*.—64 Plurimi Mss. et ed. prima *disposuique jocos*.—67 *Rigent* prima ed. et sex scripti : vulgo *rigent*.—69 Al. *jace*. Med. 1. et prima ed. *pessima rerum*.—70 Al. *Sic sim*. Unus Mor. *captus es* : vulgo *captus ut*.—71 *Dominam* N. cum tribus al. vulgo *dominum*. Fr. Scr. et duo al. *deceptus inermis*.—75 In quibusdam Mss. *assurgere* : Jun. *exurgere*.—79 Al. *trajectis ranis* : P. cum al. *terra lectis ramis* : Sa. *delectis ramis* : quidam al. *trajectis ramis*, *selectis ramis*, *collectis ramis*, *delectis ramis*, *jactatis ramis*, *transjectis ramis*, *trajectis venis*, *conectis ramis*, *Lethæis ramnis* : Heins. conj. *trajectis lamnis*. Jun. et Pal. 3. *Circa venefica*.—81 Al. *dissiluit* : Scr. *prosiluit*.—82 Al. *præripuisse*.

## ELEGIA VIII.

*Quod ab amica non recipiatur, dolet.*

**E**r quisquam ingenuas etiamnum suspicit artes,  
 Aut tenerum dotes carmen habere putat?  
 Ingenium quondam fuerat pretiosius auro;  
 At nunc barbaries grandis, habere nihil.  
 Cum pulchre nostri dominæ placere libelli; 5  
 Quo licuit libris, non licet ire mihi.  
 Cum bene laudavit, laudato janua clausa est:  
 Turpiter huc illuc ingeniosus eo.

*Et quisquam adhuc veneratur artes liberales, vel credit molle carmen habere dotes? Olim animi solertia erat in majori pretio, quam aurum; at nunc magna est barbaries, nihil possidere. Postquam nostri libelli multum grati fuerunt dominæ; non conceditur mihi accedere, quo concessum est libellis. Postquam me multum celebravit, ostium obditum est celebrato. Huc illuc solers indecore erro. Ecce nuper*

1 P. *En quisquam*: vulgo *Et quisquam*. Al. *suscipit*: N. *sustinet*.—3 Pal. 2. *speciosius auro*.—4 Vulg. *barbarus est grandis*: Heins. emend. *barbaria est grandis*.—5 Al. *Pulchræ*.—6 P. *Quod licuit*: Scr. *Quo licuit nostris*: Burm. conj. *Quo licet ire libris*.—7 Med. alter, Pal. 1. V. et Pol. 1. *bene laudari*,

## NOTÆ

1 *Et*] Alii *En*; ut sit affectui declarando particula unica.

*Ingenuas*] Hoc dicit Poëta cum indignatione, quod ipse artium et humaniorum literarum elegantia ex cultus, militis insulsi causa sit ab amica repulsus.

*Etiannum*] Quasi dicat, Postquam ego militis causa ab amica spreus fui.

2 *Tenerum*] Molle; delicatum: quale debet esse id, quo describuntur amores teneri.

*Dotes*] Quibus dotibus, scilicet,

aut viriutibus, sit quisquam in pretio.

4 *Barbaries*] Sensus est, Nullam scientiam, aut morum elegantiam et virtutem esse in pretio; sed illum tantum dici barbarum, qui egeat. Quod etiam in militem dictum fuisse intelligas, quasi barbarum illum et stolum pro cultissimo et lepidissimo capitulo habuerit avara meretrix.

5 *Libelli*] Quibus Amores describebantur, scilicet.

6 *Quo*] Nempe ad amicam.

7 *Laudato*] Mihi, scilicet.

Ecce recens dives, parto per vulnera censu,  
 Præfertur nobis, sanguine pastus eques. 10  
 Hunc potes amplecti formosis, vita, lacertis?  
 Hujus in amplexus, vita, venire potes?  
 Si nescis, galeam caput hoc portare solebat;  
 Ense latus cinctum, quod tibi servit, erat.  
 Læva manus, cui nunc serum male convenit aurum, 15  
 Scuta tulit: dextram tange; cruenta fuit.  
 Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram?  
 Heu! ubi mollities pectoris illa tui?  
 Cerne cicatrices, veteris vestigia pugnae:  
 Quæsitum est illi corpore, quicquid habet. 20  
 Forsitan et, quoties hominem jugulaverit, ille  
 Indicet: hoc fassas tangis, avara, manus?

*opulentus, divitiis acquisitis per plagas, eques auctus sanguine nobis anteponitur. Sustinet hunc complecti pulchris brachiis, mea lux? Sustinet hæere in hujus complexu, mea vita? Si ignoras, hoc caput consueverat gerere cassidem: latus, quod tibi præbet operam, erat circumdatum gladio. Manus sinistra, cui nunc male congruit nuperus annulus, gestavit clypeos: tracta dextram; fuit sanguinolenta. Non reveris contingere illam manum, qua aliquis interiit? Heu! ubi illa teneritas tui pectoris? Aspice cicatrices, indicia antiqui certaminis. Quicquid habet, est illi comparatum corpore. Forte etiam ille fatcatur, quoties hominem mactaverit:*

//////////

*laudanti.—10 Pastus P. 1. vulgo factus. Unus Mor. et Exc. I. sanguinolentus eques: P. 2. sangu. sparsus: optimus Pal. sangu. partus.—11-12 Vita utroque versu P. vulgo stulta: Pal. fulta.—12 Al. amplexu, stulta jacere: Be. in amplexu sola venire.—18 Vulg. Heus ubi: Pal. En ubi.—20 Unus Heins. illi sanguine.—21 Sa. hostem jugul. In quibusdam ipse pro ille.—22 Arund. Dicit*

#### NOTE

8 *Turpiter*] Turpis nimirum repulsa, præsertim ingenioso et strenuo viro.

9 *Vulnera*] Quæ accepit et ostendat; aut etiam aliis intulit miles.

*Censu*] Equestri, scil. qui quadringentorum millium sestertiorum erat.

11 *Vita*] Blanditiæ sunt amatorum, 'mea vita'; 'mea lux.'

13 *Hoc*] Militis, scil. quem amas. Ipsum pro tempore contum in contemptum adducere nititur.

15 *Serum*] Quandoquidem non a majoribus equestrem censum aut dignitatem acceperit; sed, vi extor-

tis divitiis, eam sibi sub vitæ finem comparaverit.

*Aurum*] Pro annulo aureo, quem equitibus gestare concessum.

16 *Tange*] Non sine artificio concedit, quod maxime, ex voto, rejiciat puella.

19 *Vestigia*] Enimvero ex cicatricibus facile et vulnus et pugnam arguas.

20 *Corpore*] Corporis labore; quo ille durus et rusticus, tibi delicatula minus aptus, factus est.

22 *Indicet*] Quod solenne Thrasonibus: quod et etiam exprobrat no-



Ille ego Musarum purus Phœbique sacerdos

Ad rigidas canto carmen inane fores.

Discite, qui sapitis, non quæ nos scimus inertes, 25

Sed trepidas acies, et fera castra sequi:

Proque bono versu primum deducite pilum:

Hoc tibi, si velles, possit, Homere, dari.

Jupiter admonitus nihil esse potentius auro,

Corruptæ pretium virginis ipse fuit. 30

*sordida, contingis manus hoc confessas? Ille ego, incontaminatus sacerdos Musarum et Apollinis, modulator carmen irritum ad saram januum. Discite, qui sapitis, non quæ nos ignari didicimus, sed sequi effera agmina; et subire sæva castra: et, pro bono versu, ordinate primum pilum. Homere, hoc posset tibi præberi, si velles. Jupiter, doctus nihil esse validius auro, ipse fuit merces virginis vitiatæ. Quamdiu*

-----

*et hoc fassus: P. Et dicit: Heins. Prædicet.—24 Unus Mor. et Jun. nomen inane.—25 Non quæ nos unus Mor. Arund. pro div. lect. et unus Heinsii: non hoc quod Fr. et Mor. pr. vulgo non hæc quæ.—26 Castra P. et Sa. et unus Mor. lustra Arund. vulgo bella.—27 Mor. sec. deducere.—28 Vulg. posset.—31 Fr.*

#### NOTÆ

tissimo illi Terentiano Parmeno servus.

23 *Purus*] Decet esse profecto; minime fuit Poëta. Sed enim nulla cæde aut cruore maculatas manus habuisse Nasonem intelligas: multam enim habet et variam significationem vox ista *purus*.

*Phæbique*] Phæbo seu Apollini Musicæ et Poëticæ inventionem, quam obrem et Masis præesse creditus, Poëtæ attribuerunt.

*Sacerdos*] Musarum ministri et Apollinis dicuntur eruditi omnes, præsertim vero vates seu Poëtæ.

24 *Rigidas*] Asperas, duras; propter amicæ severitatem, scilicet.

*Inane*] Nihil profuturum.

25 *Discite*] Cum sibi elegantiam omnem apud amicam inutilem esse cognoscat, quosvis a studio retrahere invidiose nititur Poëta, ut inde sese blanditiis et molliori cultu indignam sentiat puella.

*Inertes*] Non sine artificio numero

multitudinis utitur, et sibi Poëtæ alios adjungit, quos ex vulgi sententia cum stomacho contemnat.

26 *Castra*] Alii *bella*; quibus scilicet amicæ gratiam miles consequi possit.

27 *Deducite*] Ingeniose communi verbo usus est, quod ad militiam et ad earmina pariter spectat. *Deducere* *versum* est, *versum* modulari. *Deducere primum pilum* est, illi præesse.

*Pilum*] Telum erat Romanum, *un javelot, un dard*. *Principilus* vero, vel *Primopilus*, vel *Centurio primi pili* dicebatur primus legionis centurio, cujus in alios centuriones jus erat.

28 *Hoc*] Per hoc, quod esses *Principilus*.

*Homere*] Pro quovis Poëta.

*Dari*] Conenbitus scilicet ab amica.

29 *Admonitus*] Sciens.

30 *Virginis*] Danaës scilicet. Acrisii Argivorum regis filia.

*Ipsæ fuit*] Quia in imbrem aureum versus Danaæ vitium obtulit: *quam* vidimus *fabulam* antea.

Dum merces aberat; durus pater, ipsa severa,

Ærati postes, ferrea turris erat:

Sed postquam sapiens in munera venit adulter,

Præbuit ipsa sinus; et dare jussa, dedit.

At cum regna senex cœli Saturnus haberet,

35

Omne lucrum tenebris alta premebat humus.

Æraque et argentum, cumque auro pondera ferri

Manibus admorat; nullaque massa fuit.

At meliora dabat: curvo sine vomere fruges,

Pomaque, et in quercu mella reperta cava.

40

Nec valido quisquam terras findebat aratro:

Signabat nullo limite mensor humum.

Non freta demissi verrebant eruta remi;

Ultima mortali tum via littus erat.

*pretium decrat, pater difficilis, ipsa sæva, postes ærati, turris erat ænea: sed postquam callidus adulter in dona versus est, ipsa obtulit gremium, et jussa præbere, præbuit. At cum antiquus Saturnus teneret imperia cæli, terra profunda occultabat omne metallum. Depresserat ad Manes ara et argentum, et grave ferrum cum auro; et nulla moles fuit metalli. At præbebat melioru; segetes absque adunco vomere, et poma, et mella inventa in cava quercu. Nec quisquam proscindebat humum forti uratro: mensor nullo termino dividebat terram. Remi mersi non eruebant æquora pulsata: littus tum erat ultimum iter homini. Natura humana, fuisti*

//////////

*ipsaque dura.*—32 Heins. *turris erant.*—33 Sa. et Pal. *sec. ad munera: Francius volebat in munere.*—35 Scr. *cum jura.*—41 *Terras findebat* Exc. Pol. *vulgo terram scindebat: Exc. I. terras aperibat. Pal. 1. et V. Nec terram valido cultor scindebat ar.*—42 *Mensor* P. et sex al. *vulgo fossor.*—43 *In quibusdam Nec*

#### NOTE

31 *Pater*] Acrisius, scil. qui filiam Danaën, ne quem virum admitteret, turri ænea dicitur conclusisse.

32 *Ærati*] Ut per vim nullus introire posset.

33 *In munera*] Sub auri forma, cum pretio, ad Danaën venit Jupiter.

34 *Sinus*] Quo pretium condebant meretrices.

*Jussa*] A Jove, scil.

*Dedit*] Sui copiam fecit.

35 *Saturnus*] Cœli filius; et Jevis, qui ipsum solio dejecit, Pater; quo

regnante, aurea fuisse sæcula voluerunt Poëtæ.

36 *Lucrum*] Aurum, Argentum, &c.

38 *Manibus*] Ad Umbras inferorum. In terræ viscera.

*Massa*] Metallii pondus.

39 *Meliora*] Quam metalla, scil.

*Sine vomere*] Id est, Absque cultura terræ: vomer enim instrumentum est præcipuum, quo ea colitur.

40 *In quercu*] Quo sylvestres apes mel suum solent comportare.

42 *Limite*] Quibus suum agrum

- Contra te solers, hominum Natura, fuisti; 45  
 Et nimium damnis ingeniosa tuis.  
 Quo tibi, turritis incingere mœnibus urbes?  
 Quo tibi, discordes addere in arma manus?  
 Quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses.  
 Cur non et cœlum, tertia regna, petis? 50  
 Qua licet, affectas cœlum quoque: templa Quirinus,  
 Liber, et Alcides, et modo Cæsar, habent.  
 Eruimus terra solidum pro frugibus aurum:  
 Possidet inventas sanguine miles opes.  
 Curia pauperibus clausa est; dat census honores; 55  
 Inde gravis iudex; inde severus eques.

*callida adversus te; et nimis solers tuis dispendiis. Quorsum tibi circumdare oppida muris turribus instructis? Quorsum tibi ad arma convertere manus dissidentes? Quid tibi cum mari? Satis tibi fuisset terra. Quamobrem non etiam cœlum appetis, tertia regna? Appetis quoque cœlum, quatenus conceditur: Quirinus, Liber, et Alcides, et nuper Cæsar, habent templa. Effodimus aurum ponderosum terra loco segetis. Miles fruitur divitiis partis sanguine. Aula obserata est pauperibus; dicitia promovent ad Magistratus. Inde severus iudex; inde gravis eques. Omnia*

*freta. Cod. Marii demisso remo: P. dimissi verr. er. remo: Jun. demisso verrebat navitu remo.—45 Heins. conj. solers nimium.—47-48 Al. Quid tibi.—48 Al. arma viros.—50 Exc. Scal. regna facis: P. dona facis.—52 P. Viribus et Alci-*

## NOTÆ

quisque a proximo disternat.

*Mensor*] Ille est, qui agros metitur, et limites cuique assignat.

43 *Freta verrebant*] Sulcabant: phrasis poetica. Regnante Saturno, nondum naves ascendisse homines testatur Poëta.

*Eruita*] Evulsa. Optime signat ea vox impetum, quocum inter navigandum pulsatur aqua.

44 *Ultima*] Quia maria transgredi nondum didicerat.

47 *Turritis*] Turribus munitis.

48 *Discordes*] Discordes sunt, scilicet, cum inter se homines pugnant.

50 *Cur non et cœlum*] Sic Horatius, 'Nihil mortalibus arduum est. Cœlum ipsum petimus stultitia.'

*Tertia*] Jam antea, ni fallor, de divisione orbis inter tres fratres Jovem, Neptunum, et Plutonem, verba feci-

mus: ut Plutoni terra, Neptuno mare, Jovi cœlum obtigerit.

51 *Affectas*] Cum nimio quasi desiderio appetis.

*Templa*] Quasi Dii sint.

*Quirinus*] Romulum intellige.

52 *Liber*] Bacchus est, notissimus ille vini potens Deus; qui ob multa egregie facta, et in homines collata beneficia, ab iis in cœlum collocatus est.

*Alcides*] Hercules est, a robore immenso etymologia Græca sic dictus.

*Modo*] Nuper.

*Cæsar*] Julius est, primus Imperatorum.

53 *Pro frugibus*] Earum loco.

54 *Possidet inventas*] Istud invidiose dixit adversus eum, qui sibi obstabat, militem.

55 *Curia*] Quia pauperibus, quan-

Omnia possideant; illis Campusque Forumque  
 Serviat; hi pacem crudaque bella gerant.  
 Tantum ne nostros avidi prædentur amores;  
 Et satis est, aliquid pauperis esse sinant. 60  
 At nunc, exæquet tetricas licet illa Sabinas,  
 Imperat ut captæ, qui dare multa potest.  
 Me prohibet custos; in me timet illa maritum:  
 Si dederim, tota cedit uterque domo.  
 O, si neglecti quisquam Deus ultor amantis, 65  
 Tam male quæsitâ pulvere mutet opes!

*teneant: et campus et forum illis obsequatur: hi pacem et bella aspera administrent. Tantum ne rapaces licententur nostros amores: et abunde est; aliquid concedant esse inopis. At nunc, quanquam illa par sit truculentis Sabinis, qui potest multa præbere, imperium tenet tanquam in servam. Custos me arceat: illa metuit maritum in me. Si pretium obtulerim, uterque excedet tota domo. O, si quisquam Deus, vindex amantis contenti, vertat divitias tam male partas in pulverem!*

//////////

*des; unde conj. Heins. Virbius, Alcides.—58 Al. sævaque bella.—59 Prædentur Fr. a manu sec. unus Heins. cum al. lucentur: margo Bersm. et ed. Gryph. ann. 1554. liceantur: al. venentur, prædentur, lanientur, lucentur, et similia.—60 Al. aliquam.—61 Unus Med. rigidus licet: alii duras, fortes tetras: unus F. tacitas.—65 Heins. pro neglecti conj. rejecti.—66 Pal. 1. vertat opes.*

#### NOTE

tumvis sapientibus, in curiam, consulendi gratia, accedere non licet: quod quidem damnare Poëtam intellige.

*Census]* Divitiæ.

*Honores]* Magistratus.

56 *Eques]* Quippe ex pecunia sua, uti non ita pridem vidimus, illi in equestri ordine numerabantur.

57 *Campusque]* Martius, scil. ubi, pro Magistratum creatione, comitia habebantur: unde hic Magistratus intelligas.

*Forumque]* Ubi jura reddebantur.

60 *Satis est]* Contentus fuero.

61 *Tetricas]* Fuisse vero illas Sabinas strennas, et pudicas, passim ex Poëtis licet intelligere.

*Illa]* Quanquam in genere loquitur, amicam tamen præcipue stringit.

62 *Imperat]* Militem rivalem cogitat, qui hæc loquitur.


63 *Me]* Quia nihil est, quod dem, nulla pecunia. Immo, quod daret, habebat: sed ludit Poëta de more; aut etiam pretio amicam demereri se nolle indicat.

66 *Pulvere]* In fumum et nihilum redigat.











PA  
6519  
A2  
1821  
v.1

Ovidius Naso, Publius  
Opera omnia

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C  
39 16 02 05 03 013 0